A quod omnium aures obstupefacit, fecit miraculum. Deinde vero vehementer in Gotthum est invectus, qui tale ausus fuerat facinus. Ægre ferens ergo prætor, secum quidem facit considere episcopum. Deinde Gotthum et puellam jubet sisti : et audiente tota multitudine (concurrerat autem maxima), jubet ea legi, quæ scripta erant de Gottho. Cum ea ergo lecta essent, an hæc vera essent, Gotthum interrogat. Ille autem (quid enim faceret, qui a seipso et a veritate aperte convincebatur ?) nigil horum esse falsum confitebatur, et pro his petebat misericordiam. Prætor autem : Scelerate, inquit, et parricida, cur ne Dei quidem timuisti judicium, nec ejus, quem nihil latet, oculum, etiamsi homines latere liceat? Cur non timuisti jusjurandum? cur non leges Romanorum es veritus, tam impium agressus facinus? Quoniam ergo convictus es hæc omnia despicere, a te etiam gravius exigetur supplicium. Dixit, et jubet gladio caput ejus amputari, et corpus ejus in ignem projici, ut ne pulvis quidem sit ejus pulveris particeps, nec tradatur communi omnium matri, qui se ita gesserit in cognatos.

ΚΗ'. Ἐν ὅτῳ δὲ οἱ στρατιῶται τοῦ προστάγματος εἴχοντο, ὁ τῷ Θεῷ φίλος ἐπίσκοπος ἐδεῖτο τοῦ στρατηλάτου φιλανθρωπίας ὅσον εἰκὸς τὸν ἄνδρα τυχεῖν, μηδὲ τῇ ἑαυτοῦ ἀπονοίᾳ συναπολέσθαι. Ὁ δὲ, Τοὺς τοῦ Χριστοῦ, φησὶ ; δέδοικα μάρτυρας, οὓς οὗτός ἐγγυητὰς αὐτοῦ δέδωκε. Οὗτοι γὰρ οἷα παρ' αὐτοῦ ψευσθέντες, εἰ μὴ δίκας ὑπ' ἐμοῦ τῶν τετολμημένων οὗτος ἐκτίσει δικαίας ἐμοὶ πάντως, οὐκ αὐτῷ τὴν ὀφειλομένην ἐπάξουσι τιμωρίαν, Ἄλλως τε καὶ πολλοὺς ἑτέρους ὁμοίους γενέσθαι παρασκευάσει, μὴ δικαίαν τὴν δίκην ἐπὶ τοῖς ῥᾳθύμοις δεδωκώς. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐπίσκοπος προσέκειτο πλέον καὶ θερμοτέραν τὴν ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς ἐποιεῖτο πρεσβείαν, ἀφαιρεῖ μὲν τῆς τιμωρίας ὁ στρατηλάτης τὸ πῦρ, τὴν δὲ διὰ τοῦ ξίφους ἐκκοπὴν τῆς κεφαλῆς ἐπιτείνει. Παραλαβόντες οὖν τὸν Γότθον οἱ στρατιῶται, καὶ τῆς πόλεως ἐξαγαγόντες ξίφει κατὰ τὸ κελευσθὲν αὐτοῖς ἀφαιροῦνται τούτου τὴν κεφαλήν. Ἐφ' ᾧ παρὰ πάντων αἶνος τῷ σωτῆρι Χριστῷ καὶ τοῖς δι' αὐτὸν παθοῦσιν, ὡς τὸ εἰκὸς, ἀνεπέμπετο μάρτυσιν· ὅτι τοῖς ὑπερηφάνοις ἀπέδωκεν ἀνταπόδοσιν εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXVIII. Cum autem ad rem exsequendam se pararent milites, Dei amicus episcopus oravit prætorem ut, quantum fieri posset, in eum uteretur clementia : neque is sua periret amentia. Ille vero : Timeo, inquit, Christi martyres, quos is dedit sui fidejussores. Ii enim, ut quos ipse fefellerit, nisi eorum, quæ admisit, ego justas de eo sumpsero pœnas, mihi omnino, non ipsi, quod debetur, inferent supplicium : et alioqui efficiet, ut multi se gerant similiter, nisi pro iis, quæ fecit, justas pœnas luerit. Cum autem magis instaret episcopus, et vehementius pro eo intercederet, a supplicio quidem prætor aufert ignem : perseverat autem in eo, quod ejus caput gladio amputetur. Cum ergo Gotthum accepissent milites, et extra civitatem eduxissent, gladio, ut eis jussum fuerat, illi caput adimunt. Propter quod Servatori Christo, et iis, qui propter ipsum passi sunt, martyribus emittebatur laudatio ab omnibus, quod superbis reddiderit remunerationem, ad gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

VITA ET MARTYRIUM
SANCTÆ ET GLORIOSÆ
CHRISTI MARTYRIS CÆCILIÆ,

ET QUI CUM IPSA ERANT,

SANCTORUM VALERIANI, TIBURTII ET MAXIMI.

(Latine apud Surium ad diem 22 Novembris; Græce non exstat in mss. Paris.)

I. Servatoris nostri et Dei e cœlis descensus conciliavit magna bona generi hominum. Nam cum esset Deus ex Deo, et esset in forma Dei, qui ipsum genuit impatibiliter, « non rapinam arbitratus est se esse Deo æqualem : sed seipsum exinanivit, servi formam accipiens, in similitudine hominum factus, et habitu inventus ut homo ; humiliavit seipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis [1], ut eum deleret, qui mortis habebat imperium, hoc est, diabolum [2]; » et omnem manuducens humanitatem, eveheret ad cœlos per prætiosam et divinam suam doctrinam. Primi itaque omnium eum secuti sunt sancti apostoli ; post apostolos, martyres; post martyres, confessores; post confessores, sacerdotes; post sacerdotes, virgines ; post virgines, viduæ ; post viduas, misericordes. Et ut semel dicam, omnibus accedentibus aperta fuit Christi medicinæ officina. Propterea quotidie clamat per sanctos suos evangelistas : « Venite ad me, omnes qui laboratis et onerati estis, et ego reficiam vos [3]. »

II. Hujus venerandam et suavissimam vocem cum audiisset etiam Cæcilia clarissima virgo et gloriosa, et in eum credidisset, absconsum Christi Evangelium semper circumferebat in pectore, et nec noctu, nec interdiu intermittebat divina legere eloquia, et Deum orare. Hæc ergo beata Cæcilia Valerianum quemdam habebat juvenem sponsum: qui quidem juvenis accensus amore virginis, diem statuerat nuptiarum. Cæcilia autem in carne induta cilicio, extrinsecus aureis induta erat vestibus. Nam cum parentes et sponsus ejus hæc vellent, ipsa corpore adeo erat eliquata, ut non posset celare cordis sui desiderium, et quod solius Christi Servatoris capta erat amore, significabat proprie ænigmatibus. Non multo post autem venit dies, in quo paratus erat thalamus : et cum esset symphonia instrumentorum, illa in corde suo soli Deo psallebat, dicens : « Fiat, Domine, cor meum et corpus meum immaculatum in tuis justificationibus, ut non pudore afficiar [4]. » Manens autem jejuna, duos aut tres dies a cibo abstinuit : jejunans autem et orans, seipsam commendabat Domino precibus : angelos Domini invocabat, lacrymis precabatur apostolos, et orabat omnes sanctas Christi ancillas, ut eam confirmarent suis supplicationibus, castitatem suam commendans Domino.

III. Postquam autem hæc facta sunt, nox venit : in qua cum suo sponso in separato cubiculo quietem nacta et silentium, sic eum est allocuta : Dulcissime adolescens, est mihi arcanum, quod tibi aperiam, si tu jurejurando mihi affirmaveris, te omnia celaturum. Ei autem juravit ejus sponsus Valerianus, se id, quod dicebatur, nullis omnino insidiis proditurum, neque id esse aperturum, quacunque cogeretur necessitate. Tunc illa respondit, dicens : Volo te scire, me angelum Dei habere amicum, qui summo zelo corpus meum custodit. Is, si vel minimum fuerit suspicatus, quod tu incesto me amore polluas, iram suam protinus in te accendet, et elegantis tuæ juventutis florem perdet. Sin autem cognoverit, quod tu simplici et immaculato mei amore tenearis, et virginitatem meam integram et impollutam custodias, te sicut me diliget, et ostendet tibi suam gratiam. Tunc Valerianus, Dei nutu, timore affectus, dicit : Si vis, o charissima, ut credam iis quæ dicis, ostende mihi ipsum angelum ; et si intellexero eum esse vere angelum, faciam quæ hortaris ; sin autem alium virum amas, et te et illum ense occidam. Tunc dicit ei beata Cæcilia : Si vis meis parere consiliis, o charissime adolescens, et polliceris te esse expiaturum æterno lavacro regenerationis, et credis in unum verum Deum, qui vivit in cœlis, potes eum contemplari. Dicit ei Valerianus : Et quis est, qui me expiabit, ut ego videam angelum ? Respondit Cæcilia, et dixit : Est senex in quodam loco, qui pulchre scit purgare homines, ut efficiantur digni, qui intueantur angelos. Dixit ei Valerianus : Et ubi quæram ego eum senem ? Respondit Cæcilia : Vade ad tertium lapidem a civitate via, quæ dicitur Appia : ibi invenies pauperes, qui victum petunt a transeuntibus, ab iis

[1] Philipp. II, 6, 7. [2] Heb. II, 14. [3] Matth. XI, 28. [4] Psal. CXVIII, 80.

enim sum curata, qui quidem sunt hujus mei arcani participes. Eos tu quando videris, dabis eis meam benedictionem, dicens: Cæcilia me misit ad vos, ut ostendatis mihi sanctum senem Urbanum, quoniam ad ipsum habeo secreta ab ea responsa, quæ ei reddam. Eum quando videris, narra quæcunque tibi dixi, et quando te lustraverit, induet te indumentis novis et splendidis, cum quibus illico veniens in hoc cubiculum, videbis sanctum angelum, qui tuus evadet amicus, et quæcunque petes ab ipso, invenies.

Tunc profectus est Valerianus, et convenienter signis, quæ accepit ab ipsa sancta Cæcilia, invenit sanctum Urbanum episcopum qui, cum secundo fuisset confessor, latebat occultus in sanctorum martyrum monumentis. Cui quidem postquam dixit omnia, quæ dixerat Cæcilia, magno gaudio est affectus, et genibus humi flexis, et manibus in cœlum extensis, dixit cum lacrymis: Domine Jesu Christe, pastor sancte et bone, Cæcilia tua ancilla, tanquam multis laboribus exercita agna, tibi est dedicata, quandoquidem sponsum suum, qui perinde ac leo cohiberi non poterat, accepit, et erga te tanquam agnum reddidit mansuetissimum. Is enim nisi credidisset, ad nos non venisset. Aperi, Domine, ostium cordis ejus verbis tuis, ut cum te cognoverit esse ejus effectorem et Dominum, renuntiet diabolo et operibus ejus, et dolis ejus. Hæc et his similia orante sancto Urbano episcopo, senex ante eum repente apparuit, indutus candidis vestimentis sicut nix, tenens in manibus tabellam, aureis inscriptam litteris. Quem cum vidisset Valerianus, stupefactus et cadens in terram, factus est tanquam mortuus. Tunc senex eum erexit, dicens: Lege, o fili, contextum hujus libri, ut dignus habearis, qui purgeris et videas angelum, cujus conspectum tibi virgo Cæcilia cum prompto animi studio est pollicita. Tunc Valerianus, defixis oculis, cœpit in eo legere. Erat autem hæc scriptura, quæ erat in tabella: « Unus Deus, una fides, unum baptisma; unus Deus et Pater omnium, qui est super omnia, et in omnibus Amen[5]. »

V. Postquam ergo hæc apud se legit, dixit ei sacerdos: Credis, fili, hæc ita esse, an adhuc dubitas? Tunc Valerianus clamavit magna voce: Non est revera aliud sub cœlo, cui verius credi possit. Postquam ergo hæc dixit Valerianus, ille senex ex ejus oculis evanuit. Tunc sanctus Urbanus, cum eum admonuisset, et catechismo instituisset, baptizavit eum in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, et cum eum docuisset omnem regulam fidei, dimisit ad Cæciliam, ei jactis optime fundamentis. Cum autem venisset Valerianus in indumentis candidis, invenit Cæciliam orantem in cubiculo, et angelum Domini stantem prope eam, fulgentem pennis flammeis, et scintillanti specie, duas coronas habentem in manibus refulgentes, rosisque et liliis splendentes. Quarum unam quidem dedit Cæciliæ, alteram vero Valeriano, dicens: Has coronas corde immaculato et puro corpore custodite; eas enim ex paradiso Dei ad vos attuli. Hoc autem erit vobis signum: Nunquam marcessent a vobis, neque unquam amittent suavitatem odoris, neque unquam poterunt ab aliis aspici, nisi ab illis quibus sic placebit castitas, quomodo probatum est eam vobis placere. Et quoniam tu, o Valeriane, assensus es consilio castitatis, me ad te misit Dominus Jesus Christus, ut eam accipias quam voles petitionem. Ille autem cum audiisset, adoravit et dixit: Nihil mihi est in hac vita dulcius, quam charissimi et unici fratris præsentia. Quamobrem merito arguar impietatis, si me liberato ab errore simulacrorum, fratrem meum majorem despexero in periculo interitus. Hanc unam ex omnibus propono petitionem, et supplex contendo, ut fratrem meum Tiburtium, sicut me, dignetur liberare, et faciat nos ambos perfectos in confessione ejus nominis. Cum hæc autem audiisset angelus, læto vultu ei dixit: Quandoquidem a Christo petisti, quod est honestius, is Deum, sicut tu, colet. Quomodo enim te per ancillam Cæciliam lucrifecit Dominus, ita per te fratrem quoque tuum lucrificiet, et cum ipso venies ad certamen martyrii.

VI. His ergo finitis sermonibus, forma visionis angelicæ assumpta est in cœlis, illisque in Christo lætantibus, et in ædificatione sancta loquentibus, accessit Tiburtius frater Valeriani, et ingressus, tanquam suam sponsam osculatus est caput sanctæ Cæciliæ, et dixit: Valde miror, hoc tempore hic rosas et lilia olfaciens. Nam si ipsas rosas et lilia tenerem in manibus, ne sic quidem mihi possent præbere tam suavem odorem. Fateor vobis, o charissimi, ita ego ad me redii, ut putem me totum repente esse renovatum. Dicit ei Valerianus: Bonum odorem accepisti, o frater, cum ego rogarim Deum, ut acciperes. Te autem jam credente, accipies etiam amaranthinam coronam incorruptionis, et lætari in ipsa rosea, et mente eum percipere, cujus in rosis sanguis florescit, et in liliis cujus corpus albescit et anima. Habemus enim coronas, quas tui oculi non possunt percipere, igneo rosæ rubore et nivis candore refulgentes. Dicit ei Tiburtius: In somnis hæc audio, an veritate hæc dicis, o frater Valeriane? Respondit Valerianus: In somnis hucusque vixímus, o frater charissime. Nam jam Dei gratia et voluntate, sumus in omni veritate, et non est in nobis mendacium. Dii enim, quos hucusque coluimus, revera sunt mali dæmones et immundi. Dicit ei Tiburtius: Quomodo hoc cognovisti, o frater? Respondit Valerianus: Angelus Dei me docuit, quem tu quoque poteris intueri, si fueris mundus ab omnibus sordibus idolorum. Dicit ei Tiburtius:

[5] Ephes. v, 6.

Si fieri potest, ut ego quoque angelum Dei intuear, quænam est mora purificationis? Respondit valerianus: Nulla; hoc autem solum mihi pollicere, quod omnia exsecranda et abominanda simulacra abnegans, credis, unum esse Deum in cœlis. Dicit Tiburtius: Non intelligo, quonam scopo hæc mihi proponis.

VII. Dicit sancta Cæcilia: Ut intelligas esse formas testaceas, et gypseas, et ligneas, et æneas, et cujusvis metalli; et non dicas eos esse deos, in quibus vivunt araneæ, et volucres stercora egerunt: in quorum capitibus solent nidificare ciconiæ, quos faciunt condemnati, quando damnati propter maleficia mittuntur in metallum. Cum ergo initium accipiant ex condemnatis, quomodo existimari possunt aut credi dii? Inter mortuos enim et simulacra nulla est differentia. Quomodo, enim mortuus habet quidem omnia membra, spiritum autem et vocem non potest habere, nec sensum, ita etiam hæc vana simulacra, deorum quidem habent nomina, cognoscuntur autem esse infelicia, malaque et terrestria. Quæ quidem ostenduntur esse homines mortui, quoniam sunt eis etiam membra, sicut hominum. Quandiu enim vixerunt, oculis aspexerunt, et auribus audiverunt, et pedibus ambularunt, et ore loculi sunt, et manibus palpaverunt, et naribus olfecerunt: cœperunt tamen a morte, et in mortem æternam permanent, quod ostendantur nunquam vixisse, vel potuisse vivere. Tunc dixit Tiburtius cum omni compunctione: Qui sic non credit, est brutum, et non venit in judicium. Quamobrem ego quoque dico cum omni veritate, non esse alium Deum, nisi Deum Christianorum, et me deinceps eum solum colere et adorare. Hæc cum diceret Tiburtius, sancta Cæcilia deosculata est ejus pectus, et dixit: Revera hodie confiteor te esse plane meum fratrem. Quomodo enim Dei amor tuum fratrem fecit esse meum conjugem: ita etiam simulacrorum contemptio fecit te meum esse fratrem. Quamobrem quoniam es paratus credere in Dominum nostrum Jesum Christum, vade cito cum tuo fratre, ut ipsam accipias purificationem per sanctum baptismum: per quem etiam dignus habeberis angelicas personas intueri, et omnium delictorum tuorum veniam invenire.

VIII. Tunc dicit fratri suo Tiburtius: Rogo te, frater, ut mihi dicas, ad quem me es deducturus. Valerianus respondit: Ad virum perfectum, nomine Urbanum, in quo est species angelica, ornata canitie, verus sermo, et insignis prudentia. Dicit ei Tiburtius: Tu illum dicis Urbanum, quem Christiani dicunt esse suum papam? Eum audio bis jam fuisse condemnatum, et rursus propter eam ipsum actionem, propter quam fuit condemnatus, suam religionem cum metu latenter prædicare. Eum si contigerit inveniri, citra dubitationem ullam igni mandabitur, et nos quoque cum eo puniemur, si inventi fuerimus ad eum ambulantes; et dum divinitatem quærimus, quæ latet in cœlis, incidemus in iram, quæ accenditur in terra. Dicit ei sancta Cæcilia: Si hæc vita esset sola, et non esset alia, jure quæ hic sunt, timeremus perdere. Cum autem sit alia vita, quæ est hac multo melior et sublimior, et nunquam potest finiri, cur timemus hanc perdere, quando per hujus amissionem ad illam accedimus? Respondit Tiburtius: Nunquam antea audivi esse aliam vitam, præter hanc. Dicit ei Cæcilia: Nunc hoc certo scias, o charissime, quod quandiu in hoc mundo vivimus, vitam laboriosam et dolore plenam agimus, in angustiis et afflictionibus: quandoquidem inflammant humores, minuunt labores, valde exsiccant febres, rheuma assidue inducit aer, cibi inflant, molesta sunt jejunia, ludi dissolvunt, curæ contrahunt, perdit negligentia, divitiæ abjiciunt, expellit paupertas, elatos reddit juventus, incurvat senectus, deprimit imbecillitas, perturbat ira, et inter hæc omnia mors exscindit cum minis, et sic imponit finem omnibus corporeis lætitiis, ut ab eo, quod est esse, recedens, ne fuisse quidem putetur. Pro nihilo enim de cætero habetur, quidquid non est. Illa autem vita æterna, hanc vitam caducam miseramque et brevem excipiens, cum æternis afflictionibus et tormentis datur malis et injustis: lætitia vero æterna et exsultatio præbetur justis.

IX. Ad hæc respondit Tiburtius, et dixit: Et quis est, qui illic fuit, et illinc huc veniens, hæc potuit nobis annuntiare, ut hæc possimus vera esse credere? Tunc surgens beata Cæcilia, constitit, et cum magna sic dixit audacia: Cœli et terræ et maris et omnium volucrum, quæ volant in aere, quadrupedumque et reptilium Creator, ex se, priusquam omnia faceret, genuit Filium, et produxit ex sua potentia Spiritum sanctum: Filium, ut faceret omnia; Spiritum sanctum, ut vivificaret universa. Omnia autem quæ facta sunt, construxit Filius ex Patre genitus, et omnia quæ fuerant constructa, ex Patre procedens Spiritus sanctus animavit. Dicit ei Tiburtius: Hucusque dictum est, credi oportere unum Deum esse in cœlis. Quomodo autem nunc tres testaris esse deos? Respondit sancta Cæcilia, et dixit: Unus est Deus in sua virtute, quem sic in sancta Trinitate partimur, quomodo in uno homine inesse dicimus artem, memoriam, et intelligentiam; quoniam arte invenimus, id quod non didicimus, memoria et intelligentia comprehendimus, si quid nos unquam contemplari contigerit aut audire. Quidnam ergo faciemus? Num hæc tria in homine una possidet intelligentia? Si ergo homo in una intelligentia possidet nomen trium significatorum, quomodo non Deus omnipotens, in una et eadem divinitate vim obtinet Trinitatis? Tunc Tiburtius, cum in terram cecidisset, cœpit clamare et dicere: Revera, o charissima, non mihi videtur lingua humana dare responsum, sed conjicio Dei angelum per os tuum esse locutum: et magnas egit gratias, quod cito

unum esse Deum in tribus personis, ei aperte A probaverit.

X. Conversus itaque ad fratrem suum dixit : De uno Deo mihi fuisse satisfactum confiteor, sed meam quæstionem, sicut prius inceperam, vellem scire. Dixit sancta Cæcilia ; De ea mecum loquere, quoniam brevitas temporis est fratri tuo impedimento, quominus reddat responsum. Me autem, quam Christi sapientia docuit a teneris unguiculis, de quacunque re me volueris interrogare, non poteris invenire imparatam. Dicit ei Tiburtius : Hoc nuper quæsivi, et nunc quoque quæro: Quisnam ex iis qui illic sunt, huc veniens, ostendit nobis aliam vitam, quam vos prædicatis? Sancta dixit Cæcilia : Unigenitum suum Filium Pater per sanctam Virginem Mariam misit in B terram, qui stans in sancto monte, magna voce clamavit, dicens: Venite ad me,omnes populi, et ego dabo vobis vitam eternam. » Concurrit autem ad eum omnis caro, omnis ætas, omne genus hominum tunc dixit omnibus : « Pœnitentiam agite propter vestram ignorantiam : quoniam appropinquavit regnum Dei, quod tollet regnum hominum [5].» Suum autem regnum vult Deus dividere iis qui credunt,in quo ille exsistit sublimior. Illic ergo peccatores quidem consummabuntur æternis doloribus, et igne, qui nunquam terminabitur : justi autem accipient lucem æternæ gloriæ et gaudii, quæ nullum unquam finem accipit. De cætero nolite, o filii hominum, hujus vitæ fugientem quærere lætitiam, ut lætitiam illius vitæ C æternam possideatis, quæ hanc vitam excipit. In hac enim vita breve tempus vivitis ; in illa vero, in omne ævum.

XI. Cum hæc autem audiissent omnes populi *infideles*, una voce dixerunt: Et quis illic fuit, et cum illinc huc venisset, potuit docere vera esse, quæ dicis? Tunc Dei Filius dixit eis : Si ostendero vobis surrexisse mortuos, non creditis veritati ? Ut autem dubitationis et suspicionis nullum remaneret vestigium, cum populis profectus est ad sepulcra, et triduanis et quatriduanis et jam fœtentibus mortuis quam amiserant vitam, ut Deus reddidit. Transmisit mare super fluctus ambulans non madefactis pedibus. Imperabat ventis, castigabat fluctus, et quæ excitabantur tempestates et D tumultus sedabat. Cæcis visum reddebat, aridas manus reddebat sanas, claudis ingressum, mutis vocem reddebat, et surdis auditum. Paralyticos verbo curabat, leproso dicto mundabat, infirmis medebatur, lunaticos restituebat, et dæmones fugabat. Sed cum mente capti et impii Pharisæi et Pontifices ei invidissent, propterea quod populi, eis relictis, ejus sequebantur vestigia, sternentes vestes suas ante pedes ejus, et clamantes : Benedictus qui venit in nomine Domini [6] : in eum ira perciti Pharisæi, cuidam Pilato præsidi eum tradiderunt, vocantes eum magum et impium : et seditionem excitarunt in populo ut eum cruci affigerent. Hoc autem ille præsciens, pro mundi salute permisit se apprehendi et illudi, injuriis affici, flagris cædi et occidi. Sciebat enim ut Deus, quod non aliter nisi per pretiosam et intemeratam suam passionem, esset captivum redditurus diabolum, malisque et immundis spiritibus malas inferret pœnas.

XII. Propterea ergo ille fuit comprehensus, qui peccatum non fecit, ut liberaretur genus humanum,quod detinebatur vinctum in vinculo peccati. Qui est benedictus, fuit sub maledicto ut nos a maledicto eximeret ; sustinuit illusiones, ut nos liberaret ab illusione dæmonum, qui versantur in B hoc mundo. Spineam coronam accepit in capite, ut capitalem tolleret sententiam, quæ ex spinis peccatorum in nos lata fuerat. Fel in cibo accepit, ut dulcem primi hominis gustum, unde mors in mundum fuit ingressa, commutaret. Potatus est aceto, ut acrimoniam, qua noster sanguis ebulliit, in se susciperet, et hunc bibit calicem passionis, qui nostris debebatur vitiis. Nudatus est, ut nostrorum parentum nuditatem, quam passi sunt consilio serpentis, nivels tegeret indumentis. In ligno fuit suspensus, ut ligni transgressionem, per passionem ligni crucis suæ aboleret. Mortem ad se venire admisit, ut secum luctantem sauciaret, et regnum quod invenit per serpentem, amitteret. et cum ipso serpente sauciata, per C Christum fieret captiva. Quamobrem omnia elementa cum vidissent suum effectorem sublime, actum in crucem magno metu contremuerunt. Nam ex una parte mota est terra, et ex altera fracta sunt templa et petræ, fugit dies ; sol fuit conterritus, et obscuratus texit tenebris universum mundum ; luna suæ lucis splendorem nube cruenta operuit ; astra cœli luce resplendentia, omnia simul sunt mutata. Stridet terra, et veluti pariens, cæpit multos sanctos reddere ex sepulcris : qui quidem hoc dabant testimonium, quod Servatoris descensus ad inferos dissolvit regnum diaboli, et mortuus mortem affecit ignominia, et percussam vinxit, et subjecit pedibus servorum suorum. Illinc clarum est, quod pro nomine ejus D puniti gaudemus et gloriamur in persecutionibus, quod hanc nostram vitam, quæ ad tempus et in quam cadit interitus, æterna et quæ nunquam desinit vita excipit : quam Dei Filius, cum surrexisset a mortuis, suis ostendit apostolis, quibus aspicientibus, assumptus fuit in cœlos.

XIII. Hoc ergo si in trium conventu ostendisset, intelligentium cogitationes non possent dubitare. Quanto autem magis, quod non solum duodecim discipulis, sed plus quam quingintis simul seipsum dignatus est ostendere, ne vestigium quidem relinquens ullius dubitationis ? Illi

[5] Matth. IV, 17. [6] Matth. XXI, 9.

autem, qui in his rebus erant initiati, et in omnem mundum missi ad prædicandum, signis et magnis prodigiis confirmabant suam prædicationem. Nam et omnes infirmitates curarunt in ejus nomine, fugarunt dæmones, et vitam reddiderunt mortuis. Nullam tibi arbitror remanere quæstionem, nisi ut hanc vitam animo et corpore despicias, et illam vehementer et constanter inquiras. Nam qui credit in Dei Filium, et ejus adhæret præceptis, quando morietur, ejus corpus a morte nulla afficietur injuria, sed a sanctis angelis in ulnis excipietur, et in locum paradisi abducetur. Hinc mors cum diabolo efficit, ut diversis pravitatibus mentes hominum colliget, et in variis non animadversis necessitatibus occupet : et nunc quidem damni terrore afficit, nunc autem ad gulam excitat, ex diversis abstrahens studiis, de hac sola vita facit miseros homines esse sollicitos, ut ex corpore egredientes inveniat miseros et nudos, et nihil secum portantes præter peccata. Hoc tibi paucis exposui, o charissime. Si quid autem tibi deesse existimas, rursus quære.

XIV. Tunc Tiburtius ad ejus pedes provolutus, dixit cum gemitibus fletuque et lacrymis : De hac vita de cætero si vel cogitatione exquisiero, vel animo agitavero, in illa vita nunquam inveniar. Habeant ergo insipientes lucrum præsentis temporis. Ego autem, qui in hodiernum usque diem vixi sine ratione, absit ut sine ratione de cætero vitam agam! Et hæc cum dixisset, ad suum fratrem conversus, dixit : Miserere mei, frater dilecte, et abrumpe tarditatem, quam transegi in ignorantia. Quocirca vereor moras; pondus ferre non possum; rogo te, duc me ad hominem Dei, ut me perfecte purificatum, illius vitæ faciat participem. Tunc Valerianus deduxit fratrem suum ad sanctissimum papam Urbanum. Cui postquam narravit omnia, quæ dicta et facta fuerant, benigno Deo egit gratias. Acceptum autem cum omni gaudio et exsultatione Tiburtium, cum admonuisset, catechismo instituisset, baptizasset in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti, jussit secum esse, donec ea deponeret, quæ recentis sunt illuminationis. Quæ quidem cum perfecta fuisset ejus doctrina, post septem dies Christi militem restituit. Tantam autem gratium a Christo est consecutus, ut etiam Dei angelos videret quotidie ; et quæcunque a Deo petebat, facile impetrabat. Sed quoniam longum esset omnia ordine exponere, qualia et quam multa fecit Dominus per eos admirabilia, convertamur ad gloriosas eorum perpessiones.

XV. Turcius, qui etiam Almachius, cum esset præfectus urbis, et sanctos Dei martyres occideret quotidie, jubebat eorum corpora relinqui insepulta. Tiburtius autem et Valerianus ad hoc operam quotidie adhibebant, ut sanctorum corpora ad sepeliendum componerent et humi mandarent, eleemosynis vacantes et divino cultui. Cum ii ergo in eis versarentur, quomodo solent boni odio haberi ab improbis, eos mali criminantur apud Almachium, præfectum urbis, omnia referentes, quæ per ipsos Dominus faciebat in egenos : et quod improbe ac malitiose, quos ille jubebat occidi, isti mandabant sepulturæ. Itaque a militari cohorte comprehensi, adducuntur ad Almachium præfectum. Quos quidem Almachius his verbis est allocutus : Cum vos character nobilitatis gloria insignes reddiderit, cur propter nescio quam religionem, vos ignobiles redditis et infelices? Nam vestras facultates in nescio quas abjectas personas audio vos erogantes consumpsisse, et eos qui castigati fuerunt propter sua scelera, cum omni gloria mandare sepulturæ. Quocirca licet suspicari, vos esse initiatos iisdem mysteriis, quibus ii, quos propter conjurationem mandatis sepulturæ. Respondit Tiburtius, et dicit præfecto : Utinam nos dignentur referre in numerum suorum servorum, quorum tu nos conjicis esse socios, qui quidem respuerunt id esse quod videtur et non est, et invenerunt illud, quod videtur non esse et est.

XVI. Almachius præfectus dixit : Et quid est, quod videtur esse est non et? Dixit Tiburtius : Omnia quæ sunt in mundo, quæ animas vocant ad mortem æternam per brevis temporis lætitiam. Dixit Almachius præfectus : Et quid est, quod non videtur esse est et? Tiburtius dixit : Vita, quæ futura est justis, et supplicium, quod dabitur injustis ; ex utraque enim parte cognovimus verum esse ea ventura : et in fausta distributione, quod oculis cordis nostri cognoscimus, id corporis nostri oculis spectandum referimus, ut in nostra conscientia quæ sunt bona, malis obumbremus rationibus. Dixit præfectus Almachius : Non puto te mente tua loqui. Dixit Tiburtius : Non loquor mente mea, sed illius, quem accepi in visceribus mentis meæ. Dixit Almachius præfectus. Numquid nosti quod dicis? Dixit Tiburtius : Et novi, et didici, et credo, quod omnia, quæ a me dicta sunt, permanent. Almachius præfectus dixit : Et ego cur non intelligo, quod ago, a quo hæc sunt condita? Tiburtius dixit : Quoniam homo belluinus non sentit, quæ sunt spiritus. *Spiritalis* autem dijudicat omnia : ipse vero a nullo dijudicatur. Tunc ridens præfectus, jussit auferri quidem Tiburtium; coram eo autem sisti Valerianum. Cui etiam dixit : Quoniam non est frater tuus sani cerebri, tu poteris respondere sapientius? Dicit ei Valerianus : Falluntur aures tuæ, quoniam scopum nostræ orationis non potes intelligere. Dixit præfectus : Nemo ita errat, ut vos erratis, qui relictis necessariis numeris et responsis, malos sequimini: quæ sunt jucunda respuentes, lætitiam nihili facientes, et ea despicientes, quæ data sunt ad vitæ alimentum, maxima benevolentia illud complectimini, quod saluti invenitis contrarium, et iis quæ sunt jucunda, inimicum.

XVII. Ad hæc respondit Valerianus: Ludentes et ridentes, et in variis deliciis luxuriose vitam agentes, vidi hiemis tempore per campos transeuntes. In quibus campis stabant agricolæ plantantes, palmites infigentes, et spinosos rosarum ramos ingeniose toto animo componentes. Alii autem oliveta inserentes: alii vero radicitus imbecilla exscindentes, et quæ sunt opera convenientia, magno labore peragentes. Tunc illi, qui deliciis fruebantur et lætabantur, cœperunt eos qui laborabant, ludificari et dicere: Miseri et miserabiles, hunc qui vos affligit laborem deponite, et nobiscum lætantes, vos deliciis explete et libidinibus, et cur tanquam insipientes duro labore dissolvimini, et vestræ vitæ tempora in negotiis, quæ vos affligunt, consumitis? Hæc dicentes, solvebantur in risum, et dabant plausum manibus, magnoque sono eos cachinnantes irridebant. Hæc autem illis facientibus, pluvios hiemis menses, tranquillissima tempora exceperunt: et ecce pulchrorum et variorum florum fragantibus omne genus odoribus prata exornabantur, et molles botrorum series producebant palmites; et e vario genere arborum rami stillantes melle fructus producebant, in quibus animadvertimus usque in hodiernum diem abundare simul et gratiam, et fructum, et decorem. Tunc cum lætarentur illi, qui existimabantur esse insipientes, cœperunt lugere ii, qui existimabantur esse cives: et qui erant gloriosi in sua intelligentia, perierunt in acri ratiocinatione: et tandem ducti pœnitentia, inter se murmurantes et gementes dicebant: Illi sunt, quos habuimus ludibrio; eorum laborem probrum existimabamus: eorum vitam nihili faciebamus, tanquam miserabilem; eorum figuram judicabamus esse indignam, et intelligentiam eorum sine honore. Ii autem inventi sunt intelligentes: et nos quidem probamur tunc fuisse miserabiles, insipientes et stulti, quando neque nobisipsis operabamur, neque iis qui operabantur, dedimus in opere auxilium: qui quidem cum essemus in deliciis, eos valde irrisimus, et ipsos credidimus esse insipientes, quos quidem nunc resplendentes animadvertimus et florentes[7].

XVIII. Ad hæc dixit præfectus: Te quidem video esse sapienter hæc persecutum: sed ad meum responsum non videris respondere. Valerianus dixit: Dixisti nos esse stultos et insipientes, qui facultates nostras damus egentibus, proselytos excipimus, viduis suppeditamus quæ sunt necessaria, orphanis subvenimus, corpora insepulta tegimus, et cum maximo honore celebramus martyrum depositiones. Nos autem insipientes judicasti et delirantes, qui cum iis qui lætantur, non lætamur, nec in deliciis vivimus; nec nostras explemus libidines, nec illiberaliter sumus lascivis et impudicis oculis, ostendentes nos esse liberos et ingenuos. Veniet tempus, quo accipiemus mille cuplos fructus nostræ afflictionis, et nobis lætantibus flebunt illi, qui nunc efferuntur lætitiis; est enim nunc tempus seminandi. Qui ergo in hac vita seminant, quæ sunt ad tempus, lacrymas, in illa beata et æterna vita metent gaudium sempiternum[8]. Dixit præfectus: Ergo et nos, et invicti imperatores luctum æternum habebimus; vos autem æternum gaudium possidebitis? Respondit Valerianus: Quid enim estis vos, aut vestri imperatores? Impleto enim vestro tempore morientes, eo majorem Deo estis reddituri rationem, quo vobis ab eo major data fuit potestas. Dixit præfectus Almachius: Quid in verbis volvendis immoramur? Aut diis thus offerte, et illæsi recedite: aut male estis et acerbe morituri. Ambo responderunt et dixerunt: Nos non diis, sed Deo quotidie offerimus sacrificia. Dixit præfectus: Quis est Deus, cui dicitis vos vestrum offerre sacrificium? Sancti responderunt et dixerunt: Et quis est alius Deus præter ipsum? Cur de Deo nos interrogas? Est enim alius Deus, præter unum? Dixit præfectus: Quem unum esse dicitis, ejus nomen requiro. Dixit Valerianus: Dei nomen non inveneris, etiamsi possis volare pennis. Dixit præfectus: Jovis ergo nomen non est Deus? Dixit Valerianus: Est nomen corruptoris et adulteri, quem fuisse occcisorem vestri auctores memorant, et accusatorem nostræ ostendunt Scripturæ. Hunc tu Deum miror quanam impudentia nominasti, cum Deus dici non possit, nisi qui est ab omni peccato alienus, qui est etiam plenus omnipotentia. Dixit præfectus: Ergo errat omnis mundus, et tu cum tuo fratre Deum verum cognovisti? Dixit Valerianus: Innumerabilis multitudo Christianismi accepit sanctitatem. Imo vero vos pauci estis, qui remansistis tanquam scissæ e naufragio tabulæ, ad nihil aliud proficientes, nisi ut in igne jaciamini.

XIX. Tunc iratus præfectus, jussit eum cædi virgis. Ille autem confestim dum verberaretur, lætus cœpit dicere: Ecce hora, quam valde desiderabam, et ecce dies omni festo mihi jucundior. Dum beatus verberaretur, præco magna voce clamabat: Deos et deas noli maledictis incessere. Ille autem ad populum clamabat, dicens: Viri cives Romanorum, videte, ne hæc plaga vos a veritate avertat, sed state fortiter, et deos lapideos et ligneos, quos colit Almachius præfectus, in calcem convertite. Nam omnes, qui eos colunt, erunt in afflictione et supplicio æterno. Tunc qui cum præfecto considebat Tarquinius, qui etiam dictus est Laccas, præfecto dicit in secreto: Invenisti occasionem, domine mi, tolle eos quamprimum a terra. Nam si tardaveris, et de die in diem traxeris, omnes suas facultates distribuent pauperibus, et eis supplicio affectis, tu nihil invenies. Tunc præfectus, cum ei placuisset illius consilium, jussit lictoribus, ut eos abducerent, ubi erat Jovis

[7] Sap. v, 1 seqq. [8] Psal. cxxv, 5.

statua, et jussit ut, nisi ambo vellent imagini Jovis sacrificare, simul subirent supplicium capitis. Tunc venerandi et gloriosi Christi martyres Valerianus et Tiburtius abducti sunt a Maximo præfecti cubiculario in locum, qui dicitur Pagus. Qui quidem Maximus cœpit eos deflere, et dicere: O pretiosa et florens juventus! O vinculum magnæ fraternitatis! O par pulcherrimum et generosum! Cur vos in malum et impium finem volentes vos ipsos projicere, et ad maximum tendere exitium, ita festinatis tanquam qui ad lætitiam, et magnificam et lautam cœnam vocemini? Tunc dixit Tiburtius: Nos si non vere didicissemus aliam esse vitam æternam, quæ vitam præsentem sequitur, non gauderemus eam amittere. Dicit eis Maximus: Et quænam potest esse alia vita? Respondit Tiburtius, et dixit: Quomodo corpus induitur indumentis, ita etiam anima induitur corpore. Et corpus quidem tanquam semen terrestre, per libidinem in terrenam matricem immittitur: genitum autem et nutritum, et lapsum in mortis interitum, et in pulverem conversum, tanquam phœnix futuræ lucis specie excitabitur. Anima vero si sit sancta, feretur in paradisi delicias, ut florens in deliciis, exspectet tempus suæ resurrectionis. Dicit eis Maximus: Vellem ego quoque hanc vitam respuere, si de iis quæ dicis possem fieri certior. Dicit ei Valerianus: Quoniam dicis tibi nihil superesse, nisi ut probes vera esse, quæ tibi diximus: ea hora, qua faciet Dominus nos corporis tunicam exuere in gloriosa nominis ejus confessione, aperiet dominus oculos tuos, et faciet te aspicere, cum quanta gloria illa vita redditur, si tamen promittas nobis, quod ex toto animo venies ad tui erroris pœnitentiam.

A

C

XX. Tunc Maximus anathemate seipsum devovit, dicens: Flammis ignis consumar, nisi ab hac hora illum solum Deum confitebor, qui facit, ut post hanc vitam alia vita sequatur, hoc mihi solum vos ostendite, quod estis polliciti. Ei dicunt sancti martyres Tiburtius et Valerianus: Jube lictoribus, ut nos in domum tuam abducant, et faciemus, ut illuc ad te veniat purificator, qui hac nocte, postquam fueris purificatus, faciet ut videas id, quod tibi promisimus. Cum autem Maximus jussisset lictoribus, abduxerunt eos in domum ejus. Quorum prædicatione ipse Maximus cum tota sua familia et ipsis lictoribus crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum. Tunc sancta Cæcilia venit ad ipsos noctu cum sacerdotibus, et fuerunt omnes baptizati in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti. Cum autem exoriens matutinum, nocti finem dedisset, magno silentio facto, dixit sancta Cæcilia: Estote forti et magno animo, o Dei milites; abjicite opera tenebrarum, et induimini arma lucis [9]. Pulchrum certamen certavistis, cursum peregistis, fidem conservavistis. De cætero proficiscimini ad coronam justitiæ, quam reddet vobis justus Judex: non solum autem vobis, sed etiam omnibus, qui diligunt adventum ejus [10]. Locus autem, qui dicitur Pagus, erat situs quarto lapide ab urbe Roma, ad quem erat transeundum prope portam templi, ut quicunque illac transibat, nisi Jovis simulacro thus offerret, puniretur. Cum in eum autem locum venissent sancti Tiburtius et Valerianus, pretiosum thus obtulerunt, Deo offerentes suos accusatores: et sic flexis genibus, fuere cæsi gladio, et amisso hoc caduco et mortali corpore, æternam et quæ non potest marcescere, martyrii coronam accepere.

XXI. Tunc Maximus jurans dicebat: Vidi angelos Dei tanquam solem resplendentes, ea hora qua gladio sunt percussi, et exeuntes eorum animas e corporibus, tanquam virgines e thalamo. Quas cum ulnis excepissent angeli, strepentibus alis ferebantur in cœlum. Hæc Maximo narrante cum lacrymis, multi crediderunt in Dominum nostrum Jesum Christum, et conversi ab errore simulacrorum, seipsos tradiderunt sancto Vibano suo magistro. Cum autem ad Almachium urbis præfectum venisset fama, quod Maximus cubicularius cum omnibus suis factus esset Christianus, jussit eum tandiu verberari globis plumbeis, donec spiritum emitteret. Quem sancta Christi martyr Cæcilia cum posuisset proxime sanctos Dei martyres Tiburtium et Valerianum, deposuit in arca, et jussit ut in arca ejus insculperetur phœnix, ad ostendendam ejus fidem, qui se inventurum esse resurrectionem phœnicis exemplo admiserat. Facta est autem post hæc inquisitio. Cœpit enim Almachius præfectus amborum fratrum quærere facultates, propter quas volebat etiam quærere sanctam Cæciliam, ut Valeriani conjugem, et jussit eam apud se sisti. Quæ quidem postquam omnia, quæ superfuerant ex eorum facultatibus, fideliter distribuisset pauperibus, cœpit ille urgere, ut ea thus offerret. Tunc dixit ministris, qui eam urgebant, ut hoc faceret:

B

XXII. Audite me, cives et fratres: Vos estis ministri vestri præsidis, et videtur vobis, quod desideratis esse alieni ab ejus impietate. Mihi autem est gloriosum et valde desiderandum, omnia pati gravia pro Christi confessione. Nam cum hac vita nunquam statui ullam habere amicitiam. Sed ne sitis de nostra solliciti juventute, quam omnis curæ estis expertem reddituri. Facite ergo, quod ab iniquo præside est vobis imperatum. Tunc illi cœperunt lamentari et conqueri quod tam electa puella, et tam intelligens et nobilis, cuperet interfici: et eam rogabant, dicentes, ne talem decorem amitteret, neque talem speciem converteret ad mortem. Quibus flentibus et dolore vexatis sic sancta respondit Cæcilia: Hoc, o fratres, non est perdere juventutem, sed commutare; dare lutum

D

[9] Rom. XIII, 12. [10] II Tim. IV, 7.

et aurum accipere; dare tabernaculum breve et miserabile, et magnam speciosamque et amplam domum accipere, ex lapidibus pretiosis et auro ædificatam : dare angulum tenebrosum, et locum accipere lucidum, margaritis resplendentem cœlestibus : dare possessionem quæ perit, et accipere possessionem quæ non cognoscit finem, et ignorat mortem ; dare lapidem miserabilem, quem pedibus conculcatis, et accipere lapidem pretiosum, qui forma resplendet in regio diademate. Hodie si quis sic offerat aureos, ut minimam nummorum quantitatem ex iis alacri animo proventum accipiat : num vos quoque lubenter curreretis ad talem negotiationem, et omnes parentes, et notos, et cognatos, dilectosque, et propinquos, et amicos vobiscum faceretis currere ? Si quis autem vos currentes averteret, dicendo vos inutiliter omnes vestros nummos esse daturos, num eos essetis irrisuri ut ignorantes, et qui nihil cognoscerent : vos autem læti curreretis, quod cum pretioso auro essetis permutaturi æs miserabile, et non magni pretii ? Et vos quidem pondus pro pondere gaudetis accipere ; Deus autem non dat pondus pro pondere, sed accipit simplum, et reddit centuplum ; præterea vero vitam quoque æternam.

XXIII. Cum hæc autem dicta essent a beata Cæcilia, ascendit supra petram, quæ erat prope pedes ejus, et dicit omnibus : Creditis ea, quæ dixi vobis? Illi autem una voce dixerunt omnes: Certe credimus in Christum Filium Dei, eum esse verum Deum qui te talem habet ancillam. Dicit eis sancta Cæcilia : Ite de cætero, et dicite infelicissimo Almachio, quod ego unum donum peto, ne nimis acceleret is meam decertationem. Ego autem faciam, ut in domum meam veniat sanctissimus papa Urbanus, ut faciat vos omnes vitæ æternæ participes, et sic Dei providentia ego quoque consummabor. Tunc cum in ejus domum venisset sanctissimus papa Urbanus, baptizavit plusquam quadringentos, diversi sexus, fortunæ et ætatis. Inter quos erat vir clarissimus, nomine Gordianus. Is cum papæ precibus domum sanctæ Cæciliæ vocavit ex suo nomine, ut in occulto ex illo die, ex quo illic Christi peractum est baptisma, fieret Ecclesia Dominica ; adeo ut sanctissimus quoque papa Urbanus illic occulte habitaret; in dies autem Christi redemptionis lucra illic crescerent, et diaboli essent damna innumerabilia.

XXIV. Cum hæc autem fierent, Almachius urbis præfectus jubet coram se sisti Cæciliam ; quam interrogans, ei dicit : Quod est nomen tuum, o puella ? Respondit sancta: Cæcilia. Dixit præfectus Almachius : Cujus es conditionis ? Dixit Cæcilia : Ingenua ex clarissimis. Dixit præfectus : Ego te rogo de religione, non autem de genere. Sancta dixit Cæcilia : Interrogatio tua stultum cepit principium, quæ duo responsa videtur elicere ex una quæstione. Dixit præfectus: Undemam est tibi hæc fiducia? Respondit sancta : Ex bona conscientia, et fide non simulata. Dixit præfectus : Ignoras quænam sit mihi potestas ? Dixit sancta Cæcilia : Ignoras tu, quænam sit mihi potestas ? Nam si tu me rogaveris de tua potestate, veris verbis tibi aperiam. Dicit ei præfectus : Dic, si quid nosti. Sancta dixit Cæcilia : Omnis hominis potestas est perinde ac uter vento plenus : quem si una acu pupugeris, omnis tumor ejus colli flaccescit. Quin etiam si invenietur in ipso aliquid portare, inflectitur. Dixit præfectus : Cœpisti a contumelia, et perseveras in contumeliis. Dixit sancta Cæcilia : Non dicitur contumelia, nisi in eos qui pauca peccant, non teneatur moderatio. Quamobrem vel doce contumeliam, si falsum sum locuta ; vel teipsum castiga, subeuntem judicium. Dixit Almachius præfectus : Ignoras, quod domini invicti imperatores jusserunt ut qui non negaverint se esse Christianos, puniantur: qui autem negaverint, dimittantur. Dixit sancta Cæcilia: Sic vestri semper erant imperatores, sicut etiam vestra celsitudo. Nam quæ ab ipsis processit sententia, vos quidem testata est esse impios, nos autem esse ostendit innocentes. Si enim malum esset hoc nomen, nos quidem negavissemus. Vos autem, ut nos confitemur, omnino coegissetis. Dixit præfectus : Pro pietate sua hoc valuerunt statuere, ut sua benignitate vitam donando, vobis gratificentur. Dixit sancta Cæcilia : Nihil est æque impium, nihil vero tam innocentiæ inimicum, quam reis omnia inferre supplicia ad hoc, ut suam iniquam testentur qualitatem, et de eorum in mysterio sociis gravissimam habere quæstionem. Nos autem quos innocentes cognoscitis, nominis solum accusatis. Sed nos, qui sanctum nomen Christi cognoscimus, id omnino negare non possumus. Est enim melius mori feliciter, quam vivere infeliciter. Nos enim vera dicentes, vos punimus, quibus est persuasum, ut falsum audiatis.

XXV. Dixit Almachius præfectus: Elige tu unum ex duobus: aut sacrifica, aut nega te esse Christianam, ut delicti tibi detur venia. Tunc dixit ridens sancta Cæcilia : O judicem pudore necessario affectum ? Vult me negare, et esse me innocentem, ut ipse me faciat crimini obnoxiam. Si vis accusare, cur me adhortatis, ut negem ? Sin autem vis absolvere, cur non vis inquirere ? Dixit præfectus Almachius : Adsunt accusatores, qui testantur te esse Christianam. Si ergo quamprimum negaveris, impones finem eorum accusationibus. Sin autem nolueris negare, hoc tuæ imputabis amentiæ quando in te lata fuerit sententia. Dixit sancta Cæcilia : Eorum accusatio est mihi desideranda, et punitio tua est victoria. Noli me ergo corrigere tanquam errantem: sed teipsum increpa, qui existimas fore ut Christum negem. Dixit præfectus : Misera, nescis vitæ et necis potestatem mihi datam esse ab imperatoribus ? Cur loqueris cum tanta superbia ? Dixit sancta : Alio modo licet dicere superbum, et alio confidentem. Ego confidenter, non autem superbe, sum locuta. Nam

nos quoque valde rejicimus superbiam. Tu autem si non times audire veritatem, rursus docebo te nunc falsa esse locutum. Dixit Almachius præfectus : Quidnam falsi es in nobis assecuta ? Dixit sancta Cæcilia : Hoc, quod affirmas tuos imperatores tibi dedisse vitæ et necis potestatem. Dixit præfectus : Ergo sum mentitus ? Sancta dixit Cæcilia : Revera, si jubeas, falsum te dixisse ostendem. Dixit præfectus : Dic. Sancta dixit Cæcilia: Dixisti tuos imperatores tibi dedisse potestatem vitæ et necis. Cognosce itaque, tibi solum esse datam mortis potestatem. Nam vitam quidem potes a vivis tollere ; mortuis autem non potes dare vitam. Dic ergo, quod imperatores te voluerunt esse ministrum mortis. Nam si tu amplius dixeris, deprehenderis falsa dicere, et quæ non possunt consistere. Dixit præfectus Almachius : Ne sis verbosa, o mulier,sed de cætero tuam depone audaciam, et veni, et diis sacrifica. Dixit sancta Cæcilia : Nescio, ubinam tuos oculos amiseris. Nam quos tu dicis deos, ego et omnes, qui sunt sanis oculis, videmus esse lapides, et æs, et plumbum. Dixit præfectus : Contumelia afficis religionem, despectis philosophis, non possum autem ferre deorum contumelias. Dixit sancta Cæcilia : Ex quo os aperuisti, nullum verbum fecisti, quod non te ostenderet injustum, insipientem et stultum.Sed enim quidnam hoc est, quod externis oculis esse cæcum ostendis, quando quod omnes lapidem esse aspicimus, et lapidem inutilem, tu deum esse testaris? Do tibi, si jubes, consilium, et eum tangens, disce esse lapidem ; si non nosti, id aspiciens ; est enim dedecus, a toto te redire populo. Omnes enim sciunt Deum esse in cœlis, hæc autem,ut quæ sint formæ lapideæ,per ignem posse melius mutari in calcem : quoniam jam suo otio pereunt, et neque tibi, si simul pereas, neque si in ignem conjectæ, fuerint, sibi poterunt subvenire.

XXVI. Tunc valde iratus Almachius, jussit eam reduci in domum suam, et illis balnei flamma torreri (1). Cum autem esset in aere balnei sui inclusa, et subtus toto die et nocte magna vis ardentis ligni adhiberetur, tanquam in loco refrigerato illæsa permansit et salva,Domini gratia: adeo, ut nulla pars omnino ex ejus membris vel minimo sudoris signo fuerit humectata. Quod cum audivisset Almachius præfectus, illuc misit ad ipsam, ut in ipsis balneis ei caput amputaretur. Quam spiculator tribus percussit ictibus,et non potuit ei caput amputare. Sic autem eam semiputato capite ferus et crudelis ille lictor reliquit; adeo ut omnes turbæ,quæ per illam crediderant,sanguinem linteis tanquam spongiis hauserint. Tribus autem, quibus supervixit diebus, non cessavit omnes, quos aluit et quos docuit, confirmare et corroborare in fide Domini. Quibus etiam distribuit omnia, quæ habebat, et sanctissimo papæ Urbano commendavit. Cui etiam dixit : Triuni dierum mihi jam petivi terminum, ut tradam hæc tuæ sanctitati, et hanc domum meam in sæculum Ecclesiæ nomine consecres. Impletis autem tribus, et Deum precante beata Cæcilia,cum essent adhuc preces in ore ejus, tradidit pretiosam et sanctam suam animam in manus Dei viventis, mensis Novembris 22. Tunc sanctissimus papa Urbanus, cum gloriosissimum ejus corpus subtulisset noctu cum diaconis, sepellit ipsum inter alios collegas suos episcopos, ubi sunt omnes confessores et martyres depositi. Ejus autem domum in æternum consecravit nomine sanctæ Ecclesiæ, et illic perpetuo peraguntur sancta Domini mysteria usque in hodiernum diem in memoriam quidem martyris, gloriam autem et laudem magni Dei et Servatoris nostri Jesu Christi : cui gloria et potentia nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

(1) Nihil læditur ab igne. De hoc supplicii genere nobilioribus inferri solito consule Bar. in notis Martyrol. 21 Novembr. lit. A.

VITA S. CLEMENTIS MARTYRIS,

EPISCOPI ROMANI

DISCIPULI S. PETRI APOSTOLI

Habes hujus historiæ assertorem Gregorium Turonensem lib. *De glor. mart.* c. 35 et 36, qui ante 1000 propemodum annos ex ea scribebat.

(Latine apud Surium ad diem 23 Novembris ; Græce non exstat Paris.)

I. Trajani imperatoris tempore,Torcutianus comes officiorum, cum innumerabilem multitudinem Christo vidisset credere, accersiit præfectos regionum, et, datis eis pecuniis, persuasit ut turbam moverent adversus nomen Christianum. Urbis autem præfecturam obtinente Mamertino, excitata est populi

Romani seditio nomine Clementis : et exorta inter se invicem confusione, alius aliud in ipsum dicebat. Aliqui autem contra dicebant : Quid enim mali fecit ? aut quid non boni recte gessit ? Nam quemcunque ægrotorum visitavit, is sanitatem ab eo est consecutus. Quicunque ad eum abiit affectus tristitia, is lætus est reversus. Nullum unquam læsit, omnibus vero profuit. Alii autem diabolico spiritu accensi, clamabant : Magicis artibus hæc faciens, deorum nostrorum cultum evertit. Jovem dicit non esse deum ; Herculem autem nostrum custodem esse dicit immundorum spirituum; sanctam Venerem refert fuisse meretricem ; Vestam autem magnam deam, igne fuisse consumptam, impie asserit. Similiter sanctissimam quoque Minervam, Dianamque et Mercurium, Saturnumque et Martem calumniatur. Omnia nostrorum deorum nomina et templa probris insectatur et contumeliis. Aut diis nostris sacrificabit, aut ipse delebitur.

II. Tunc Mamertinus urbis præfectus non ferens populi seditionem, beatissimum Clementem jussit ad se adduci. Quem cum vidisset, cœpit dicere : Ex generosa quidem radice processisti, ut testimonium fert Romanus populus ; sed errorem suscepisti, et ideo non possunt in animum inducere, ut taceant. Nam nescio quemnam Christum colis, et contra deos admittis. Quamobrem oportet te deponere omnem superfluam supersitionem, et colere deos, quos de more colimus. Tunc dixit B. Clemens : Optarem excellentiæ tuæ prudentiam attendere meam defensionem et non propter imperitorum seditionem, sed propter meam doctrinam, me accusare. Nam etiamsi multi canes nos allatraverint et conciderint, non possunt nobis auferre, quin simus homines rationis participes : illi autem, canes latrantes. Semper enim constat seditionem proficisci ab imperitis, ut nihil habeat tutum, nec verum. Quamobrem quæratur ratio silentii, in quo pro sua salute homo particeps rationis, et per se incipiat consultare et disserere ut verum Deum inveniat, cui suam fidem honorifice commendet. Tunc Mamertinus urbis præfectus mittens ad Trajanum imperatorem, detulit nomen B. Clementis, dicens : Hunc Clementem seditiosis clamoribus populus non cessat quærere, et non potest in eum inveniri fide digna probatio. Tunc rescripsit Trajanus imperator, oportere eum vel consentire sacrificantem, aut ultra mare Pontum in desertam civitatem suam prope Chersonem relegari.

III. Quando autem Trajani jussus fuit confirmatus, cogitabat apud se Mamertinus, quonam modo Clemens voluntarium non peteret exsilium, sed diis potius offerret libamina. Sed B. Clemens contendebat ipsius quoque judicis animum ad fidem Christi traducere, et ostendere, sed potius eligere exsilium, quam id timere, Dominus autem Clementi præbuit tantam gratiam, ut Mamertinus urbis præfectus defleret, et diceret : Deus, quem tu sincere colis, ipse tibi opem feret in hoc, quo fuisti damnatus, exsilio, navemque ei constituit ; et cum omnia in eam immisisset quæ erant ad usum necessaria, dimisit. Porro autem multi quoque ex populo viri pii eum sunt secuti. Cum autem pervenit ad locum, in quem erat relegatus, ad opus fodiendi et cædendi marmoris, illic invenit plusquam duo millia Christianorum, qui ad longissimum tempus erant condemnati. Qui quidem cum vidissent sanctum et egregium Clementem, omnes unanimes cum gemitibus et lacrymis accedentes, dicebant : Ora pro nobis, sancte pontifex, ut efficiamur digni Christi promissione. Quos cum cognovisset sanctus Clemens propter Christum fuisse relegatos, dixit : Non ab re me huc misit Dominus, sed ut, cum fuissem particeps vestrarum perpessionum, præberem etiam exemplum consolationis et tolerantiæ.

IV. Ab eis autem accepit, quod a sex milliaribus portabant aquam suis humeris. Statim itaque Clemens rogavit eos, dicens : Precemur Dominum nostrum Jesum Christum ut fidei suæ confessoribus aquæ fontem aperiat ; et qui percussit petram in terra deserta Sina, et abunde fluxerunt aquæ, ipse copiosum nobis præbeat fluentum, ut lætemur ejus suppeditatione. Impleta autem precatione, in eo loco ad quem aspexerat, vidit agnum stantem, qui dexterum pedem levavit, veluti sancto Clementi locum indicans. Tum sanctus Clemens cogitans esse Dominum, quem ipse solus aspexit, et nullus alius, profectus est ad locum, et dixit : In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti pulsate in hoc loco ; et cum omnes circumcirca fodissent ligonibus, et non ipsum locum, in quo stetit agnus, parvo ligone accepto, parvo ictu sanctus pulsavit locum, qui erat sub pede agni, unde repente emersit fons pulcherrimus aquis scaturientibus, qui magno impetu effusus fecit fluvium. Tunc sanctus Clemens dixit omnibus exsultantibus : « Fluminis impetus lætificat civitatem Dei [1]. » Propter hanc ergo famam accurrit omnis provincia, et omnes, qui venerant ad doctrinam sancti Clementis, conversi sunt ad Dominum ; adeo ut quotidie quingenti et plures baptizati recederent. Intra unum autem annum factæ sunt illic a fidelibus septuaginta quinque ecclesiæ ; et confracta sunt omnia simulacra, omnia templa regionis quæ erat circumcirca, sunt diruta ; omnes luci, qui erant ad trecenta milliaria, omnino in orbem sunt concisi et constrati.

V. Tunc ergo odiosa narratio pervenit ad Trajanum imperatorem, quod illic ad multitudinem innumerabilem auctus esset populus Christianorum ; et ab eo missus fuit præses Aufidianus,

[1] Psal. XLV, 5.

qui plurimos Christianos diversis tormentis subtulit. Videns autem omnes ad martyrium cum gaudio accedentes, cessit multitudini; solum autem sanctum Clementem cogens sacrificare, et videns eum sic esse firmum et stabilem in Domino, et nolle omnino a sua dimoveri sententia, dicit lictoribus: Accipite eum, et ducite in medium maris, et projicite eum in profundum, ne possint Christiani tollere ejus corpus, et pro deo eum colere. Cum hoc ergo factum esset, universa multitudo Christianorum astans flebat in littore.

VI. Post hæc autem dixerunt Cornelius et Phœbus ejus discipuli: Omnes oremus unanimes, ut ostendat nobis Dominus martyris sui reliquias. Orante ergo populo, retrocessit mare in suum sinum ad tria fere millia, per siccum autem ingressi populi, invenerunt in figura templi marmorei paratum a Deo habitaculum, et illic situm corpus sancti Clementis, et ancoram, cum qua fuit projectus, prope ipsum jacentem. Revelatum ergo fuit ejus discipulis, ne reliquias e loco ejicerent: quibus etiam hoc fuit responsum, quod singulis annis in die suæ decertationis, cessurum sit mare venientibus, septem dies siccum iter eis præbens. Quod quidem Deo placuit fieri ad laudem ejus nominis usque in hodiernum diem. Hoc autem facto, quod erat præter opinionem, miraculo, omnes gentes circumcirca credidere Christo. Quo in loco nullus invenitur gentilis, nullus Hebræus, nullus omnino hæreticus. Illic enim plurima fiunt beneficia. In ejus festo cæci illuminantur, dæmones expelluntur, febrientes sani fiunt; nephritici, et qui calculo laborant, solo contactu ejus reliquiarum, et aquæ sanctificatæ aspersione et potu, a morbo liberantur; et qui quovis morbo affecti, confugientes ad sacri martyris auxilium, frunantur curatione; et permanet gloria ejus et laus in æternum, per Dominum nostrum Jesum Christum; per quem et cum quo, Patri gloria cum sanctissimo et vivifico ejus Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

Narratio sancti martyris Ephræm episcopi Gersonis, de miraculo facto in puerum a sancto martyre et apostolo Clemente.

I. « Mirabilis Deus in sanctis suis [1], » opportunum est hodie dicere cum Propheta, et: « Quam admirabilia sunt opera tua, Domine [2]! » et: « Quis Deus magnus, sicut Deus noster? » et: « Tu es Deus faciens mirabilia solus. » Quod enim præsenti orationi aliud afferam proœminum? Artificiosam enim dicendi artem præsens superat miraculum, cum miraculum multa excellat miracula, et ipsa etiam prophetica miracula exsuperet ut est ostensura oratio.

II. Scio vos cupere scire, quodnam et cujusnam sit miraculum, et urgetis ut dicamus [3]. Id autem est primum quidem Dei, a qua omnis datio bona et omne donum perfectum [4]. Præterea autem Clementis Romani, qui post Petrum fuit præco veritatis, et ejus Romanæ sedis successor fidelis; illius, inquam, Clementis, cujus usque in hodiernum diem universa terra vel tacens salutiferas clamat fuisse doctrinas. Clementis illius, qui fuit veræ palmes vitis Christi, per quem nobis expressus botrus doctrinæ, pietatis et salutis mustum nobis effudit. Clementis, qui fuit veræ scalæ, quæ nos non deducunt ad sublimem aliquam terræ altitudinem, sed virtutum ascensionibus tanquam aliquibus gradibus nos ad cœlum transmittunt et cœlestia, scalæ quæ iis quæ a Jacob visæ sunt, nihil sunt inferiores, non ostendentes nobis angelos per eas ascendentes et descendentes, sed hominum animas divinis admonitionibus, ut quæ a gradibus in gradus per virtutes ad Deum deducant. Cujus quidem miraculum cum non dixeritis, o pulcherrime et fidelissime cœtus, quale sit et quantum, audire, ut viri pii, contendite, et ad audiendam exsultate orationem, et aures inclinate, et nostram arguite tarditatem. De hoc enim gaudeo, solum vos rogo, ut usque ad finem mihi attentum animum adhibeatis, et nulla cogitatio, quæ ad hujus vitæ curam pertinet, mentem vestram subeat, nec promptum vestrum animi studium sinatur retardare, sed hoc vigilanti animo et attento fideliter excipite. Res autem ita se habet:

III. Cum præclarissimus et beatissimus Clemens perfecisset doctrinæ cursum et apostolatus, et per consummationem martyrii hinc excessisset ut gloriosi ejus martyrii liber declaravit (quem vos non ignorare est mihi persuasum), non justum judicavit is qui eos, qui ipsum glorificant, glorificat [5], non ipsum vicissim glorificare, qui pro amore in eum sic decertavit: sed eum valde glorificare et magnifice extollere, et ut in cœlo angelis, *ita* etiam hic hominibus eum reddere clarissimum et maxime venerandum per miracula, miracula, *inquam*, quorum magnitudinem mens non potest comprehendere, nec oratio dicere multitudinem, neque manus exprimere infinitatem. Ut ergo ex fimbria, ut est in proverbio, textum pannum possitis cognoscere, id vobis narrabo, quod prius sum pollicitus. Cum venerandæ sanctissimi martyris Clementis reliquiæ in maris profundum fuissent projectæ ab impiis illis cultoribus simulacrorum et eas excepisset templum in profundo a Deo ædificatum, hic quoque maximum fecit miraculum Deus admirabilium. Cum enim hoc factum esset, et ejus discipuli flerent cum iis qui illic erant fidelibus, et ut sacrosanctas gloriosi martyris re-

[1] Psal. LXVII, 36. [2] Psal. XCI, 6. [3] Psal. LXXVI, 14. [4] Jac. I, 17. [5] I Reg. II, 30.

liquias eis ostenderet, quod etiam factum est, Deum supplices rogarent, protinus immensum illud pelagus desistens et retrocedens, effecit ut profondum adiri posset a fidelibus usque ad tria milliaria. Ingressi autem, invenerunt habitaculum instar templi marmorei, et illic in capsa lapidea sanctissimas et gloriosissimas martyris Christi repositas reliquias. Qui cum statuissent sanctissimas ex profundo tollere reliquias noctu accedens sanctus, eos sic est allocutus: Reliquias quidem nolite tollere ; hanc autem vobis concedo gratiam, ut singulis annis die meæ decertationis septem dies mare retrocedens, præbeat iter persiccum ingrediendum hucusque. Quod autem dixerat, deductum est ad effectum. Ab eo enim tempore usque in hodiernum diem singulis annis fit hoc miraculum. Quid est hoc minus faciendum, quam Mosis miraculum ? Quid vero Elisei vilius, aut minus gloriosum ? Imo vero est longe majus et gloriosius. Ille enim virga et vivus et semel mare scindens, maris profundum ut iter esset, effecit : hic vero similiter pelle ovilla secans Jordanem, semel quoque hoc fecit miraculum : ambabus aquis post transitum redactis ad suam naturam, quibus hoc nunquam factum est postea. Hic autem post mortem, et non semel, sed ab eo tempore usque in hodiernum diem. O miraculum et gloriam martyris, quale donum est assecutus singulis annis die gloriosæ suæ decertationis ? Septem enim dies, sicut prius diximus, recedens mare illud infinitum, piis præbet iter facile.

IV. Cum hoc ergo sic factum (1) omnes pii, tam qui erant in regione, quam cives Chersonis audivissent, perrexerunt ad contemplandum miraculum. Cum quibus quidam quoque vir pius cum pia uxore et filio masculo, ad sacrosancti martyris templum viam pergerunt prompto et alacri animo. Cum autem ad locum pervenissent, et miraculum quod adhuc fiebat, aspexissent, ingressi sunt illud templum quod ad Deo ædificatum fuerat in profundo ; et cum ad capsam accessissent, supplices sanctum rogabant, petentes ut per ipsum sibi daretur veniam peccatorum ; et precantur, ut filio daretur vita longa, et nullis obnoxia calamitatibus, et opum copia, et quæ consentaneum est petere parentes filio unico. Postquam ergo preces peregissent, et sancti osculati fuissent reliquias, redierunt. Qui cum egressi essent, aqua rursus in suum locum rediit. Illi autem conversi, et quod prius erat iter, pelagus aspicientes, huc et illuc circumspicientes, filium quærere aggrediebantur. Is autem in arca sancti remanserat ; et hoc non oblivione parentum, sed Dei voluntate factum est, ut in hoc quoque martyrem faceret magis admirabilem.

V. Cum ergo parentes non invenirent filium, et cogitassent puerum fuisse a se oblivioni in profundo mandatum, quid opus est dicere et patris lamentationes, et matris ejulatus? Præclarum enim illud festum converterunt in lamentationem. Quid enim non dicebant ? Quid non faciebant ex iis quæ consentaneum est, vel ipsum lapidem posse movere ad lacrymas ? Mater enim oculos ad mare extendens, et manus in altum extollens, sancto tales voces emittebat : Hæ sunt, o sancte, tuæ remunerationes ? hancne reddis gratiam iis qui tanto tui desiderio ad te accurrerunt ? Hancne reddidisti mercedem pro labore, quem passa sum, ex quo accessi ? Ubi est mihi filius ? Ubi nati mei viscera marina bellua laceravit ? Quisnam autem vehemens insurgens fluctus, eum vivum tanquam sepulcrum operuit ? Quemnam modo aspiciam oculis ? Pro quo vero orabo ? Quis autem erit meæ senectutis baculus ? Cur, o sancte, non fecisti me esse sociam mortis filii mei, ut quomodo ad te accessi eum manu tenens, ita etiam cum ulnis ferens, infelix ad inferos descenderem : O mare et profundum, quonam tui sinu meum tenebris filium ? Quomodo autem eum quoque ales ? Hei mihi, miserande fili ; fili, rapte ante tempus ; fili, quomodo a meis oculis recesisti ? Quibus pedibus es conversus ? Quemnam autem tanquam agnum aspiciam exsilientem ? Pater vero rursus et manus et oculos feriens, sic conquerebatur : Cur, o sancte, me repente orbum fecisti liberis ? Cur permisisti, ut meus filius moreretur morte tam miserabili ? Cur mihi obtigerunt contraria iis quæ speravi ? Hacne fide ad te accessimus ? Taliane sunt dona martyrum in eos qui ad ipsos magno accedunt desiderio ? Revera non tu, sed procellæ meorum peccatorum mari tradiderunt filium. O fili mi, quis tui mortui claudet oculos ? Quis te autem componet ad sepulcrum ? Quænam vero theca pulchrum tuum et jucundum teget tabernaculum ? An omnino quidem tuos oculos texit mare, et sepeliit profundum, et tibi theca fuit venter piscium !

VI. Cum sic autem plangerent et lamentarentur parentes, quidam ex iis qui illuc convenerant, vix tandem eis persuaserunt, ut cessarent a lamentatione. Cum a luctu autem parum cessassent, domum abierunt. Cum ergo tempus processisset, et memoriæ sancti martyris dies venissent, hæc inter se dicebant, recordati sui filii : Agedum proficiscamur ab sanctum, ut, si ullæ reliquiæ, quod fieri non potest, remanserint nostri filii, eas accipiamus, et cum sancto, judicio contendamus ; ut, si fieri possit, illic moriamur, mortis societatem ineuntes cum filio. Cum hæc ergo dixissent, nondum iis quæ dicebantur, finem imposuerant, et cœperunt iter ingredi. Cum vero accessissent, et ad locum pervenissent, et mare retrocessisset, Deo hic quoque honor ante martyrem filii sui desi-

(1) Hucrefer c. 35, Greg. Turc. lib. I. *De gloria martyrum*.

derio stimulati,primi profundum insilierunt,eosque sequens vadebat multitudo. Cum autem pervenissent ad imprimis venerandum templum martyris, (o miraculum!) vident suum filium vivum, lætum et exsilientem. Cum sic autem a miraculis in miraculum incidissent, reque insigni et admirabili essent obstupefacti, primum quidem Deum laudarunt ; deinde martyri quoque egerunt gratias. Deinceps vero adolescentem interrogarunt, quomodo esset servatus, quonam vivificante, quonam servante, et quonam nutriente ? Puer autem una quidem manu tenens arcam, altera autem manu digito indicans eum qui intus jacebat, respondit interrogantibus : Hic post Deum meus custos et vita et alimentum fuit, et propulsator belluarum marinarum. Hic me quotidie alebat splendidisse.

VII. Parentes autem admiratione et lætitia affecti, et martyris fide magis confirmati, per quem filium, quem putabant mortuum,viventem acceperunt, priores luctus cenverterunt ad gratiarum actionem, sancto sic acclamantes : Vere ergo admirabilis est Deus in sanctis suis [6], et eorum qui ipsum timent, faciens voluntatem [7], et audiens eorum precationem. Servasti, o sancte, nostrum filium ; reddidisti nobis eum qui non sperabatur. O cœlum et terra,et tu profundum, quod nos prius exsecrabamur admirare magnum hoc opus, quod naturam superat.Esto autem tu quoque,o sancte, nobis propitius, et ea nobis condona quæ animo cruciati interdiximus et fecimus. Ne pro nostris in te maledictis parem referas gratiam. Filium recepimus ; eum, qui erat mortuus, per te nunc in vitam revocatum accepimus, senectutis nostræ baculum rursus habemus tuo auxilio. Quid pluribus opus est ? Non trium dierum, sed unius anni mortuum, et non lapide, sed aqua conditum : et non a vermibus, quod est naturæ humanæ proprium, consumptum, sed a piscibus, ut existimabamus, devoratum, salvum per te accepimus. O gratiam, o gloriam, o virtutem et beneficentiam ! o sancte. Cum sic ergo sanctum cum lacrymis essent et laudibus prosecuti, accipientes filium, venere domum, narrantes omnibus miraculum.

VIII. Quidnam ergo cum his conferemus ? Aiunt Eliam aliquando filium, qui erat mortuus, vivum matri reddidisse ; quod quidem et magnum, et valde admirabile [8].Quin etiam ad Elisei aliquando, ut Litteris est proditum, monumentum, quemdam a quibusdam homicidis interfectum, et in eo projectum, surrexisse et vixisse [9] : quod quidem est magnum, et valde admirandum. Porro autem Petrus quoque in nostris libris, Petrus, inquam, princeps apostolorum, illam, quæ pauperes alebat, viduam Tabitam mortuam, eadem hora ad vitam suscitavit precibus [10] Et sunt hæc quidem admirabilia et longe clarissima : præsens autem miraculum quantum ea exsuperat ? Attentius autem mihi considera miraculi excellentiam. Elias quidem ut prius diximus, nuper mortuum puerum,et qui nondum refrixerat, sed adhuc servabat naturæ calorem, suscitavit. Elisei vero virtus duabus de causis fecit miraculum: una quidem ostendens prophetam, qui ignorabatur : alteram autem non concedens cædem etiam post mortem. Petrus vero sua virtute, et adjutus etiam eorum precibus, qui a vidua fuerant affecti beneficio, ipse quoque excitavit eam modo mortuam. Sanctus autem martyr Clemens (o miraculum !) non recens, sed jam anno uno mortuum, vel ut melius dicam, in uno quoque puncto, et ejus tenuissima parte morientem, conseravit, Scitis autem omnes, qui ejus fecistis, periculum, quanto tempore verisimile erat conservari puerum in profundo tam vasto. Sed mihi diligenter consideranti non unum mortuum, sed quanto temporis spatio scimus puerum in aqua suffocari, id tempus repetentes et remetientes, inveniemus sanctum tot suffocasse mortuos. Quod autem est admirabilius, non ab aquarum solum suffocatione, sed a bestiarum etiam læsione conservavit puerum. O gratiam, o virtutem, quæ utrumque efficit : nempe et aquas alligat. et propulsat belluas. Ad hæc quid dicitis? Non alia superat miraculum ? Nisi quis nos male reprehendat, quod id extollamus supra miracula prophetica. Nulla ea de causa in nos cadet reprehensio. Aperte enim scitis sanctum martyrem esse in eadem gloria et iisdem tabernaculis, in quibus sancti martyres, apostoli et prophetæ, et ipsi angeli.

IX. Sed o martyrum splendor et decus sanctorum, primitiæ antistitum, vide nunc quoque hunc præsentum cœtum pium et religiosum, qui a vitæ fluctibus quotidie obruitur.Eum tuis precibus illæsum custodi et conserva : et qui tanquam fere immanes insiliunt dæmones, et minantur se esse devoraturos animæ nobilitatem, tuarum intercessionum jaculo repelle, o sanctissime. Sed nos quoque, o fidelissime cœtus, rogo, ut per bona et Deo grata opera efficiamus nos dignos sancti gratiis et donis. Et primum quidem in Deum et inter nos ipsos sinceram et non perturbatam conservemus charitatem. Deinde ab omni maledicto, et omni mendacio, et omni perjurio nosipsos repurgemus. Ante hæc autem et post hæc, faciamus eleemosynam, quæ scit Deum magis placare, et propitium reddere nostris peccatis. Quis enim ejus oblitus, regnum Dei possederit? Nemo nostrum prætexat paupertatem, nemo viduitatem et liberorum nutricationem. Sunt hi frigidi et perniciosi prætextus. Nemo vestrum est illa vidua pauperior, quæ nihil aliud habebat, quam pugillum farinæ: idque cum alendi ei essent liberi : neque tamen suam aut

[6] Psal. LXVII, 36. [7] Psal. CXLIV, 12. [8] III Reg. VII, 1 seqq. [9] IV Reg. XIII, 21 seqq. [10] Act. IX, 39.

filii vitam prætulit misericordiæ [11]. Ne excusationes arquæramus in peccatis, « Deus non irridetur [12]. » Penaria nostra mente intueamur. Videamus an quotidiani alimenti nihil nobis redundet. Ne mensium circulos metiamur, et annorum ambitus, est enim alius qui providet, et eorum curam gerit, etiamsi nos ignoremus. Nosipsos constituamus nostrarum rerum examinatores : etsi, ut prius quidem diximus, quotidiani alimenti nostri nihil superait, scit Deus misereri eorum, qui premuntur inopia. Sin autem viderimus nostra penaria non solum cibo et potu repleta, sed etiam auro et argento, et aliis, quæ eos consequuntur, qui divitiis delectantur et possessionibus, esurientibus aliis et frigore enectis, sciamus quod æternum ei qui nunquam desiit ignem nobis recondimus. Ut eum ergo effugiamus, in Dei mandatis pro viribus ambulemus, ut et sancti martyris fruamur intercessionibus, et ineffabilia et æterna Dei bona consequamur, gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi : cui gloria, potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[11] III Reg. XVII, 1 seqq. [12] I Galat. VI, 7.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΑΚΡΑΓΑΝΤΟΣ

—

VITA ET CONVERSATIO

S. P. N.

GREGORII, EPISCOPI AGRIGENTINI

(Latine apud Surium ad diem 23 Novembris ; Græce ex codd. mss. Reg. 1525, 1549 et 1554)

—

Α'. Κάλλιστόν τι χρῆμα ἡ ἀρετή, καὶ δόξαν ὅτην Α ἐγκόσμιόν τε καὶ ὑπερκόσμιον προξενοῦσα τοῖς ἐρασταῖς. Οὐδὲ γὰρ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον τὰς ἀμοιβὰς ἀποδίδωσιν, ἀλλά γε καὶ κατὰ τὸν παρόντα βίον τοὺς μετιόντας περιφανεῖς ἐργάζεται. Ταύτην οὖν καὶ Γρηγόριος ὁ πάντα καλῶς εἰς ἄκρον ἀσκήσας οὐ κληρονόμος μόνον τῆς ἀλήκτου ζωῆς, ἀλλὰ καὶ περιὼν ἔτι τῷ βίῳ θαυμαστὸς κατέστη καὶ περιβόητος, ὃν εἰ Σικελῶν μὲν ἐβλάστησε γῆ, Σικελῶν γὰρ ἡ Ἀκραγαντίνων, ὡς πάντες ἴσασι, Σιὼν δὲ ἁγία ἑκατέραν ἐκδεξαμένη, κάθαπερ τι φυτὸν εὐτενὲς ἐθρέψατό τε καὶ τὰ κάλλιστα ἐκδιδάξασα, τῇ πατρίδι πάλιν περιφανῶς ἀποδίδωσιν. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἥδιστόν τι πρᾶγμα δοκεῖ καὶ σπουδῆς ἄξιον τὸν αὐτοῦ βίον ἄνωθεν ἀναγράψασθαι καὶ τοῖς ἔπειτα καλοῦ παντὸς θέσθαι παράδειγμα καὶ ἀρχέτυπον· Β ὑμῖν δὲ οἶδ' ὅτι καὶ αὐτοῖς τὰ καλὰ καὶ ἀκούειν καὶ ζηλοῦν βουλομένοις εὐκταῖον τὸ πρᾶγμα φανεῖται, καὶ μεθ' ἡδονῆς ἄγαν τὰς ἀκοὰς εἰσδυομένων. Ἀρχὴν τοίνυν τοῦ λόγου ταύτην θετέον, ἣν δὴ κἀκεῖνος τοῦ βίου ἔσχεν ἀρχήν.

Β'. Κώμη τις ἤνεγκε τὸν μακάριον, ἣ Πραιτώρια μὲν καλεῖται, ἐγγυτάτω δὲ κεῖται τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως, τὸ πρότερον δὲ ἀφανὴς οὖσα

I. Pulcherrima res est virtus, quæ maximam gloriam, et altissimum ornatis cumulum sui amatoribus affert. Si quidem non illos solum post mortem remuneratur, sed vivos utque præsentes illustres efficit. Hanc cum Gregorius omnibus in rebus egregie ad extremum usque tempus exercuisset, non solum hæres vitæ perpetuæ est institutus, sed cum adhuc etiam viveret, admirabilem se ac celebrem præstitit. Sicilia quidem oriundus. Siculis enim finibus, ut omnes norunt, Agrigentum continetur; cæterum cum sancta illum Sion suscepisset, ac uti plantam quamdam apprime nobilem enutritum, dissertissime erudivisset, patriæ rursus conspicuum reddidit. Et quidem jucundissimum mihi ac æstimabile valde videtur, ejus vitam altius repetitam describere, tanquam specimen quoddam, et omnis virtutis exemplar, litterarum monumentis posteris consignare : vobis vero, quibustam splendida audire libet ac imitari, res isthæc optabilis esse, vestrasque ingenti cum voluptate aures subire debet. Quod igitur ille vitæ principium habuit, hoc ipsum nostræ orationis exordium statuendum est.

II. Vicus quidam, qui Prætoria nomine dicitur, Agrigento civitati proximus, sanctum virum edidit. Prius quidem ille obscurus et incognitus :

nunc vero tanto alumno clarus et illustris emicat. Parentes vero (quæ Dei gratia ac benignitas fuit) viri luculentis ornati divitiis, ac probata vita florentes, plurima sua pauperibus erogabant. Hi quo marem filium procrearent precibus insistentes, voti tandem sui compotes fiunt, filiumque non natura tantum, sed animo, marem suscepere: quemadmodum et tempus, quo ille perturbationis est impetitus, et contra malorum impressiones altitudo animi postulabat: quæ sane omnia sermo quoque, subsequens indicabit. Hunc igitur a sacro baptismate vir virtute clarus Potamion, qui tum sacris ac religioni Agrigenti civitatis præerat, suscipit. Postea vero quam puer octavum ætatis annum attigit, hunc ad divum Potamionem parentes adducunt, ut puero ille prospera omnia precaretur, et præterea ipsum præceptori traderet erudiendum. Qui cum pro pueri salute Dominum (ut par erat) orasset, grammatici cujusdam, cui Damiano nomen erat, fidei illum commisit, disciplinisque accurate ac sedulo incumbere præcepit. At puer ab ipsis litterarum elementis, ut aiunt, præstantiam animi præ se ferens, utpote qui ingenii acumine, et acri promptitudine usus est, plures breviter disciplinas percurrit. Nam prima ipsa elementa, odasque Davidicas, rationem item ac convenientiam numerorum, adde etiam ecclesiasticos hymnos, biennii tantum spatio didicit. Proinde ob celeritatem, qua tot disciplinis excultus est, omnibus admirationi fuit. Ubi vero duodecimum annum prætergressus est, episcopum rursus ac cæteros Ecclesiæ ministros parentes adeunt, multisque hunc ipsum in eorum collegium cooptari precibus orant. Cumque ille æquo animo sermonem audisset (jam enim interiori mentis oculo cernebat, quam splendidum ac lucidum oculum regendæ Ecclesiæ esset admoturus), in sacrum cœtum ascivit, et illum organum selectissimum fore, ac quidquid in posterum futurus esset, præfatus est. Ita divus Gregorius clericorum cœtui additus, Donato Ecclesiæ archidiacono traditur, qui tum sacrorum voluminum curam agebat: cujus cum familiari convictu ac consuetudine uteretur, longe disertior evasit: perspicuumque fuit post delitescentem apud ipsum virtutis odorem, disciplinas quidem perlustrare, mores vero in graviores ac venustiores permutasse, atque adeo sese divinis scriptis attentiorem præstitisse, a quibus et animo imprimis illuminatus, et illarum incredibili affectus dulcedine, totum Deo se ipse dedit, viamque, qua illi propius inhæreret, celeriusque ocurrenti sibi appropinquaret, inire studebat.

III. Illum igitur sacra invisendi loca, eorumque sanctitudinis esse participem, cogitatio incessit. Cumque magno hujusce rei desiderio flagraret, exinde Deum obsecrabat, ne votum suum frustraretur. Jamque duodevicesimum ætatis annum agebat. Quadam vero nocte cum in archidiaconi, cujus mentionem fecimus, contubernio degeret, ipse templum ingressus, Deum, ut ejusmodi se propo-

καὶ ἄγνωστος, νῦν δι' αὐτὸν ἐκείνημός τε καὶ περιφανὴς δείκνυται. Οἱ φύντες δὲ Χαρίτων καὶ Θεοδότη, ἄνθρωποι, πλούτῳ λαμπρῷ κεκοσμῶντες, καὶ βίῳ χρηστῷ θαλλοντες, καὶ τῶν προσόντων τὰ πλεῖστα τοῖς πένησιν ἀποδήμοντες, οὗτοι δι' εὐχῆς ποιούμενοι παῖδα σχεῖν ἄῤῥενα τυγχάνουσι τῆς εὐχῆς, οὐ τὴν φύσιν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἄῤῥενα κληρωσάμενον· ὥσπερ οὖν ὁ τῶν πειρασμῶν καιρὸς ἔδειξε, καὶ ἡ πρὸς τὰς τῶν κακῶν ἐπιφορὰς γενναιότης, ἃ δὴ καὶ προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει. Τοῦτον γοῦν ἀπὸ τοῦ θείου βαπτίσματος ἀναδέχεται ὁ παῖς τὴν ἀρετὴν Ποταμίων, ὁ τότε τῆς Ἀκραγαντίνων πόλεως τὰς ἱερὰς ἀνέχων φροντίδας. Ἐπειδὴ δὲ τὸν ὄγδοον χρόνον ὁ παῖς τῆς ἡλικίας παρήμειβε, Ποταμίωνι τὸν θεῖον τοῦτον προσάγουσιν οἱ γεννήτορες, εὐλογίας τε ἀξιῶσαι, καὶ παιδευτῇ παραδοῦναι βουλόμενοι. Καὶ ὃς αὐτῷ κατὰ τὸ εἰκὸς εὐξάμενος, γραμματιστῇ τινι παραδίδωσιν ᾧ Δαμιανὸς ὄνομα, σπουδαίως αὐτὸν καὶ φιλοπόνως ἐκπαιδεύειν τὰ τῶν μαθημάτων ἐγκελευσάμενος. Ὁ δὲ δὴ παῖς τὸ τῆς ψυχῆς μεγαλοφυὲς ἐξ αὐτῆς, ὡς ὁ λόγος, γραμμῆς ὑποφαίνων, ἅτε δὴ φύσεως ὀξύτητι καὶ προθυμίᾳ συντόνῳ χρώμενος, δι' ὀλίγου τὰ πολλὰ τῶν μαθημάτων διῆει, ὡς ἐν δυσὶ μόνοις ἔτεσι τήν τε τῶν πρώτων στοιχείων παράδοσιν, τούς τε Δαυϊδικοὺς ψαλμούς, καὶ τὰς τῶν ἀριθμῶν ἀναλογίας, πρσέτι δὲ καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς ὕμνους ἐκμαθεῖν, Ἀμέλει καὶ παρὰ πᾶσιν ἀξιόθαύμαστος ἐπὶ τῷ τάχει τῆς τούτων περιλήψεως ἐνομίζετο. Ὡς δὲ καὶ τοῦ δωδεκάτου ἔτους προβαίνων ἥπτετο, προσίασιν οἱ τεκόντες αὖθις τῷ ἐπισκόπῳ, καὶ τῷ κλήρῳ τοῦτον ἐγκαταλεγῆναι τῆς ἐκκλησίας ἀντιβολοῦσι. Καὶ ὃς, ἀσμένως τὸν λόγον δεξάμενος, ἐώρα γὰρ ἤδη τῷ διορατικῷ τῆς ψυχῆς ὀφθαλμῷ οἷον περικαλλῆ καὶ φωτεινὸν ὀφθαλμῷ τῇ Ἐκκλησίᾳ μέλλοι χαρίζεσθαι, τῇ τοίνυν τοῦτον συναριθμεῖ, σκεῦος ἐκλογῆς αὐτὸν προσκτᾶν ἀποδήσεσθαι, καὶ ὅσα ὕστερον ἐκεῖνος ἔμελλεν ἔσεσθαι. Οὕτως ὁ ἱερὸς Γρηγόριος τῷ τῶν κληρικῶν χορῷ συγκαταλεχθείς, Δονάτῳ παραδίδοται τῷ ἀρχιδιακόνῳ τῆς ἐκκλησίας, ὃς δὴ καὶ τῶν ἱερῶν βιβλίων τηνικαῦτα τὴν φυλακὴν ἐπιτέτραπτο, ὅπου καὶ εἰσαεὶ διάγων ἑαυτὸν τρανότερον παρεδείκνυ· καὶ δῆλος ἦν ἀπὸ τοῦ κρυπτομένου παρ' αὐτῷ τῆς ἀρετῆς μύρου, σπουδαίως μὲν τὰ μαθήματα διιών, ἤθους δὲ σεμνοτέρου μεταποιούμενος, προσεπιπότερον δὲ καὶ περὶ τὰς θείας ἔχων Γραφάς, ἐξ ὧν δὴ καὶ μάλιστα τὴν ψυχὴν φωτισθεὶς καὶ τῷ ἡδέως τούτων θελχθεὶς κέλιτι, ὅλως τῷ Θεῷ προσανέχων ἦν, καὶ ὁδὸν ἐζήτει, δι' ἧς αὐτῷ καὶ τελεώτερον συναφθείη, καὶ ἐγγίσαι τάχιον τῷ ἐγγίζοντι.

Γ'. Λογισμὸς τοίνυν αὐτὸν θεόθεν λαμβάνει τοὺς ἁγίους τόπους ἰδεῖν, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν ἁγιασμοῦ μετασχεῖν. Καὶ δεῖ πρὸς τοῦτο λίαν ἐρωτικῶς ἔχειν, ἐδέετο λοιπὸν τοῦ Θεοῦ μὴ διαμαρτεῖν τοῦ σκοποῦ. Καὶ χρόνον μὲν ὀκτωκαιδέκατον ἤδη γεγονὼς ἦν, ἐν μιᾷ δὲ τῶν νυκτῶν τὸν ῥηθέντα ἐκτελοῦντα ἀρχιδιάκονον, αὐτὸς εἴσω τοῦ ναοῦ γίνεται, καὶ πολλὰ τοῦ Θεοῦ δεηθείς, συνάρασθαι τούτῳ τῷ

προκειμένου καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν τὴν ἐπιθυμίαν A
πρὸ τῆς τοῦ Δονάτου κλίνης τῇ γῇ προκατακλιθεὶς,
τῷ ὕπνῳ ἑαυτὸν δίδωσι. Παραστὰς δὲ τις αὐτῷ,
Γρηγόριε, λέγει. Ὁ δὲ εὐθὺς, Ἰδοὺ ἐγὼ, κύριε, καὶ
στὰς τοῦ ἀρχιδιακόνου ἐπίπροσθεν, Τί με κέκληκας,
ἔφη, κύριε; Καὶ αὐτὸς, Οὐ κέκληκά σε, τέκνον,
φησίν. Αὖθις οὖν ὑποστρέψας, τῇ στρωμνῇ κατε-
κλίνετο. Εἶτα πάλιν ὁ καλῶν τὸ δεύτερον παραστὰς,
Γρηγόριε, ἔφη. Ὁ δὲ καὶ οὕτως ἀναπηδήσας σπουδῇ,
πρὸ τῆς κλίνης ἵσταται τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ Ἰδοὺ
ἐγὼ, κύριε· τί κέκληκάς με, φησίν. Ὁ ἀρχιδιάκο-
νος οὖν ἐπὶ τῷ πράγματι διαταραχθεὶς, εἶτα καὶ
τὴν κλῆσιν ἄνωθεν εἶναι μὴ ἀγνοήσας, Ἐγὼ μὲν,
εἶρηκε πρὸς αὐτὸν, οὐδὲ νῦν κέκληκά σε, τέκνον,
πλὴν ἀλλ' εἰ αὖθις οὕτω κληθείης, ἀπόκριναι τῷ κα-
λοῦντί σε, Τί ἐστι, Κύριε, τί προστάττεις τῷ σῷ B
οἰκέτῃ; Ὡς οὖν καὶ τρίτον ὁ καλῶν ἐπέστη προφω-
νῶν τὸ Γρηγόριε, ἀποκρίνεται οὗτος ὥσπερ ἄρα καὶ
διδαχθεὶς ἔτυχεν. Εὐθὺς δὲ ὁ καλῶν, ἄγγελος δὲ τοῦ
Θεοῦ ἦν οὗτος, Ἤκουσταί σου, ἔφη, ἡ δέησις. Δεῖ
οὖν σε τὸ τάχος παρὰ τὸν αἰγιαλὸν γενέσθαι, καὶ
πρὸς τοὺς ἁγίους τόπους τοῖς ἀπάξουσιν ἐντυχεῖν.

Δ'. Ἐπὶ τούτοις ὁ Γρηγόριος εὐχαριστήσας τῷ
Θεῷ καὶ οἷς ἤκουσεν εὐπειθήσας ἔξεισιν ἔτι κατε-
χόμενον ὕπνῳ καταλιπὼν τὸν ἀρχιδιάκονον, καὶ
πλοίῳ περιτυχὼν, ἠρώτα πότε καὶ ὅπου μέλλοιεν
τὸν ἀπόπλουν ποιεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν ὡς ἤδη
πλεῖν μέν εἰσιν εὐτρεπεῖς, εἰς Καρθαγένην δὲ τὸν
ἀπόπλουν ποιεῖσθαι βούλοιντο, σύμπλουν καὶ αὐτὸν
ἠξίου παραλαβεῖν. Ὁ τοῦ πλείου τοίνυν προεστηκὼς,
ἅμα μὲν τὸ κατεσπουδασμένον αὐτοῦ τῆς ὁρμῆς C
ὑποπτεύσας, ἅμα δὲ καὶ πρὸς τὸ ταπεινὸν τοῦ σχή-
ματος ἀποβλέψας, Μή τί γε ἄρα δοῦλός τε εἶ, καὶ τὸν
Δεσπότην ἀποδιδράσκεις τὸν ἑαυτοῦ; ἤρετο. Ὡς δὲ
ἐκεῖνος Χριστοῦ μὲν δοῦλος εἶναι ἔλεγεν, ἀνθρώπου
δὲ οὐδενὸς, ἐμβῆναι μὲν εἰς τὸ πλοῖον ἐφῆκεν, οὐδὲν
δὲ φιλάνθρωπον οὐδὲ δικαιον ἐπ' αὐτῷ δράσειν
ἐσκόπει, ἀποδόσθαι τοῦτον εἰς δουλείαν ἀπανθρώ-
πως διανοούμενος. Ἡ μὲν οὖν ναῦς, ἐπιφόρῳ χρη-
σαμένη τῷ πνεύματι, ἐν τρισὶν ἡμέραις τὴν Καρ-
θαγένην κατειλήφει· ὁ δὲ δὴ ναύκληρος ἐκεῖνος,
συνεχῶς τὴν παῖδα παρατηρῶν, ὅτι προσευχαῖς τε
καὶ ἀγρυπνίαις παρ' ὅλην νύκτα προσκείμενος ἦν,
ἰάσιμα τοῦ ὄντος ἐγίνετο, καὶ ἔννοιαν περὶ αὐτοῦ τὴν
προσήκουσαν κατὰ μικρὸν ὑπεδέχετο, ὡς ἄρα οὐκ
ἀνθρώπων τινὸς, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις μάλιστα τῶν
τοῦ Θεοῦ δούλων ἐστίν. Ὅθεν ὕπη τε αὐτὸν ἰσχυρὰ D
καὶ δεινὴ μεταμέλεια ἐπὶ τοῖς προλαβοῦσιν εἰσῆει,
καὶ δάκρυσι τοιούτοις φαρμάκοις τὴν ἄδικον ὥσπερ
ἐνθύμησιν τῆς ψυχῆς ἐξιάσασθαι βουλόμενος.

Ε'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁρμισάμενοι τῆς πόλεως ἔνδον
γεγόνασιν, ὁ ναύκληρος εἰς τὰ ἑαυτοῦ ξενίζει τὸν
παῖδα, καὶ ἰδιαζούσῃ τοῦτον οἰκίᾳ σχολάζειν δίδωσι·
καὶ δὴ καὶ τὸν ἕτοιμον αὐτῷ λογισμὸν ἐκκαλύψας (οὐ
γὰρ ἀνῆκε πλῆττον τὸ συνειδὸς διὰ τὴν τοῦ πρὸς ὃν
ἡμάρτανεν ἀγιότητα), ἐδέετο καὶ συγγνώμης ἀξιω-
θῆναι, ἧς δὴ καὶ τυγχάνει παρὰ τῆς συμπαθοῦς
ἐκείνης καὶ φιλανθρώπου ψυχῆς. Καὶ ὁ μὲν οὕτως·
ὁ δὲ δὴ Γρηγόριος ἐπικλεισάμενος ἑαυτὸν ἐν ᾧ οἰκή-

sito liberaret, et ad exitum optata perduceret, pre-
cibus obtestabatur: ac mox humi prope a lecto Do-
nati procumbens, somno se dedit. Assistens autem
quidam illum proprio nomine, Gregori, appella-
vit. Is vero confestim: Ecce ego, domine; et stans
coram archidiacono; Quid me (inquit), domine, vo-
casti? Cui ille: Non te, ait, fili, vocavi. Cumque
ille rursus lecto stratus recumberet, mox qui voca-
rat, secundo assistens: Gregori, dixit. At ille de-
nuo festinanter resiliens, archidiaconi lecto præ-
sto fuit: Ecce, inquiens, ego, domine; quid me vo-
casti? Quamobrem archidiaconus sub hæc perter-
ritus, vocationem illam cœlitus illapsam esse non
ignorans, sic illum affatur: Neque sane nunc te,
fili, vocavi. Verumenim rursum si vocere, percon-
tanti respondeas velim: Quid me vis, Domine? B
quid præcipis servo tuo? Postquam igitur tertio,
Gregori, advocans astitisset, ille uti edoctus fue-
rat, respondit. Porro statim qui vocarat (angelus
enim is Dei fuerat): Exaudita est, inquit, preca-
tio tua. Quocirca ad littus concedas oportet, ut ad
loca sancta tendentibus obvius fias.

IV. In his Gregorius Deo gratias egit, atque
ejusmodi verbis fidem habens, egreditur, et archi-
diaconum necdum somno solutum reliquit, navi-
gioque occurrens, unde illi advecti, et quo naviga-
turi essent, percontabatur. At ubi navigationi ac-
cingi quidem illos, verum Carthaginem esse na-
vigaturos audivit, cum iis pariter navigationem
subire decrevit. Atque navis præfectus, acrem
ejus cupiditatem et affectum suspectum habens, C
simulque ad humile vestimenti genus oculos adji-
ciens, nunquinam ille servus esset, dominumque
refugeret suum, interrogavit. Is vero Christi se
servum dixit esse, non hominis. Cæterum liberale
aut justum in ipsum nihil molitus, eumdem in
servitutem tradere flagitiosissimo cogitavit. Atque
navis quidem prospera usa navigatione, Cartha-
gini triduo appulsa est. Nauclero vero ille sedulo
juvenem observans precibus ac vigiliis totam no-
ctem insomnem ducere, veritatem sensim edo-
ctus est, atque opinionem de illo consentaneam
paulatim induit: nimirum cujusvis hominum ser-
vum non esse, sed inter primos atque præcipuos
Dei ministros numerandum. Hinc illum ingens
dolor accepit, ejusque animum præsumptæ opi- D
nionis subiit pœnitentia. Lacrymis item, ac amaris
ejusmodi remediis virum sanctum propitium sibi
reddere studebat, injustæ illi quasi humanæ cogi-
tationi mederi cupiens.

V. Postea vero, quam civitatem ingressi sunt,
nauclerus hospitio domi suæ juvenem excipit, ei-
que familiariter pro arbitrio vitam agendi facult-
tem impertit. Cumque illi absurdam sane cogitatio-
nem palam fecisset (neque enim perculsa conscien-
tia, ejus ipsius, in quem offenderat, permotus sanc-
titate, secus facere poterat), obtestabatur sibi ve-
niam dari, quam ab animo illo benigno, et ad
promerendos homines nato facile consequitur.

sic quidem ille : Gregorius vero in eo quod dictum est, domicilio cœlesti gloriæ intentus, priorem vitæ rationem ac institutum servabat, psalmis innocenter vacans, biduo ac triduo cibum semel capiens, plerumque etiam totam hebdomadam jejunus transigebat. Proinde hospitii Dominus ejusmodi, quod ipse sibi imperasset, vivendi studium admiratus, hunc ipsum urbis episcopo manifestum fecit : confestimque coram magno et inclyto viro sistitur. Cui episcopus : Unde venis, inquit, fili, et quo tendis ? Ille, Agrigento civitate illuc se advectum, cæterum sanctam Sion petere, dixit. His auditis, episcopus bona illi precatus : Dominus, inquit, perficiat gressus tuos, ac iter tuum dirigat. Ille vero pedibus ejus non sine lacrymis provolutus : Mihi utinam (respondit) ex sententia tua contingat. Interea vero episcopus convivii illum participem admisit, tandiuque secum versari voluit, donec festi dies sacrique (neque enim procul aberant) advenirent. Cujus ille dicto cum paruisset, esset que ejus convictu familiariter usus, domicilium, in quo prius diversabatur, repetit, e consuetum vivendi institutum capessit.

A

B

ματι λέλεκται, τῆς προτέρας ἀσκήσεως εἶχετο, ψαλμοῖς τε καὶ ἀναγνώσεσι προσέχων, καὶ διὰ δύο ἢ καὶ τριῶν ἡμερῶν τροφῆς ἅπαξ ἡπτόπενος, πολλάκις δὲ καὶ παρ' ὅλας ἑπτὰ διετελῶν ἄσιτος. Ὁ τοίνυν τοῦ οἴκου κύριος τὸ ἐπιτεταμμένον τοῦτο τῆς ἀσκήσεως ἐκπληττόμενος, ὅλον αὐτὸν τῷ τῆς πόλεως ἐπισκόπῳ ποιεῖ. Καὶ ὃς μετάκλητον τὸν μέγαν εὐθὺς θέμενος, Πόθεν ἥκεις, ἔλεγε, τέκνον, καὶ ποῦ πορεύει ; Ὁ δὲ τῆς Ἀκραγαντίνων μὲν ὁρμᾶσθαι πόλεως ἔφησεν, ἐπὶ τὴν ἁγίαν δὲ Σιὼν ἀφικνεῖσθαι. Τούτων ἐκεῖνος ἀκούσας ὁ μὲν αὐτῷ τὰ ἀγαθὰ ἐπηύχετο, Καταρτίσαι σου Κύριος τὰ διαβήματα, λέγων, καὶ αὐτὸς ἔσται σοι τὴν ὁδὸν διευθύνων· ὁ δὲ καὶ συνδειπνεῖν αὐτὸν ὁ ἐπίσκοπος καὶ συνεῖναι μέχρι τῶν ἱερῶν ἑορτῶν, οὐ πόρρω γὰρ ἦσαν, ἠξίου. Ὁ δὲ, ὑπακούσας καὶ τροφῆς αὐτῷ κοινωνήσας, αὖθις ἐφ' ὃν ἡσύχαζε τόπον ἀφίκετο, καὶ τῆς συνήθους ἀγωγῆς εἶχετο.

VI. Porro non multis post diebus, cum in sacro illustris martyris Juliani templo sederet ac legeret, tres quidam monachi, cum moribus venerandi, tum decenti atque ornato corporis habitu animi præ se speciem ac pulchritudinem ferentes, illi apparuere, quos Gregorius intuitus, mirifice hilaris factus est : quippe cujus animus ob illorum præsentiam exsiliret : siquidem non absque magno aliquo bono ad se illos venisse sensit. Cum vero Deum adorassent, unus illorum sedit ; reliqui vero duo magno cum timore, reverentia item admirabili, illi assistebant. Hunc Gregorius pariter veneratus, C sese aliis adjunxit. In quem monachus, qui sederat, conjectis oculis : Quid hæc, inquit, ad te, Gregori serve Dei, qui bonam partem elegisti, quæ abs te (ut de sententia Evangelii loquar[1]) non auferetur ? Hunc ille ob primam nominis cognitionem admiratus, pedibus ejus confestim advolvitur, ac lacrymas ab oculis distillans, efflagitabat, ut suis se precibus dignum faceret. Ille vero hunc erexit, nihilque circa se magni quidquam existimare jussit, ac ipsum, aliosque itidem duos monachos secum sedere curavit. Mox blande illum affatur : Scito, inquit, fili, consilia tua nobis omnia a Deo prodita esse. Verum lætus nos lætos sequere : quandoquidem horum index Deus, te quoque in comitatu nostro ad se adducere, et sacrosancta D nobiscum loca, ad quæ jampridem nos navigatione contendimus, conspicere præcepit. Ob hæc Gregorius admiratione ac gaudio perfusus, se ipso continuere nequibat : sed rursus assurgens, ac pedes monachi complexatus, lacrymas plures prioribus præ gaudio effundebat, ac lætitia totus gestiens, quas majores poterat, in his Deo gratias agebat. Postea vero ad domicilium concessere, ac hospitii Dominus multam in illos hilaritatem ac comitatem ostendens, omnia ad

Σ'. Μετὰ δὲ τινας ἡμέρας καθημένῳ αὐτῷ καὶ ἀναγινώσκοντι ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ μεγάλου μάρτυρος Ἰουλιανοῦ, τρεῖς τινες μοναχοὶ ἐπιφαίνονται, σεμνοί τε τῷ ἤθει, καὶ τῇ ἐκτὸς καταστάσει τὴν ἔνδον ὑποφαίνοντες ὡραιότητα. Οὓς ὁ Γρηγόριος θεασάμενος περιχαρής τε γενόμενος οἷα τῆς ψυχῆς αὐτῷ ἀνασκιρτησάσης ἐπὶ τῇ τῶν ἀνδρῶν παρουσίᾳ συνῆκε μὲν μὴ ἄνευ μεγάλου τινὸς ἀγαθοῦ παρ' αὐτὸν ἐκείνους ἐλθεῖν. Ἐπεὶ δὲ καὶ προσηύξαντο, καὶ ὁ μὲν αὐτῶν ἐκαθέσθη, οἱ δὲ δύο σὺν φόβῳ πολλῷ καὶ τινι ἀῤῥήτῳ αἰδοῖ παρειστήκεισαν, προσκυνήσας τούτῳ καὶ ὁ Γρηγόριος, καὶ αὐτὸς τοῖς ἄλλοις συμπεριστήκει. Πρὸς ὃν ἐμβλέψας ὁ καθήμενος μοναχὸς, Τί σοι τὰ ἐνταῦθα, φησὶ δοῦλε τοῦ Θεοῦ, Γρηγόριε, τῷ τὴν ἀγαθὴν ἐκλεξαμένῳ μερίδα, ἥτις, εὐαγγελικῶς εἰπεῖν, οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπὸ σοῦ ; Καὶ ὃς, θαυμάσας αὐτὸν ἐκ πρώτης τῆς τοῦ ὀνόματος γνώσεως, βάλλει μὲν αὐτὸν εὐθέως πρὸ τῶν ἐκείνου ποδῶν, ὀάκρυά τε τῶν ὀφθαλμῶν ἀποστάζων, εὐχῆς ἠξίου τῆς παρ' ἐκείνου τυχεῖν. Ὁ δὲ ἀναστήσας αὐτὸν, καὶ μηδὲν οἴεσθαι μέγα περὶ αὑτοῦ εἰρηκὼς, ἐκέλευέ τε καθέζεσθαι, καὶ τοῖς δυσὶν ὁμοίως σὺν αὐτῷ μοναχοῖς. Εἶτα προσεχὼν ἐκείνῳ, Τέκνον ἴσο, φησὶν, γινώσκων ὅτι τὰ κατὰ σὲ ἅπαντα ὄᾶλα ἡμῖν κατέστη παρὰ Θεοῦ. Ἀλλὰ ἡμῖν χαίρων, χαίρουσιν ἡμῖν ἕπου. Καὶ γὰρ ὁ ταῦτα γνωρίσας Θεὸς μεθ' ἑαυτῶν ἐκέλευσε καὶ σὲ συμπαραλαβεῖν, καὶ κοινῇ τοὺς ἱεροὺς ὄψεσθαι τόπους, ἐφ' οὓς καὶ ἡμεῖς ἤδη τὴν ὁρμὴν πεποιήμεθα. Θαύματος οὖν καὶ χαρᾶς ἐπὶ τούτοις πληρωθεὶς ὁ Γρηγόριος, οὐκ οἷός τε ἦν ἑαυτὸν κατέχειν, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἐξαναστὰς καὶ τοῖς τοῦ μοναχοῦ ποσὶ συμπλακεὶς, ὀάκρυά τε ὑφ' ἡδονῆς ἔῤῥει τῶν προτέρων πλείονα καὶ παντοῖος ἦν, χάριν ὅσην ἐν τούτοις ὁμολογῶν τῷ Θεῷ. Μετὰ δὲ πρὸς καταγωγὴν ἦεσαν, καὶ ὁ τοῦ οἴκου κύριος πολλὴν ἐνδεικνύμενος τὴν φιλοφροσύνην ἀφθόνως πάντα τὰ

[1] Luc, x, 43.

πρὸς τροφὴν παρετίθει, καὶ γευσαμένους ἀύπνους A αὐτοὺς ἄχρις ὄρθρου εἶχεν ἡ νὺξ, τούς τε ἱεροὺς ὕμνους ᾄδοντας καὶ τοὺς θείους λόγους ἀναγινώσκοντας. Ἔνθα δὴ καὶ οἱ μοναχοὶ τὴν τοῦ παιδὸς σύνεσιν καί λίαν ὑπερηγάσθησαν οὕτως εὐρύθμως πάντα καὶ ἀσφαλῶς αὐτοῦ διιόντος.

victum necessaria abunde illis apposuit. Qui cum gustassent, totam noctem cum divinas laudes canendo, tum sacros sermones lectitando, ad diluculum usque duxerunt insomnem. Ubi monachi prudentiam juvenis quod tam concinne tutoque sua omnia enarrasset, vehementer quidem admirati sunt.

Ζ'. Τετάρτης οὖν ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς ἐπιγενομένης ἡμέρας, ὁδοῦ τῶν μοναχῶν ὁ πρῶτος ἐμέμνητο, καὶ τῆς ἑσπέρας καταλαβούσης, ἐξίασι τοῖς πόλεως ἅμα. Εἴκοσι δὲ ἡμέρας ὁδεύσαντες, εἰς Τρίπολιν ἀφικνοῦνται, καὶ πρὸς τὸν τοῦ ἁγίου Λεοντίου ναὸν ἀπέρχονται· ὅθεν δὴ καὶ πρεσβύτερός τις τῶν σεμνῶν καὶ κοσμίων, ἐκείνους παραλοβὼν, εἰς τὸν αὐτοῦ οἶκον ξενίζει. Διακονῶν δὲ ἦν αὐτοῖς ὁ Γρηγόριος, ὃ καὶ διὰ θαύματος οἱ βλέποντες εἶχον ὁποίαν ἦν ποιούμενος τὴν ὑπηρεσίαν, οὐ σπουδαίαν μόνον καὶ καρτερικὴν καὶ φιλόπονον, ἀλλά τι καὶ οὕτω καταπονῶν ἑαυτὸν, διὰ δύο τε καὶ τριῶν ἡμερῶν μόλις πρὸς τροφὴν ἐώρα, καὶ οὐδ' ἂν οὐδὲ τότε, εἰ μὴ πολὺς ἦν ὁ μοναχὸς ἐκεῖνος ἐγκείμενός τε καὶ τροφῆς αὐτὸν ἅψασθαι βιαζόμενος, λόγους περὶ τῶν τεκόντων ἐκείνῳ*, ἐφῆκε, Εἰπέ μοι, λέγων, Γρηγόριε, ἆρά σε λυπεῖ τὰ φίλτατα, γονεῖς τε καὶ συγγενεῖς καὶ μητρὸς, ὑπὸ μνήμην ἰόντα ; Ὁ δὲ, θείας συνέσεως καὶ μετριοφροσύνης ὑπόπλεως ὤν, Τοὐναντίον μὲν οὖν, ἔφη, ὦ Πάτερ, καὶ λίαν λυπεῖ, ὅτι τοῦ Κυρίου διαῤῥήδην βοῶντος, « Ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ οὐκ ἔστι μου ἄξιος, » καὶ, » Ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτῷ, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητὴς, » ἐμοὶ τούτων ἄξιον οὐδὲν πέπρακται. Πλὴν ἀλλὰ παράσχοι ἄνωθεν ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς, C ἐμοί τε τῆς ἀσθενείας ἐπικουρίαν, ἐκείνοις δὲ τῆς ἀθυμίας παράκλησιν. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

VII. Quartus igitur cum esset dies; quo apud illos erat, monachorum primus vitæ mentionem fecit, ac appetente vespera, civitate una egrediuntur. Cumque viginti dies iter fecissent, Tripolim perveniunt, atque ad D. Leontii templum proficiscuntur. Proinde venerandus ac ornatus quidam presbyter domi suæ hospitio illos suscepit, quibus Gregorius ministrabat, quod aspicientes, uti miraculum censedant, nimirum quam bona fide illis præstaret obsequium, idque non sedulo solum ac patienter, sed cum usque adeo binis atque etiam trinis diebus labore se confecisset, vix ad cibum respicere: ac ne tum quidem, nisi monachus ille, saneque molestus, hunc ipsum cibum capere compulisset. Hic generosam ejus mentem pertentans, sermonem illi de parentibus injecit: Age fare (inquiens), Gregori, num dulcissimi tum parentes, tum affines, tum etiam patria memoriam subeuntes tuam, molestia te afficiunt ? At ille divina prudentia et singulari modestia præditus, Valde illa quidem, o Pater, inquit, sed aliter atque tu opinaris afficiunt. Siquidem Domino luculenter clamante : « Qui amat patrem aut matrem supra me, non est me dignus [2] ; » et : « Qui non valedixerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus [3] ; necdum horum a me quidquam est egregie præstitum. Verumtamen bonorum suppeditator imbecillitatis mihi auxilium, illis vero doloris consolationem utinam cœlitus afferat. Hæ itaque se habent.

Η'. Ἡμέρας δὲ τριάκοντα ἐν Τριπόλει διενεγκόντες, καὶ μηδενὶ πρὸς γνῶσιν ἐλθόντες, ἔξιασι ταύτης, τῆς ὁδοῦ καὶ αὖθις καὶ τοῦ οἰκείου σκοποῦ ἐχόμενοι. Μηνῶν οὖν τεσσάρων ἤδη παρῳχηκότων κατέλαβον τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ περιῆλθον τὰ ἐκεῖσε, πᾶν ὅτιπερ ἀγαθὸν τῶν αὐτόθι φροντιστηρίων ἐπανθιζόμενοι, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀσκουμένων τοῖς ἐπισημοτέροις τὴν ἀρετὴν συγγινόμενοι. Ἐνὶ δὲ τῶν φροντιστηρίων τούτων, οὐ μακρὰν ἀπέχοντι τῆς ἁγίας πόλεως, τὰς ἱερὰς τῆς Τεσσαρακοστῆς ἡμέρας διήγαγον, ἐν αἷς καὶ ὑπερφυεῖς ἀγῶνας ἐπιδειξάμενος ὁ Γρηγόριος, θαύματος τὰς τῶν μοναχῶν ἐνέπλησε διανοίας. Διορατικώτατον δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα καὶ προφητικὸν ἔχων ὁ τῆς μονῆς προεστὼς τὰ τῷ Γρηγορίῳ συμβήσεσθαι μέλλοντα καθαρῶς αὐτῷ προδιαγορεύει, τήν τε πρὸς τὸν ἱεραρχικὸν φημὶ θρόνον ἀνάβασιν, καὶ τοὺς ἐκδεξαμένους αὐτὸν βαρεῖς τε καὶ πολυειδεῖς πειρασμοὺς, εἶτα καὶ τὴν εἰς ὕστερον οὐκ ἀπαλλαγὴν αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκείνου λαμπρὰν ἀναῤῥήξιν. Ὑπετίθει δὲ αὐτῷ καὶ τὰ δέοντα, διδάσκων τῷ τοῦ Θεοῦ φόβῳ στοιχεῖσθαι διαπαντὸς, καὶ μὴ τῇ ἑαυτοῦ γνώσει

Porro triginta dies Tripoli commorati, nemini noti facti, illinc egrediuntur, denuoque iter capessunt, ac ad proprium se propositam accingunt. Quamobrem cum quatuor jam mensibus peregrinati fuissent, Hierosolymam pervenerunt. Locisque ibidem omnibus perlustratis, quidquid in monasteriis ac monachis illic degentibus erat præclarum, id totum assumentes, cum illustrioribus virtute viris consuetudinem habuere. In quodam vero ex illis monasterio, quod a sancta civitate non procul aberat, sacros Quadragesimæ observationis dies egere, in quibus eximius juvenis Gregorius tale sui meditatione ac exercitatione mentis documentum præbuit, ut stupor monachorum mentes opprimeret. Atque hospitii præses, cum esset oculis animi perspicax, itemque fatidicus, ea omnia quæ Gregorio usuventura erant, longe ante illi manifeste prædixit, nempe ad sacram illam pontificiam sedem provectum, ac multis insultibus, variisque impressionibus impetitum iri, cæterum non modo iis liberandum esse, sed luculentum ac insigne futurum ejus præconium. Mox consentanea quædam

[2] Matth. x, 37. [3] Luc. xiv, 33.

subdidit, docens oportere omnino illum Dei timore instilui ac informari, non proprio sensu intumescere, non paupertatem despicere, non vilem quemlibet aut abjectum deprimere, sed afflictiones ac futuras petitiones æquo animo perferre. Talibus monitis Gregorius, non secus ac terra fertilis irrigua, ac pulchra semina jucunde suscipiens, fecundam virtutis aristam producit.

IX. Cum vero hebdomada qua Servator crucis supplicio est affectus, advenisset, ipsa duce res admirandas peragi vidit, nempe homines in cœlo a terra tolli : alios quidem instituto ac ratione vivendi nihilo angelis inferiores: alios item in corpore exsistentes, perinde ac sine corpore essent, cibi expertes degere. Fluxus vidit lacrymarum, fontium fere flumina superantes. Atque ita stupore detentus, ipse se deplorabat, et animo vehementer angebatur. Hei mihi, inquiens, quis sum ego ? Quonam ego pacto cum his viris Dei judicio sistam? Rursus nolens desperationis profundo demergi : Si Dominus, aiebat, prope adest iis qui confracto sunt corde, et eos, qui dejecto sunt animo, salvos facit; potest itidem Deus me servare ac mercedem, non aliter atque iis, qui undecima hora conducti sunt [5], qui omnino nihil operis egerunt, impertire. Hunc igitur cum etiam monachus, qui hunc ipsum illuc adduxerat, sic graviter angi atque tristari cernentes, separationem a rebus domesticis, doloris eam ingentis causam illi præbere suspicati sunt. Itaque consolatoriis illum verbis sic alloquuntur: Ne tristere, dicentes, fili; confidimus enim Deo, non multo post domesticos te invisurum, satisque voto facturum esse. Quam procul mihi videmini, Patres (illis inquit), a consiliis meis aberrare. Neque enim iis de causis affligor animo, nempe non licere mihi non parentes, non affines, non denique patrium solum intueri, est enim mihi instar horum omnium, atque adeo pluris cæteris omnibus, oculus Dei in quem aspiciens, et ab ipso inspectus, tristem ac afflictum consolor animum, sed nihil de illius sententia egisse conscium esse, hoc mihi, idque totum, mœroris causam affert. Nam quod ab humanis parentibus absim (parum dicere vereor), his ad consequendum patrem Deum divitiis cumulatus, magis etiam lætor. Verumenim necesse habeo, ut vos (quæ vestra est sanctitas (pro imbecillitate ac humilitate mea oretis. Hæc Grægorius cum ex animo intimaque conscientia dixisset, non eum amplius illi consolari sunt agressi, quando ipse abunde quidem alios consolari posse videretur.

XXXVIII. Nonnullis post diebus cum D. Gregorius civitatem obiret, quo miseratione paterna ægrotos inviseret, alia quidem cum numero, tum magnitudine majora, quam ut oratio complectatur, edita sunt. Sed unum, quod auribus vestris est gratum futurum, largiemur. Sabinus quidam presbyter filiolam pulchram quidem ac valde gratiosam habuit, cæterum morbo diuturno jam oppressam, quæ novem annis movere se nunquam omnino potuerat. Is cum beatum virum ea transeuntem audisset, illam una cum uxore uti inanimatum quoddam pondus ante vestibulum exposuit. (Illac enim vir magnus iter facturus erat). Quo illuc appetente, puellæ mater (ut mos est matribus) filiæ pulchritudine ac ætate florentis casum miserata, tum vehementer flere ac currere, seseque hujusce patris ad pedes projicere. Ille quid opus haberet percontatus, causam didicit, ejusque ac Sabini calamitatem miseratus, positis genibus oravit, dicens: Domine Jesu Christe, Deus noster, ne, quæso, avertas oculos a precibus servi tui, meque hodie humilem exaudi, atque hanc puellam gratia ac potentia tui sancti Spiritus erigens invise. His dictis, surrexit, ac signo crucis puellam obsignans, In nomine Jesu Christi (ait) exsurge, et sta super pedes tuos. Hæc ille dixit, et puella protinus surrexit, atque singulares immortali Deo universi gratias egerunt; aderat enim cuncta civitatis multitudo, quæ virum sanctum ob ea quæ ab ipso fiebant, admiratione, ut par erat, perculsa, sequebatur. Cumque universam civitatem pertransisset, omnibusque, quæ illis usui essent, prospexisset, ad ecclesiam, cum ecclesiastico cœtu revertitur: divinisque peractis sacrificiis, ecclesiastico cœtui, viduis ac pupillis omnibus mensam apposuit; quibus ipse, vili accintus panno, una cum tribus diaconis, de quibus mentionem fecimus, Erasmo, Philadelpho et Platonico, ministrabat. Neque vero illius mater ab ejusmodi ministerio aberat; quin ipsa una cum ancillis, quotquot aderant, viduis pedes illarum lavando, ac omne pietatis obsequium præstando, ministrabant. In hoc autem Gregorius incumbebat, ut sacris initiatos tum ad virtu-

B

ΛΗ'. Μεθ' ἡμέρας δέ τινας τὴν πόλιν τοῦ μακαρίου περιιόντος, ἐφ' ᾧ τοὺς ἐν νόσοις σπλάγχνοις πατρικοῖς ἐπισκέψασθαι, καὶ ἄλλα μὲν τετέλεστο μεγαλεῖα κρείττω λόγου τῷ τε πλήθει καὶ τῷ μεγέθει, ἓν δὲ δὴ καὶ τόδε, ὃ ταῖς ὑμετέραις ἀκοαῖς χαρίσομαι. Σαβῖνός τις πρεσβύτερος, θυγάτριον ἔχων τὴν μὲν ὥραν καὶ πάνυ λαμπρὰν, νόσῳ δὲ ἤδη παρειμένην χρονίᾳ, καὶ ἐφ' ὅλοις ἐννέα χρόνοις τὸ παράπαν κινηθῆναι μὴ δυναμένην, ἐπειδὴ περιιόντα ἐπύθετο τὸν μακάριον, ἐξαγαγών, ἅμα τῇ γυναικὶ ὡς φόρτον ἄψυχον ταύτην πρὸ τοῦ πυλῶνος ἐτίθει· ἐκεῖθεν γὰρ ἔμελλε καὶ ὁ μέγας διέρχεσθαι. Ὡς δὲ δὴ καὶ τῷ τοπῷ ἤγγιζον, ἡ μήτηρ τῆς κόρης, οἷα δὲ τὰ μητέρων καὶ ταῦτα θυγατρὸς τοιαύτης ἀνθούσης ὥρᾳ τε καὶ νεότητι πάνυ περιπαθὲς ἀναC κλαύσασα, καὶ δραμοῦσα, ἑαυτὴν τοῖς τούτου προσρίπτει ποσίν. Ὁ δὲ ἐρωτήσας οὗ δέοιτο, καὶ τὴν αἰτίαν μαθών κατοικτείρας τε ταύτην καὶ Σαβῖνον τῆς συμφορᾶς, θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο λέγων· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἔπιδε καὶ νῦν ἐπὶ τὴν προσευχὴν τοῦ δούλου σου, καὶ ἐπάκουσόν μου τοῦ ταπεινοῦ σήμερον, καὶ ἐπίσκεψαι τὴν παῖδα ταύτην ἀναστήσας αὐτὴν τῇ χάριτι καὶ δυνάμει τοῦ παναγίου σου Πνεύματος. Ταῦτα εἰπὼν καὶ διαναστὰς τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ σφραγίζει τὴν κόρην, καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ λέγει· « Ἔγειρε καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου. » Οὕτως ὁ μὲν εἶπεν· ἡ δὲ ἀνίστατο, καὶ εὐχαριστία πᾶσα τῷ Θεῷ ἀνεπέμπετο. Ἦν γὰρ τὸ πλῆθος ἅπαν τῆς πόλεως ἑπόμενον τῷ ἁγίῳ, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ γινομένοις, ὡς εἰκὸς, D ἐκπληττόμενον. Πᾶσαν δὲ τὴν πόλιν περιελθὼν, καὶ πᾶσι τὰ πρὸς τὴν χρείαν παρεσχηκὼς, εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὖθις, σύναμα τῷ κλήρῳ παντὶ ἐπάνεισι, καὶ τὴν θείαν λειτουργίαν ἐπιτελέσας, τῷ ἐκκλησιαστικῷ τε κληρώματι, καὶ χήραις πάσαις καὶ ὀρφανοῖς τραπέζας παραθεὶς, αὐτὸς διηκόνει ῥάκος διεζωσμένος ἅμα τοῖς μνημονευθεῖσι τρισὶ διακόνοις, Ἐράσμῳ, Φιλαδέλφῳ καὶ τῷ Πλατωνίκῳ. Οὐ μὴν οὐδὲ ἡ μήτηρ αὐτοῦ τῆς τοιαύτης ἐργασίας ἀπελιμπάνετο, ἀλλὰ σὺν αὐτῇ καὶ ὅσαι τῶν θεραπαινίδων ὑπῆρχον ταῖς χήραις ἐξυπηρετοῦντο νιπτουσαί τε τοὺς πόδας αὐτῶν, καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν θεραπείαν προσφέρουσαι. Ἔργον δὲ ἦν τῷ Γρηγορίῳ

τοὺς τοῦ κλήρου ῥυθμίζειν πρὸς ἀρετὴν τὰ θεά τε παρασκευάζειν ἐκμελετᾷν λόγια, καὶ ὡς οἷόν τε τὸν νοῦν πρὸς ἀνάπτυξιν.

ΑΘ'. Αλλ' ἐπεὶ ἀδύνατον ἦν οὕτω φιλοπόνως μετιόντα τὴν ἀρετὴν, τὸν τοῦ πονηροῦ δαίμονος φθόνον διαφυγεῖν, ὥρα νῦν ἐξειπεῖν οἷοις περιπίπτει πειρασμοῖς. Σαβῖνος γὰρ καὶ Κρισκεντῖνος, οὓς καὶ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν ὑπὸ τοῦ πλήθους εἰς τὴν ἐπισκοπὴν προδιδάζεσθαι, οὗτοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνιλθόντες, καὶ εἰς συμβάσεις χωρήσαντες, πάλαι γὰρ διάφοροι καθειστήκεσαν, Ἕως πότε ἡμεῖς, ἔλεγον, ὑποτεγνησόμεθα τῷ γόητι τούτῳ καὶ φαρμακῷ, ὃς μαγείαις ἅμα καὶ τεθρείαις ἐξιστᾷ τοὺς εὐηθεστέρους τῶν ξένων, ὅπως διαπεφευγὼς τῶν ἐνθένδε μάγῳ τινὶ παρέμεινε, κἀκεῖθεν πᾶσαν κακοτεχνίαν ἐξήντλησε, πλανῶν τοὺς ἀνθρώπους, οἷα δὲ καὶ Σίμων ἐκεῖνος δαίμων ἐξανθρώπων γενόμενος. Ὁρᾷς γὰρ ὡς οὐθ' ὅλως ἐσθίει ὥστε πίνει, ὃ καὶ οἱ δαίμονες ποιοῦσι; Ταῦτα πρὸς ἀλλήλους εἰπόντες προσλαμβάνονται μεθ' ἑαυτῶν καὶ τοῦ κλήρου τινάς· ὑποσπῶνται δὲ καὶ τοῦ λαοῦ μέρος οὐκ ὀλίγον, καὶ ὅρκοις ἀλλήλους κατεμπεδώσαντες, δραμά τι συσκάζονται τῆς τοῦ κεκινηκότος αὐτοὺς πρὸς ταῦτα πανουργίας ἐπάξιον. Ἀκολάστῳ γάρ τινι γυναικὶ προσελθόντες, τὴν ὥραν περικαλλεῖ, τοὔνομα Εὐδοκίαν, καὶ ταύτην χρήμασιν ἀναπείσαντες, φεῦ τῆς ἀναιδείας! τοῦ ἐπισκόπου κατειπεῖν ἀναγκάζουσιν ὡς ἄρα εἴη αὐτὴν ἐγνωκώς. Ὡς οὖν ἤρτυσαν τὴν ἐπιβουλὴν, ἐζήτουν καιρὸν καθ' ὃν ἂν εἴσω ταύτην παραδύσαι τοῦ ἐπισκοπείου δυνήσονται. Ὥραν οὖν φυλάξαντες καθ' ἣν ὁ μέγας μέσων νύκτων ἅμα τοῖς τρισὶν ἐκείνοις οἰκειοτάτοις τῶν διακόνων εἰς τὸν νεὼν κατῄει, τὰς συνήθεις ἐπιτελέσων εὐχάς. Ἐν ταύτῃ δὴ χρήμασιν οἱ ἐπίβουλοι τοὺς θυρωροὺς ὑπαφάραντες, εἰσάγουσιν εἰς τὸν τοῦ μεγάλου κατασκήνον τὴν κόρην, καὶ ἐν γωνίᾳ ἱστῶσι μιᾷ. Ὁ δέ, ἐπεὶ τὰς εὐχὰς ἤδη τελέσειεν, ἀνῄει τε εἰς αὐτὸν καὶ βιβλίον ἐπὶ χεῖρας λαβὼν τὸν βίον προσιόντας διῄει τοῦ πολλοῦ τόν τε λόγον καὶ τρόπον, Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου φημί.

Μ'. Ἡ δὲ δὴ κόρη εἰς ὕπνον ἄρτι κατενεχθεῖσα βαθὺν, οὔτ' ἐκείνη τὸν μέγαν ἀνελθόντα συνῆκεν. Οὔτε πάλιν αὐτὸς τὴν κόρην ἑώρα. Πόθεν ἂν καὶ ὑποπτεύσει καθαρᾷ τοιαύτῃ ψυχῇ καὶ παρθένος, κρυπτομένην ὡς οἷόν τε καὶ διαλαθεῖν βουλομένην. Ὁ μὲν οὖν οὕτω μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν ἐπὶ τὰς ἑωθινὰς καθῄει πάλιν ᾠδάς· ἐπεὶ δὲ καὶ ταύτας πληρώσας ἀνῄει σύναμα τῷ κλήρῳ παντὶ καὶ τοῖς συνιοῦσι τοῦ πλήθους, εἶτα καὶ παραινεῖν αὐτοῖς ἤρξατο τὰ σωτήρια, καὶ ἕτοιμος ἦν καὶ θείων λογίων ἀναγνώσει τὰς ἐκείνων θρέψαι ψυχὰς, ὥσπερ εἴθιστο καθ' ἑκάστην ποιεῖν, αὐτίκα οἱ περὶ Κρισκεντῖνον, θηρῶν δίκην ἀγρίων ἔνδυν συνεισπεσόντες τῆς τε κόρης ἐπιλαμβάνονται, καὶ εἰς τὸ πλῆθος ἐξάγουσι, βοῆς ἅμα καὶ θορύβου καὶ ταραχῆς τὰ πάντα πληροῦντες. Ὁ ἀσελγὴς, ὁ ἀναγὴς, ὁ ἀνάξιος, οἱ μιαροὶ τῷ ὄντι, κατὰ τοῦ σφόδρα καθαροῦ κράζοντες, καὶ ἅμα τῷ πλήθει τὴν ἑταίραν παραδει-

tem, tum ad eloquia divina meditanda, informaret, eorumque sensus, quam commodissime posset, explicaret.

XXXIX. Sed quando fieri non potest, quemquam tam sedulo virtutem consectari, ut hostis dæmonis declinet invidiam, instat nunc, ut, quæ illum tentationes invaserint, persequamur. Sabinus ac Crescentinus, quos superius a multitudine episcopos designatos fuisse demonstravimus, ambo, inito fœdere, conspirant (diu enim mutuas simultates gesserant). Quousque nos (dicentes) huic impostori atque venefico subjiciemur, qui ignaris ac simplicioribus hominibus admirationem præstigiis ac imposturis excitat? An ignoramus quemadmodum hinc effugerit, et cum quodam mago manserit, a quo nefariam hanc et maleficam artem hausit, qua hominibus instar Simonis illius, dæmon ex hominibus factus, imponit? Non cernis, ut neque omnino comedat, neque bibat, quod dæmones subinde faciunt? Hæc inter se commentati, secum etiam clericos quosdam asciscunt, et non exiguam populi partem convellunt, fidem inter se jusjurandum dant, captiosum figmentum, arte, quæ ad hoc illos impellebat, insidiosa dignum comminiscuntur. Nam mulierem quamdam impudicam, alioquin pulchritudine insignem, Eudociam nomine, conveniunt: quam pecunia corruptam inducunt contra episcopum (proh pudor!) palam sese cum illo concubuisse testimonium dicere; qui cum perfidia et plena subdoli ac versuti animi consilia instituerunt, quatenus in episcopum illam insinuarent. Quare tempus observant, quo vir magnus mediis noctibus una cum diaconis illis tribus sibi familiarissimis in templum ad consuetas preces descendere solebat. Insidiatores interim pecunia, cum janitoribus pasciscuntur ut puellam in lectum viri magni submittere liceat, et ipse in angulo considunt. Ille, solutis precibus, cubiculum petit, librumque manu prehendens, vitam Joannis Chrysostomi, ut clari litteris, ita moribus et ingenio maximi, attendissime percurrit.

XL. Porro puella arctissimo paulo ante somno detenta, neque ipsa virum magnum ascendentem sensit, neque rursus ipse puellam vidit. Unde, obsecro, isthæc innocens et immaculata anima suspicari habuit puellam prout poterat occultari, et libentem illic latenter conjectam se voluisse? Ille igitur post lectionem ad matutinas laudes ire contendit, quibus expletis, una cum omni sacro ordine, ac aliis ex populo comitantibus revertitur. Tum hortari illos, ac salutaria monere cœpit, illudque laborabat, ut, quod singulis fere diebus agere consueverat, eorum animos divinarum Litterarum lectione reficeret. Tum Crescentiniani instar ferarum agrestium irruentes, puellam arripiunt, eamque coram populo statuunt, clamore, turbatione, ac tumultu omnia implent: Improbe, sceleste ac exsecrabilis, qui vere nefarii erant, contra virum omnino sanctum vociferantes, nihil minus sese

multitudini ostendebant. Cæteri talia videntes, admiratione ac dubitatione percellebantur. Nam mulierem illam vitiosam intra cubiculum præsentem cernebant : vitam vero ac mores viri præclari hujusmodi suspicionibus maxime adversari ac repugnare noverant. At vero sycophantæ, injectis in virum sanctum manibus (o insaniam detestabilem!), per omnia loca trahebant. Hic multitudo amaris cum lacrymis pariter lugebat, perinde ac si quisque illorum, idem, qui hæc pateretur, exsisteret. Ita hæc omnes, extra paucos longe flagitiosissimos, iisque exceptis, qui impuri atque profani conjurationi consenserant, de illo graviter perferebant. Isti enim meliora secuti, figmentum, ut sese habebat, suspicati, tempus ab ea quo esset in domum introducta, sciscitabantur. Illa (ut edocta fuerat) a vespertinis laudibus sub primam fere noctis vigiliam, dixit. Ad hæc cum Philadelphus diaconus propheticum illud respondisset: «Obmutescant labia mendacia, quæ veteratorie injustum loquuntur [9],» Crescentimus improbus illum invadens percussit. Tum multitudine contra illum confestim insurgente, parum abfuit, quin crudelissime necaretur, nisi vir magnus conversus eos adhortatione compescuisset. Se vero tortoribus prompte trahendum exhibuit. At hæc præcipua causa fuit, ut dum se ipse uti reum criminatoribus offert, magnam populo suspicionis occasionem dederit, ne crimen in se recipere videret, illaque omnino vera essent, quæ contra se accusatores intenderant, et propterea conscientia illum interior evinceret, ut non solum pro se aliquid agere, sed ne loqui quidem contra quidquam auderet. His sane cogitationibus illorum animi torquebantur.

XLI. Interea vero improbi homines seditione prævalentes virum sanctum domo exturbant, eumque in custodiam tradunt, lignoque pedibus illius injecto communiunt. Erat autem illa custodia, qua magnus ille Gregorius Lybis, qui pro Christo mortem oppetiit, detentus fuerat. Cum igitur fama apud omnes crebresceret, frequens quædam multitudo pro foribus carceris hærebat; quorum alii manibus, alii pedibus portas perfringebant, nonnulli ferreis vectibus demoliri ac evertere illas agrediebantur. Non deerant etiam, qui seditione in populo facta, Sabinum ac Crescentinum interficere cogitabant. Verum cum Christi discipulus ac imitator hæc illos meditari sensisset, ex carcere ipsos hortabatur : Nequaquam vos, filii, (aiebat) tale quidquam in illos deliberaveritis. Aversetur hoc Deus, ut vestrum aliquis manus et animam propter me tam fœde conspurcet. Non eousque, filii, quisquam infelicitatis deveniat. Præstat enim me magis esse perdendum: ideo permittendi sunt, ut in hominem miserum sævire possint. Ab infringendis vero foribus, ab omni tumultu abstinentes, orate, ultionemque a Domino exspectate. Quod si quis vobis negotium facesse-

[9] Psal. LXXII, 8.

Ἀκνύντες. Οἱ δὲ ταῦτα ὁρῶντες ἐπλήξει τε εἶχοντο, τὴν μὲν φαύλην ἐκείνην γυναῖκα εἴσω τοῦ κοιτωνίσκου παροῦσαν βλέποντες, τὸν τοῦ μεγάλου δὲ βίον ἀκριβῶς εἰδότες πρὸς τοιαύτας ὑπονοίας ἀντιφθεγγομένον. Οἱ δὲ δὴ συκοφάνται, χεῖρας τῷ ἁγίῳ ἐπιβαλόντες μέσον τοῦ ἐπισκοπίου, ὦ μανίας δαιμονικῆς ! ἕλκουσιν, ἐνταῦθα καὶ τὸ πλῆθος μικρόν τι μετὰ δακρύων κοινῶς ὠλόλυξαν, καὶ ὥσπερ αὐτὸς ὢν ἕκαστος ὁ ταῦτα πάσχων. Οὕτως ὑπὲρ ἐκείνου πάντες δεινῶς ἐκόπτοντο, πλὴν ὀλίγων τῶν σφόδρα πονηροτάτων, καὶ ὅσον ἐκοινώνησε τῆς συνωμοσίας τοῖς ἀνιέροις, οἱ μέντοι γε τῆς ἀγαθῆς μερίδος, ὅπερ ἦν τὰ τοῦ δράματος ὑποπτεύσαντες, τὸν καιρὸν ἠρώτων καθ' ὃν ταύτῃ φησὶ συνέλθοι. Ἡ δὲ, καθὼς προεδεδίδακτο, Μετὰ τοὺς ἑσπερίους, ἔλεγεν ὕμνους, κατὰ πρώτην μάλιστα τῆς νυκτὸς φυλακήν. Φιλαδέλφου δὲ τοῦ διακόνου πρὸς ταῦτα τὸ προφητικὸν ἐκείνῳ εἰπόντος, « Ἀλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια τὰ λαλοῦντα κατὰ τοῦ δικαίου ἀνομίαν » , δραμὼν ὁ ἀνίερος Κρισπεντῖνος παίει κατὰ κόρρης αὐτόν. Ἐπὶ τούτῳ καταστασιάζουσι αὐτοῦ πᾶν τὸ πλῆθος, καὶ μικροῦ ἂν τοῦτον καὶ διεσπάσαντο, εἰ μὴ ὁ μέγας, ἐπιστραφείς, αὐτοὺς μὲν παρεκινέσει κατίσχειν, ἑαυτὸν δὲ παρέσχεν ἑτοίμως ἄγειν τοῖς ἕλκουσι. Τοῦτο δὲ δὴ καὶ μάλιστα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν ὡς ὑπεύθυνον ὑποφίας χώραν ἐδίδου τῷ δήμῳ, καὶ, Μήτι γε ἄρα καὶ ἀληθῆ ἦ τὰ παρὰ τῶν κατηγόρων εἰσαγόμενα, ἔλεγον, καὶ διὰ τοῦτο τὸ συνειδὸς ἔνδον κατηγοροῦν ἔχων οὐκ ἀντιπρᾶξαι μόνον, ἀλλ' οὐδὲ ἀντειπεῖν πρὸς αὐτοὺς δύναται. Καὶ τοὺς μὲν ταῦτα ἐκλόνει.

ΜΑ'. Ἐν τοσούτῳ δὲ τῶν ἀνιέρων ἐκείνων ὑπερσχυσαν τὸ σύστημα, τοῦ ἐπισκοπείου τε τὸν ἄγιον ἐξωθοῦσι, καὶ εἱρκτῇ τοῦτον παραδιδόασι, τοὺς πόδας τῷ ξύλῳ ἀσφαλισάμενοι, εἱρκτὴ δὲ ἦν ἐκείνη ἡ καὶ τὸν πάνυ Γρηγόριον τὸν Λίβυν τὸ μαρτυρικὸν τῶδε ὑπὲρ Χριστοῦ δεξάμενον εἶδε. Τῆς φήμης τοίνυν πάντας δισδραμούσης, πολύ τι πλῆθος πρὸς ταῖς θύραις συνηνέχθη τῆς φυλακῆς· καὶ τούτων οἱ μὲν χερσὶ καὶ ποσὶν ἰδίοις τὰς πύλας ἐναράσσειν, οἱ δὲ καὶ μοχλοῖς σιδηροῖς ἀναῤῥῆσειν αὐτὰς ἐπεχείρουν, εἰσὶ δὲ οἳ καὶ κατὰ συμμορίας συστάντες ἐκελευν Σαβῖνόν τε καὶ Κρισκεντῖνον ἐβούλοντο. Ἀλλ' ὁ Χριστοῦ μαθητής τε καὶ ζηλωτὴς τῶν μελετωμένων τούτων αἰσθόμενος, ἔνδοθεν αὐτοὺς παρεκάλει λέγων· Μὴ ὑμεῖς γε, ὦ τέκνα, μηδὲν τοιοῦτον περὶ αὐτοῦ βουλεύσησθε, μηδὲ γένοιτό τινι ἐξ ὑμῶν χεῖρα ἐμὲ καὶ ψυχὴν μολῦναι· μὴ εἰς τοσοῦτον ἥκωμεν, τέκνα, δυστυχίας, μᾶλλον δὲ ἀπωλείας ἐγώ. Διὰ ταῦτα μὲν ἐατέον ἀνθρώπου ἕνεκα, καὶ ταῦτα ἀστῆνου πυιεῖν. Τοῦ τὰς θύρας δὲ ἀράσσειν καὶ θραύειν ὑποσχομένοις εὐχῆς ἔχεσθε, καὶ παρὰ [illegible] μένετε τὴν ἐκδίκησιν, κἂν μηδεὶς ὄκνος ὑμῖν ἐνεχλῇ, καὶ αὐτοθι προσκαρτερεῖτέ μοι φυλακῆς, μὴ καί τι χεῖρον οἱ θῆρες περὶ ἐμὲ βουλεύσονται. Ταῦτα δὲ

λέγων δῆλος ἦν οὐ τὸν θάνατον δεδοικὼς ἀλλ' ἀσχολίᾳ τῇ περὶ τὴν φυλακὴν τῆς προτέρας ὁρμῆς ἀπάγων αὐτοὺς καὶ ἅμα τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι μεγαλείου θεατὰς γενέσθαι βουλόμενος, ὃ δὴ καὶ εὐθὺς ἠκολούθει. Τοῦ γὰρ δὴ πλήθους ἔξω κατὰ τὸν τοῦ ἁγίου λόγον προσκαρτερῶντος ἔνδον ἐκεῖνος τὰ γόνατα τεθεὶς προσηύχετο, καὶ πάντων ἕνεκεν ηὐχαρίστει Θεῷ, μέσον δὲ νυκτῶν φαιδρὸν αὐτῷ φῶς ὁ Θεὸς ἄνωθεν εἰς παράκλησιν ἐπιλάμπει, ὃ καὶ τὴν φυλακὴν ὅλην κατήστραψεν. Ἄγγελος δὲ αὐτῷ ἐπιστὰς διαῤῥήγνυσι τὰ δεσμά, καὶ λόγοις ἐπιστηρίξας, καὶ τόγε πλείονα τὴν οἰκείωσιν ὅλοῦν ἀσπασάμενος ἐκεῖνος μὲν ἀφανὴς ἦν, αἱ δὲ τῆς φυλακῆς πύλαι αὐτόματοι διηνοίγοντο. Καὶ ὁ λαὸς ταῦτα καθορῶν ἐξεπλήττοντο. Δάκρυα δὲ προσετίθεντο δάκρυσι, τοῖς ἐπὶ τῇ προτέρᾳ λύπῃ τὰ τῆς ὕστερον χαρᾶς καὶ θαυματουργίας. Θάμβους οὖν καὶ εὐθυμίας μεστοὶ τοῖς ποσὶ τοῦ μεγάλου προσέπιπτον, Νῦν, λέγοντες, ἐγνωμεν ὅτι ὁ Θεὸς μετὰ σοῦ, καὶ ἅμα καὶ πρὸς τὸ πράττειν ἑτοιμότερον ηὐτρεπίζοντο, πάντα ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ παθεῖν καὶ δρᾶσαι, σὺν ὅσῃ σπουδῇ βουλόμενοι.

rit, illic etiam sustinete, mihique hanc injuriam vigiles mei condonate: non enim contra me feræ istæ deterius quidquam statuent. His verbis satis liquebat, illum mortem non vereri, sed hoc studere, ut dum circa carcerem intenti occupantur, a priori illos indignatione retraheret: simulque ingentis ac magnifici miraculi, quod statim subsecutum est, spectatores constitueret. Cum enim multitudo juxta viri sancti sermonem foris præstolaretur, ille intus positis genibus orabat, et pro omnibus Deo gratias agebat. Porro intempesta nocte lucem clarissimam, quæ totum carcerem circumfulsit, ad ipsum consolandum Deus cœlitus immisit, eidemque angelus assistens, catenas, quibus vinctus erat, perfregit: cumque verbis confirmasset illum, quo majorem benevolentiam indicaret, complexus est. Ille quidem hominum obtutus oculorum effugerat, cæterum januæ carceris sua sponte aperiæ sunt. Qua re animadversa, tam ingens populum admiratio subiit, ut lacrymæ prægaudio ac admirando facto posterius elicitæ, superioris lacrymas luctus exciperent. Stupore igitur ac lætitia pleni, ad pedes magni viri procumbunt, dicentes: Nunc Deum tecum esse cognovimus: simulque paratiores ad recte facta constituti, omnia pro ipso et pati et facere hilariter decreverunt,

ΜΒ'. Καὶ ἀνήρπαστο ἂν αὐτίκα Σαβῖνός τε καὶ Κρισκεντῖνος οἱ κακοδαίμονες, εἰ μὴ ἄρα πολλὰ μὲν αὐτῶν καὶ αὖθις δεηθεὶς ὁ θεῖος ὄντως ἀνὴρ, οὐκ ὀλίγον δὲ καὶ φόβον αὐτοῖς ἐπέσεισε τά τε τοῦ φόνου κακὰ διεξιών, καὶ ὅσα ἐκ τούτου συμβήσεσθαι ἔμελλε, καὶ τελευταῖον προσθεὶς ὡς εἰ ταῦτα τολμᾷν βούλοιντο, αὐτὸν δεῖν πρῶτον ἀποκτείναντας, οὕτως ἐπ' ἐκείνους χωρεῖν. Οὕτως εἰπὼν μόλις ἴστησι τῆς ὁρμῆς. Φωνήσας δὲ Σαβῖνον καὶ Κρισκεντῖνον ἵνα κἀκείνοις ἐξῇ τὰ γενόμενα καθορᾷν, Τί καὶ δή με, φησί, ἐνταῦθα κατακλείσαντες ἔχετε ἐξὸν θανάτῳ παραδοῦναι ἢ καὶ κριθησόμενον ἀποπέμπειν ἔνθα ἂν ὑμεῖς βούλοισθε. Οἱ δὲ καὶ τῶν λεγομένων ἀκούοντες καὶ τῶν πραττομένων αὐτοὶ μάρτυρες ἀψευδεῖς ἑαυτοῖς ὑπάρχοντες, οὐδέν τι μᾶλλον ἐδυσωπήθησαν, οὐδ' εἰ μή τι ἄλλο τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἠσθέθησαν ἐπιείκειαν· ὅτι μετὰ τοσαῦτα καὶ τηλικαῦτα τά γε παραδόξως εἰς αὐτὸν τελεσθέντα κυρίως ἐκείνους τοῦ ἰδίου ἐποιεῖτο σώματος, ἀλλ' ἀπονενοημένως σφόδρα καὶ ἰταμῶς πρὸς αὐτὸν ἔφασκον, ἐπιστολὰς περὶ αὐτοῦ τῷ ἐξάρχῳ πεπομφέναι, κἀκείνου δὴ ἥκοντος πάντα σὺν ἀκριβείᾳ τὰ κατ' αὐτὸν ἐξετάζεσθαι· Γέγονε οὕτω, καὶ τοῦ ἐξάρχου ἤδη καταλαβόντος, ἐν μέσῳ τε τῇ πόλει προαβεσθέντος, παρίστανται μὲν οἱ περὶ Σαβῖνον ἅμα τῇ μοιχαλίδι, ἄγεται δὲ καὶ ὁ ἅγιος τῆς εἰρκτῆς ὑπὸ πολλῷ τῷ πλήθει παραπεμπόμενος, οἵ καὶ βοῇ πρὸς τὸν ἔξαρχον ἐχρῶντο, τά τε ἄλλα θαυμάσια τοῦ Γρηγορίου διεξιόντες καὶ ὅπως αὐτοῦ τούτου Σαβίνου τὴν θυγατέρα τοσούτοις ἔτεσι παρειμένην ὑγιᾶ τῷ Πατρὶ δίδωσιν, ὃν καὶ δεύτερον Ἰούδαν ἐκάλουν, τὸν εὐεργέτην ὥσπερ ἐκεῖνος τοῖς χαλεποῖς ἐμειφάμενον. Πρὸς ἐπὶ πᾶσι δὲ καὶ τὸ τελεσθὲν ἐναγχος περὶ τὴν φυλακὴν προετίθεσαν, καὶ ὅτι τὸν τηλικοῦτον μάλιστα μὲν οὐδὲ εἰς ἀπολογίαν ἐχρῆν

XLII. Ac Sabinus Crescentinusque scelestissimi repente confossi ac jugulati fuissent, nisi rursus vir ille vere divinus eos mox multum obsecrasset, graviterque terruisset, cædis incommoda, et mala, quæ inde imminerent, oculos ponens. Extremum illud addens, si tantum facinus auderent, oportere ut sese primum interficerent, ac sic postremo illos invaderent. Vix his verbis eorum impetum sedavit. Sabinum ac Crescentinum accersens, ut ea quæ gesta essent cernere ipsis liceret: Cur me obsecro, inquit, hic inclusum detinetis, cum in me necis habeatis potestatem, vel publico damnatum judicio, quoquoversum in exsilium mittere liceat? Illi cum hæc omnia audirent, et factorum testes ipsi sibi essent locupletes, conscientia alioqui sua transfixi, nihil minus de pertinacia et duritie remiserunt, tantamque verborum mansuetudinem, quod post tot tantaque signa, erga illum admirabiliter edita, se proprii corporis dominos faceret, non magis, quam qui minime, reveriti sunt; quin præfracte valde ac arroganter illi dicebant, epistolas se de illo exarcho principi dedisse, sed venturum illum, accurateque de illius crimine quæstionem habiturum. Idque ita factum est. Nam cum exarchus advenisset, ac in media civitate pro tribunali agens jus diceret, Sabinus una cum adultera illi se sistunt. Sanctus quoque custodidibus ac apparitoribus, pleraque item populi multitudine comitatus deducitur. Hi coram exarcho vocem tollentes, cum alia Gregorii admiranda facta persequebantur, tum, quemadmodum Sabini ipsius filiam tot annis jacentem redditam sanitati patri restituerit, dixerunt, et quem Judam alterum appellabant, hunc benefactorem suum non secus ac ille fecit, maleficiis compensare. Illud præterea

addebant, quod de custodia nuper acciderat: quod cum tam magnum præsertim esset, ne illi quidem necessitatem sui excusandi tribui oportere: alioqui si sine concilio judicarentur, fore omnium iniquissimum asserebant. Hæc multitudine conclamante, exarchus palam perterritus est. Quocirca de sede surrexit, dixitque ad pontificem maximum, quo de hac tota causa cognosceret, referre oportere. Ut tamen, cum illuc accesserit aliquid relatu dignum habeat, Sabinum ac Crescentinum adesse jubet, puellamque coram ipsis percontatur, an ea quæ illi de ejusmodi homine nuntiarant, vera omnino essent. Illa vero fatetur. Quo dicto, impuro afflata spiritu, humi trahebatur, confestimque juxta viri sancti prostrata pedes miserabilis, dentibus stridens, atque ore spumas agens procumbebat. Tum eos qui aderant, tantus repente terror invasit, ut nihil præterea in fidem dictorum ab exarcho quærendum esse arbitrarentur, præsertim qui erant sana mente, neque animo valde cæcutiebant. Sabiniani vero improbi sycophantæ virum insignem nihil veriti, cavillabantur, aiebantque : Quid aliis testibus indigemus, quando de voluntate sua Deus nos tam manifeste certiores faciat ? Omnia præstigiis ascribebant, et miraculorum vim divinam imposturam appellabant. At Sabini uxor una cum filia, quæ cæca surdaque paulo ante fuerat, ac plerique alii ex iis, qui sanati fuerant, ad beati viri pedes sese flentes projecere, et ne contra se ob aliorum convicia ac petulantiam, impiorumque maledicentiam acceptarum injuriarum indignationem exsereret, obsecrabant. Porro eadem Sabini uxor, justa de causa indignata, virum suum torve aspicere, ac acriter increpare cœpit, et dicere : Hinc facesse sceleste, mihi et tibi ipsi pariter insidiator. Hæccine homini benefico, deque nobis optime merito, qui solo sermone filiolam nostram sanitati restituit, beneficia rependis ? Neque te, infelix, talia contuentem nunc ulla cogitationum istiusmodi subit pœnitentia ? Hæc cum mulier persequeretur, Sabinus colorem mutavit, seque in terram abjecit, vocis omnino expers factus : usque eo divina sese vindicta extulit.

XLIII. Ex quo vero exarchus nihil ultra contra se statuendum habuit, rursus vir beatus in custodiam conjectus est, donec universa hæc pontifici max. perspecta fierent. Cæterum ille præibat, et universus populus subsequebatur, hunc quidem maximis laudibus, quadruplatores vero illos innumeris contumeliis prosecutus. Jam vero vesper advenerat. Proinde cum jam esset decretum, virum sanctum ad pontificem mittere, visum est exarcho intempesta nocte, universo populo dormiente, per portam, qua tenditur ad mare, hunc clam e civitate deducere ; animadverterat enim multitudinem id, si rescivisset, non permissuram : quod sane ex sententia cecidit. Nam occulte civitate egressus est. At parentes ejus (neque enim quod fiebat ignorabant) filium flentes ac lamentantes sequebantur : et licet ex iis quæ præcessent, quis horum futurus finis esset, uti ejusdem

A καθιστάν· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ τό γε χωρὶς συνόδου κρίνεσθαι τῶν πάντων ἔλεγον ἀδικώτατον. Τοιαῦτα τοῦ πλήθους βοῶντος, ὁ ἔξαρχος φανερὸς ἦν κατάφοβος γεγονώς· ὅθεν καὶ τοῦ μὲν βήματος ἐξανίστατο, πρὸς δὲ τὸν πάππαν ἀναφέρειν πάντα δεῖν ἔφασκεν. Ὅμως ἵνα καί τι παραγενόμενος πρὸς αὐτὸν ἀπαγγέλλειν ἔχοι, Σαβῖνόν τε καὶ Κρισκεντῖνον προκαλεσάμενος κατὰ πρόσωπον αὐτῶν τὴν ἐταίραν ἠρώτα, Εἰ ἀληθῆ γε ταῦτα φησὶ, ἅπερ οὗτοι τοῦ ἀνδρὸς καταγγέλλουσιν. Ἡ δὲ, Ναὶ, φησὶ, καὶ ἅμα τῷ λόγῳ πονηρῷ πνεύματι κατάσχετος γεγονυῖα, τῇ γῇ προσηρράχθη, ἐλεεινή τε παρὰ τοὺς τοῦ ἁγίου πόδας εὐθὺς ἔκειτο, τετριγυῖα τοὺς ὀδόντας, καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος ἀποπτύουσα. Πρὸς ταῦτα φρίκη τοὺς ὁρῶντας ἐλάμβανε, καὶ πλέον μηδὲν εἰς B πίστιν τῶν λεγομένων ἠξίουν ζητεῖν τὸν ἔξαρχον καὶ μάλιστά γε ὅσοι τὸ συνειδὸς ὑγιὲς εἶχον, καὶ οὐχὶ πάνυ τὴν ψυχὴν ἐτύφλωττον οἱ δὲ περὶ τὸν Σαβῖνον μιαροὶ συκοφάνται, μηδὲ τὸν περιφανῆ τοῦτον αἰδεσθέντες ἔλεγχον. Καί τί γὰρ ἄλλο καὶ εἶπόν, οὕτως ὑπὸ θεοῦ αὐτοῦ καταμαρτυρούμενοι μαγείᾳ τὸ πᾶν ἐδίδουν, καὶ γοητείαν τὴν θαυματουργίαν ἐκάλουν. Ἡ δὲ τοῦ Σαβίνου γυνὴ, ἅμα δῆ θυγατρὶ καὶ ὁ ποτὲ ἄλαλος καὶ κωφὸς, καὶ ἄλλοι τῶν θεραπευθέντων συχνοὶ, προσέπιπτόν τε τοῖς τοῦ μακαρίου μοσὶ κλαίοντες, καὶ μηδὲν αὐτοῖς μνησικακῆσαι τῆς ἑτέρων ἕνεκεν παροινίας, μηδὲ τῆς βλασφημίας τῶν ἀσεβῶν ἐδέοντο. Ἡ δέ γε ῥηθεῖσα τοῦ Σαβίνου γυνὴ ὀργῆς πλησθεῖσα δικαίας καὶ τῷ ταύτης ἀνδρὶ σφόδρα πικρόν τι καὶ μανικὸν βλέψασα,

C Ἀπόστηθί μου, ἔλεγε, μιαρὲ καὶ ἐμοί καὶ σαυτῷ ἐπίβουλε, ὃς τὸν ἡμῶν σωτῆρα καὶ εὐεργέτην, τὸν λόγῳ μόνῳ τὸ θυγάτριον ἡμῶν θεραπεύσαντα τοιούτοις ἡμείψω, καὶ οὐδὲ ταῦτά σοι βλέποντι, ὦν ἄθλιε, μετάνοια τὸν λογισμὸν ἐπεισέρχεται. Τοιαῦτα τῆς γυναικὸς λεγούσης ὁ Σαβῖνος τήν τε χροιὰν ἤμειβε καὶ τὸ προσωπον αὐτῷ συνέπιπτε, καὶ ὅλως ἄφωνος ἦν, εἰς τοῦτον δὴ τῆς δίκης προβάσης.

ΜΓ'. Ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὁ ἔξαρχος παρ' ἑαυτοῦ ἀποφήνασθαι, αὖθις ὁ μακάριος ὥρμησεν ἐπὶ τὴν εἱρκτὴν, μέχρις ἂν τὰ κατ' αὐτὸν τῷ πάππᾳ γνωστὰ γένωνται, προῆει δὲ παντὸς αὐτῷ τοῦ πλήθους D ἑφεπομένου καὶ τὸν μὲν εὐφημίαις μυρίαις, τοὺς δὲ συκοφάντας πολλαῖς ταῖς ὕβρεσι βάλλοντος. Ἐπέρας δὲ ἤδη καταλαβούσης, ἐπειδὴ δέδοκτο τὸν μακάριον πρὸς τὸν πάππαν ἀποσταλῆται, συνεβούλευε τῷ ἐξάρχῳ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν, καὶ τοῦ πλήθους ἠρεμοῦντος παντὸς, διὰ τῆς φερούσης διὰ τὴν θάλατταν πύλης, λάθρα τῆς πόλεως τοῦτον ἐξαγαγεῖν· ἤδει γὰρ ὡς οὐκ ἥσυχίαν ἕξει τὸ πλῆθος αἰσθόμενον· ὃ δὴ καὶ κατὰ γνώμην ἐπράττετο, καὶ ἐξῆει κρυφίως τῆς πόλεως. Ἡ δὲ μήτηρ καὶ ὁ πατὴρ, οὐδὲ γὰρ ἐκείνους ἐλάνθανε τὸ γινόμενον, εἵποντο τῷ υἱῷ, κλαίοντές τε πικρῶς καὶ ὀλοφυρόμενοι, καὶ οἷον μὲν ἔσται τὸ πέρας, ἐκ τῶν ἤδη φθασάντων καλῶς εἰκάζοντες, ὅμως δὲ οἷα γονεῖς τῷ ἀδήλῳ τὴν καρδίαν

διαδονούμενοι. Ἀλλ' ὁ μακάριος τῶν τε δακρύων A
ἐπειρᾶτο παύειν αὐτούς, καὶ ἡσυχίαν ἄγειν παραί-
νει, καὶ ἐπειδὴ πρὸς τῷ αἰγιαλῷ ἤγγισεν, εὔχεσθαι
μᾶλλον ὑπὲρ αὐτοῦ παραινέσας μετ' εὐθυμίας τῷ
πλοίῳ ἐπέβαινε. Συνεισῄει δὲ αὐτῷ τῶν μὲν ἄλλων
οὐδεὶς ὅτι μὴ μόνος Πλατωνικὸς, ὃς αὐτῷ καὶ τὰ
πρὸς ὑπηρεσίαν καθίστατο. Τὸν δὲ ἀπόπλουν ἤδη
ποιεῖσθαι μέλλων, πολλὰ αὐτοῖς περὶ τῆς ἐκκλησίας
καὶ τοῦ ποιμνίου διεμαρτύρετο, ὡς τῷ Θεῷ λόγον
τῶν εἰς αὐτὴν πραττομένων ὑφέξοντας. Οἱ δὲ μηδὲ
οὕτω τῆς πονηρίας ὑφέντες, ἦν γὰρ δὴ καὶ ὁ ἔξαρ-
χος οἷος περὶ αὐτὰ μηδὲν τῶν συκοφαντῶν διαφέ-
ρειν τά τε ἄλλα τοῖς κατηγόροις ἐτίθετο, καὶ τότε
ἀποκρινάμενος, Μηδεὶς ἔστω σοι λόγος περὶ της
Ἐκκλησίας, φησὶν ὦ Γρηγόριε· τοιοῦτος γὰρ ἡμῖν
εὕρηται ἀντὶ σοῦ πρὸς ὃν οὐδὲ τῶν ἐχθρῶν οὐδεὶς B
ἔχει τι προφασίσασθαι. Ταῦτα δὲ περί τινος ἔλεγε
Λευκίου αἱρετικοῦ, ὃς περὶ τὴν ἑῴαν πολλάκις τῷ
Γρηγορίῳ τῶν παραδόξων ἕνεκεν τῆς οἰκονομίας
Χριστοῦ δογμάτων διαλεχθεὶς καὶ τοσαυτάκις ἐπι-
στομηθεὶς, διάφορος μὲν αὐτῷ ἐκ πολλοῦ ἐγεγόνει,
τότε δὲ παρά τινι κρυπτόμενος τῶν τῆς πόλεως, τόν
τε κυκεῶνα τοῦτον τῆς διαβολῆς αὐτὸς ἦν ὁ τῷ Γρη-
γορίῳ κιρνῶν, τοῖς συκοφάνταις ὑποφυὴς καὶ πᾶσαν
αὐτοῖς ὑποτιθεὶς τὴν σκηνὴν τοῦ δράματος ᾧ δὴ καὶ
τότε τὰ τῆς ἐπισκοπῆς ἐνεχείριζον. Ἀλλ' οἱ μὲν
τοσαῦτα εἰπόντες πλέειν ἀπέπεμπον· οἱ δὲ δὴ τῶν
Ἀκραγαντίνων ἄρχοντές τε καὶ τὸ λοιπὸν πλῆθος,
ἐπειδὴ περὶ τὴν ἕω κατὰ τὴν φυλακὴν ἀθροισθέν-
τες, μὴ εὕροιεν τὸν Γρηγόριον, ἤρξαντο ταράττε-
σθαι καὶ θρηνεῖν, καὶ νομίσαντες κρύφα αὐτὸν C
ἀνῃρεῖσθαι, στάσιν κατά τε τοῦ ἐξάρχου καὶ τοῦ
πονηροῦ συνεδρίου χαλεπὴν ἀνῆπτον. Καὶ πρῶτον
μὲν πῦρ λαβόντες, ὑφάπτουσι τοὺς οἴκους τῶν συ-
κοφαντῶν Σαβίνου καὶ Κρισκεντίνου· ἔπειτα δὲ
καὶ αὐτοὺς ἐκείνους ὁρμῶσι διαχειρίσασθαι. Ἀλλ'
οὗτοι μὲν εἰς τὴν ἐκκλησίαν προσπεφευγότες δια-
ῤῥῶσι τὸν κίνδυνον. Φθάσας γὰρ ὁ Χαρίτων τὸ πλῆ-
θος κατὰ πόδας αὐτοῖς ἑπόμενον εἴργει τὸ μὴ καὶ
τοῦ ἱεροῦ ἔνδον αὐτοὺς ἀποσφάξαι, σὺν βοῇ πολλῇ
καὶ μόλις αὐτοὺς τοῦ ἐγχειρήματος ἀποπαύσας. Καὶ
τὰ μὲν τῆς στάσεως ὧδε τὸ πέρας εἶχε. Καταλα-
βόντος δὲ τοῦ ἁγίου τὴν Ῥώμην ὁ πάππας τὴν ἐπι-
στολὴν δεξάμενος τοῦ ἐξάρχου καὶ τὰ γεγραμμένα
ἀναλεξάμενος, θάμβους ἅμα καὶ θυμοῦ πληρωθεὶς,
καὶ μηδὲ εἰς ὄψιν ἐλθεῖν αὐτῷ τὸν ἅγιον ἀξιώσας, D
ἄφριτον ἐκέλευε συρόμενόν τε καὶ ὑβριζόμενον τῇ φυ-
λακῇ δίδοσθαι, τάς τε χεῖρας ἀλλὰ μὲν καὶ τοὺς πόδας
σίδηρα διαδεθέντας. Ὁ δὲ καὶ οὕτως ἐμπαροινούμενος
καὶ τῇ εἱρκτῇ ἐμβαλλόμενος καὶ δεσμούμενος ἐν πᾶ-
σιν ἑαυτῷ ὁμοίως ἦν, καὶ ὑπόθεσιν οὐ μικρὰν τὴν
ἀτιμίαν τῆς πρὸς Θεὸν ἐποιεῖτο εὐχαριστίας. Ἵνα
δὲ καὶ μᾶλλον ἀπαράκλητος ἡ ἀνιαροῖς τοσούτοις
περιστοιχιζόμενος, οὐδὲ τὸν διάκονον αὐτῷ Πλα-
τωνικὸν εἰς τὴν φυλακὴν εἴων, ἀλλ' ἑτέρῳ τινὶ τόπῳ
κἀκεῖνον ἐγκαταλείουσι.

familares, probe conjicerent, nihilominus, ut parentes rerum incertitudine corde nutabant. Verum divinus vir flere illos prohibebat, tutoque ac læto animo esse hortabatur. Ubi vero littus propius contigit, eos ut pro se orarent, precatus, alacriter navem conscendit. Porro Platonicum secum habuit, præterea neminem, qui et ipse, quæ ad navigationem necessaria erant, eidem instruxerat. Cum vero jam se navigationi esset commissurus, multum de Ecclesia, deque grege illos implorata fide obtestatus est : nempe pro omnibus, in quibus contra ipsam sævire ac grassari perrexerint, Deo rationem esse reddituros. Hi ne sic quidem a nequitia temperarunt sua : siquidem nec exarchus ipse in ejus causa a nequissimis illis hominibus quidquam fere distabat, cum alioqui a delatoribus tum judex esset delectus. Nullum tibi posthæc (dixit) Gregorii liceat de Ecclesia sermonem habere ; virum enim ejusmodi in tui locum subrogavimus, in quem ne adversarii quidem aliquid habent culpare. Hæc autem de Eleusio quodam hæretico dicebat, qui in Oriente sæpenumero cum Gregorio de admirandis dogmatibus, deque munere, quod Christus, Dei Patris in terris legatum agens, obierat, acerrime disputarat, cum nihilo secius plane repressus ab eo ac victus fuisset. Hic jampridem eidem admirabilis habebatur, isque tum apud civem quemdam latitabat, qui delatoribus conjunctus, hanc contumeliæ potionem Gregorii callide commiscuerat, illisque omnem actus scenam, hoc est, flagitii materiam atque subjectum ministrarat, cui tum illi episcopatum concrediderant. His dictis, navigationem ille subiit. Agrigentini vero viri principes una cum reliqua multitudine, cum custodiam summo mane facto agmine petiissent, neque Gregorium reperiissent, turbare omnia, commiscere, ac lamentari cœperunt. Existimantes autem illum clam de medio sublatum, tumultum ac seditionem contra exarchum, ejusque assessorem molestissimam excitarunt. Ac primum quidem Sabini ac Crescentini sycophantarum domos incendunt; deinde illos ipsos interficere adoritur ; sed ii ad ecclesiam fuga sese recipientes periculum declinarunt. Verum Chariton turbæ illos insequentis vestigiis insistens, effecit, ne intra templum jugularentur, vix illos magno clamore ab ejusmodi petitione ac insultu comprimens. Itaque seditionem ejusmodi finis excepit. Cum vero vir sanctus Romam pervenisset, pontifex max. acceptis ab exarcho litteris, iisque quæ ab ipso scribebantur cognitis, admiratione ac ira plenus, non est passus virum sanctum suiipsius adire præsentiam ; quin etiam indicta causa tractum illum atque contumeliose illusum, manibus præterea pedibusque catena vinctum, in carcerem conjiciendum imperavit. Cæterum ille ludibrio tam turpiter habitus, in carceremque ac vinculis mancipatus, nihilominus omnibus in rebus sui similis esse perrexit, atque contumelia in magnam agendarum Deo gratiarum occasionem usus est. Ut vero consolationis, tot circumseptus molestiis, magis ex-

pers esset, ne Platonicum quidem diaconum in custodia cum ipso esse permiserunt : sed alibi quodam in loco captivum illum detinent.

XLIV. Interea dum vir beatus vincula pateretur, precibusque, ut illi moris erat, mediis noctibus invigilans, excubaret, lux eum ingens circumfulsit : et ecce ibi viri duo, forma cultuque corporis apostolos referentes, assistunt, eumque his verbis affantur : Salve Christi famule, nobisque dilecte Gregori ; Dominus idcirco nos misit, ut te vinculis, quibus injuste illigatus es, solveremus, ac nos quidem ob constantiam ac patientiam tuam huc, te ut lætum redderemus, accessimus. Oportet enim et hanc urbem multis abs te signis editis frui. Hæc simul ac locuti sunt, vincula tetigerunt, quæ ab ejus manibus pedibusque repente ceciderunt ; mox Gregorium assurgentem, trementemque, necnon gratias agentem complexi, abeuntes ex oculis ejus elapsi sunt. Deinde ad Platonicum accedentes, ac ipsum solventes, eo ubi Gregorius erat, deduxerunt, ibique illum reliquere. Qui non aliter, ac si hæc ipsa per quietem vidisset, postquam ad se rediit, Gregorium intuitus, admiratione ac gaudio affectus est, moxque in agendis Deo gratiis totus est conversus. Præterea hac ipsa hora aliud contigit. Nam custos carceris filium jamdiu impuro afflatum spiritu habuit, quem columnæ illigatum, prope a suis ædibus observabat. Tum vero dæmon, quo erat correptus, fractis vinculis puerum impotenter impellens viri sancti pedibus illicit, atque illum a precibus exturbavit, clamansque ac se volutans, ex ore spumam agebat. Ille vero ne sic quidem ab orando cessans, quin potius oculos ac mentem in cœlum tollens, ejus qui spirituum legionem profligare potuit, auxilium implorabat. Deinde manu super ægre affectum imposita, uti nequam servum Dominus [10], dæmonem profugere coegit. Atque hunc quidem in hunc modum a dæmone liberavit.

XLV. At vero custos carceris cum somno solutus surrexisset, neque filium columnæ illigatum vidisset, existimans hunc a sævissimo spiritu lapidibus allisum, aut aquis præfocatum esse, flere amarissime cœpit, faciemque percutiens, illum uti mortuum lamentabatur : carcerem autem accuratius perlustrans, ac ejus patere januas, lucem præterea ipsam cernens, capillos tum lacerare, eque capite convellere, faciem item plangere, putans virum sanctum profugisse. Postea vero quam introspexit, ac illum inibi una cum Platonico canentem consistere non solum, sed etiam filium ejus decoro ac prudenti aspectu prope illum positum vidit, ejus animum stupor invasit, ac verum conjectans, virum justum admiranda hæc edidisse, accurrens, ejus pedibus provolutus, eidem tanquam de se optime merito partim gratias agebat, partim veniam pro iis quæ gesserat, impositis illi vinculis postulabat. Exinde multo cum

[10] Marc. v, 2 seqq.

ΜΔ'. Τοῦ μακαρίου τοίνυν ἐν τῇ φυλακῇ διακαρτεροῦντος, καὶ τῇ εὐχῇ, ὡς ἔθος, ἐπαγρυπνοῦντος, περὶ μέσας νύκτας σχεδὸν φῶς τε μέγα περιλάμπει αὐτὸν, καὶ ἰδοὺ δύο ἄνδρες ἐν σχήματι ἀποστολικῷ ἐπιστάντες, Χαίροις, αὐτῷ λέγουσι, δοῦλε τοῦ Χριστοῦ καὶ ἡμῖν ἠγαπημένε Γρηγόριε, ὁ Κύριος ἀπέσταλκεν ἡμᾶς λῦσαί σε τῶν δεσμῶν οἷς ἀδίκως ἐνδέδεσαι, καὶ ἡμεῖς δὲ ἀπόδεχόμενοί σε τῆς καρτερίας καὶ τῆς ὑπομονῆς πάρεσμεν συνευφρανθησόμενοί σοι. Δεῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν ταύτην πολλῶν τῶν ὑπὸ σοῦ τελεσθησομένων ἀπολαῦσαι σημείων. Ταῦτα ἔλεγον, καὶ ἅμα τῶν δεσμῶν ἥπτοντο. Οἱ δὲ εὐθὺς τῶν τε χειρῶν αὐτοῦ καὶ ποδῶν ἐξέπιπτον, καὶ ἀναστάντα πάλιν τὸν Γρηγόριον ἀσπασάμενοι τρέμοντά τε καὶ χάριν ὁμολογοῦντα ἀπιόντες ᾤχοντο, εἶτα καὶ ἐπὶ τὸν Πλατωνικὸν ἀφικόμενοι, λύσαντές τε κἀκεῖνον, καὶ μέχρις οὗ ἦν Γρηγόριος, ὁδηγήσαντες, καὶ αὐτὸν ἀπελίμπανον. Ὁ δὲ ὡς ἐν ὕπνῳ ταῦτα ὁρῶν, ἐπειδήπερ ἐν ἑαυτοῦ ἐγεγόνει, καὶ τὸν Γρηγόριον ἐθεάσατο ἐκπλήξεώς τε καὶ χαρᾶς ἐπληροῦτο, καὶ πρὸς τὴν εἰς Θεὸν εὐχαριστίαν ἐτρέπετο. Πρὸς τούτοις δὲ καὶ ἕτερόν τι κατ' αὐτὴν ἐτελεῖτο τὴν ὥραν· ὁ γὰρ δὴ δεσμοφύλαξ εἶχε μὲν υἱὸν πονηρῷ πνεύματι κάτοχον χρόνους ἤδη συχνούς, ὃν καὶ κίονι περιδήσας πρὸ τῆς οἰκίας ἐτήρει, τότε δὲ τὲ δεσμὰ διαῤῥήξας ὁ δαίμων καὶ ἀκρατῶς ἐλαύνων τὸν παῖδα πρὸ τῶν ποδῶν κατέβαλε τοῦ ἁγίου, ὃς αὐτῷ καὶ τὴν εὐχὴν διετάραττε, βοῶν τε καὶ κυλιόμενος καὶ ἀφρὸν τοῦ στόματος παραπτύων. Ὁ δὲ μηδὲ οὕτω τῆς εὐχῆς ἀποστὰς, ἄρας δὲ μᾶλλον εἰς οὐρανὸν καὶ ὄμμα καὶ νοῦν, καὶ τὸν δυνάμενον λεγεῶνα πνευμάτων ἐπιτιμᾶν ἐπικαλεσάμενος, εἶτα καὶ χεῖρα τῷ πάσχοντι ἐπιθείς, πονηρὸν οἷα δοῦλον δεσπότης δραπέτην τὸν δαίμονα ἀπεφγάσατο, καὶ τοῦτον μὲν οὕτως τοῦ δαίμονος ἀπαλλάττει.

ΜΕ'. Ὁ δὲ δεσμοφύλαξ τοῦ ὕπνου διαναστὰς ὡς τὸν υἱὸν οὐκ εἶδε προδεδεμένον τῷ κίονι, νομίσας κατὰ πετρῶν ἢ καθ' ὕδατος ὑπὸ τοῦ μανικοῦ δαίμονος ἀπερῤῥίφθαι τοῦτον, ἀνέκλαυσέ τε λίαν πικρὸν, καὶ τὸ πρόσωπον τύψας ὡς ἤδη τεθνηκότα ἐθρήνει, περιβλεψάμενος δὲ καὶ τὴν φυλακὴν ἀνεῳγυῖαν ὅτι τε κἀκείνη τὰς θύρας ἠνέῳκτο, καὶ φῶς αὐτὴν περιηύγαζεν. Ἤρξατο τίλλειν τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς, καὶ τὸ πρόσωπον αὖθις τύπτειν, ἐκπεφυγέναι δόξας τὸν ἅγιον. Ὡς δὲ παρέκυψεν εἴσω καὶ εἶδε τοῦτον ἑστῶτα καὶ ᾄδοντα, καὶ τὸν Πλατωνικὸν σὺν αὐτῷ, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸν υἱὸν αὐτῷ καθεστηκότα, καὶ ἐν σεμνῷ καὶ σώφρονι τῷ σχήματι παρεστάμενον, θάμβους ἐμπίπλαται τὴν ψυχὴν, καὶ τὸ ἀληθὲς εἰκάσας θαυματουργὸν εἶναι τὸν δίκαιον δραμὼν προσπίπτει τοῖς τούτου ποσὶ, τοῦτο μὲν ὑφ' οἷς ἐπεπόνθει εὐχαριστῶν, τοῦτο δὲ ὑφ' οἷς ἔδρασε δεσμὰ περιθεὶς συγγνώμην αἰτῶν, καὶ ἐξ ἐκείνου φόβῳ τε πωλλῷ τὸν ἅγιον διηκόνει, καὶ παντὶ τρόπῳ

τὰ πρὸς θεραπείαν ἐνεργεῖν ἔσπευδεν. Τῆς φήμης τοίνυν παντεχόσε διαθεούσης καὶ γυνή τις τῶν εὐγενῶν, θυγάτριον ἔχουσα συγκῦπτον χαμαί, τοῦτο μεθ' ἑαυτῆς λαβοῦσα, πρὸς τὸν ἅγιον ἐν τῇ φυλακῇ γίνεται, καὶ τῶν τούτου ἁψαμένη ποδῶν, Ἐλέησον, ἔλεγε, τὸ παιδίον μου, ὥσπερ ὁ Χριστὸς, οὗ σὺ μιμητὴς τὴν πάλαι συγκύπτουσαν. Ὁ δὲ Θεοῦ μὲν ἐστι τοῦτο μόνου, πρὸς αὐτὴν εἴρηκεν· ἐπεὶ δὲ σε πίστιν πλουτοῦσαν τὴν πολλὰ δυναμένην ὁρῶ, πάντα γὰρ φησιν Χριστὸς δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, κατάλληλόν σου τῇ πίστει τὸ πέρας ἀκολουθήσει. Οὕτως εἰπὼν, εὐξάμενός τε καί χεῖρα ἐπιθεὶς τῇ παιδὶ ὑγιῆ δείκνυσι παραχρῆμα, ἣν ἡ μήτηρ τεθεραπευμένην εὐθὺς λαβοῦσα, αὐτή τε χαρᾶς ἐπληροῦτο καὶ τὰ τῆς εὐχαριστίας ἀπεδίδου Θεῷ, καὶ σὺν αὐτῇ τῆς οἴκαδε φερούσης ἐπελαμβάνετο. Πολλὰ τοιαῦτα ἔτι τῷ δεσμωτηρίῳ παρὼν Γρηγόριος διετέλει, οὗ καί χρόνον ὅλον ἐκεῖσε διενεγκόντος, ὁ πάππας τῶν κατ' αὐτὸν ὥσπερ ἀναμνησθείς, μετάκλητον τὸν ἤδη πολλάκις ῥηθέντα Μάρκον ἐποίει. Ἐπεὶ οὖν καὶ ἀφίκετο, σὺν ὀργῇ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνος πάντα τὰ κατὰ τὸν Γρηγόριον διεξῄει, ὅπως τε δεῦρο ἰὼν παρ' αὐτὸν ἦχθη, ἐπὶ πορνείᾳ δῆθεν ἑαλωκὼς, καὶ ὅπως παρ' αὐτοῦ εἰς τὸ δεσμωτήριον παρεπέμφθη καὶ εἰς ἔτι καὶ νῦν πρὸς τῇ φυλακῇ διακαρτερεῖ. Ὁ δὲ Μάρκος μέγα στενάξας, ἤδει γὰρ οἷα καθ' οἵου λέγεται, δῆλος ἦν τοὺς κατὰ Γρηγορίου ῥάψαντας, ἅμα δὲ καὶ τοὺς πεισθέντας ἀποκλαιόμενος, καὶ οὐδὲν ἕτερον, ἢ Γένοιτό μοι, ἔφη, ἡ μερὶς, ὦ δέσποτα, ἡ μετ' αὐτοῦ, ἐπειδὰν εἰς κρίσιν τῷ κοινῷ κριτῇ παρασταίημεν. Τοῦτον τὸν λόγον ὁ πάππας ὡς ἤκουσεν, οἱονεὶ τὸ ῥῆμα δυσωπηθεὶς τὴν κατὰ τοῦ Γρηγορίου πεμφθεῖσαν ἐπιστολὴν ἐδείκνυ τῷ Μάρκῳ, ὥσπερ ἀπολογούμενος, ὅτι μὴ εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν ἀλλὰ τοῖς οὕτω κατ' αὐτοῦ γεγραμμένοις καὶ αὐτὸς πιστεύσας, οὐκ ἔκρινεν ἀκόλαστον τὸ πεπραγμένον καταλιπεῖν. Ἐπελθὼν δὲ τὴν ἐπιστολὴν ὁ Μάρκος, καὶ ὥσπερ ἐγγελάσας τοῖς γεγραμμένοις, Πράγμασιν αὐτοῖς, ἔφη, ὦ δέσποτα, ἐπιτρεπτέον τὰ κατ' αὐτὸν καὶ ἐξεταστέον τοῖς δικαίοις ἀκολουθοῦντα, καὶ τότε εἴσῃ σαφῶς οἷος μὲν οὗτος, εἴτε πόρνης φίλος, εἴτε ἀλλὰ μὴ πλέον ἐρῶ, γνώσῃ δὲ καὶ αὐτὸς τάχος, εἰ δὲ θέλοις, καὶ ἤδη ἔγνωκας. Φθάσας δὲ τὸν λόγον ὁ πάππας, Οἶδα, ἔφη, καὶ αὐτὸς ἃ βούλῃ λέγειν, φησίν, ὅτι πολλή τις ἦν ἡ θεία χάρις περὶ αὐτὸν, ἀλλ' ὑλισθήσαντος δηλαδὴ καὶ αὐτὴ ἀπέστη. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνος οἷα δὴ ἄνθρωπος μὴ βλέπων τὰ ὄντα, μηδὲ εἰς καρδίαν, ὥς φησιν ὁ θεῖος λόγος, ὁρῶν.

A timore sancto viro ministrabat, eique omne obsequii officium præstare sedulo nitebatur. Increbrescente igitur fama, et ubique vagante, mulier quædam, claris orta natalibus, filiolam humi prostratam habens, hanc secum arripiens, virum sanctum in custodia petit, illiusque complexa pedes: Miserere, inquit, filiæ meæ, quemadmodum et Christus[11], cujus es imitator, mulierem contractam ac inclinatam olim erexit. Ille hoc solius esse Dei respondit. Verumenimvero, inquit, cum te uberem ac locupletem fidem habere videam, (omnia siquidem fidelis præstare potest) aptus (nec id sane immerito) fidei tuæ finis subsequetur. Cum ita locutus esset, puellæ manum oraturus imponens, confestim eam sanitate donavit; B eam mater sanitati redditam hilariter accipiens, gaudio perfusa, immortales Deo gratias agebat, rectaque cum ipsa domum perrexit. Pleraque id genus alia Gregorius carcere adhuc detentus edidit. Hic cum omnem ejus ætatem ibidem constantissime victurus esset, pontifex max. quæ in illum jactatæ fuerant contumelias reminiscens, Marcum, quem alias sæpe memoravimus, accersivit. Qui cum præsto adfuisset, non sine indignatione omnia contra Gregorium acta narravit, quemadmodum in adulterio deprehensus, vinctus ad se perductus, inque carcerem a se detrusus fuisset, ubi hactenus custodiis septus, patienter perdurat. Tum Marcus ingemuit vehementer. Noverat enim, quæcunque in illum dicerentur, perspectos ac exploratos illos habebat, qui hæc contra Gregorium confinxerant, simulque ab his persuasos deplorabat, neque quidquam aliud aiebat, quam: O utinam, domine, partem et mihi liceat una cum ipso adire calamitatum, quando ad communis judicis subsellia staturi sumus. Hunc sermonem cum pontifex audisset, uti ejusmodi verbis graviter offensus, epistolam in Gregorium scriptam eidem ostendit, ut non temere se aut inconsulto persuasum excusaret: sed iis litteris tanquam testimonio bene locuplete rem tam nefariam injudicatam noluisse. Perlecta autem epistola Marcus, ac velut ea quæ scripta erant, irridens, Rebus ipsis, inquit, o domine, isthæc convicia sunt expendenda, diligenterque D quisnam justitiam sequatur, disquirendum. Tum tibi liquido patebit, qualis vir sit iste, an scortum aut aliud quid, ne plura dicam, depereat; agnosces et ipse protinus; si volueris, et jam cognovisti. Ejus orationem pontifex interpellat, se quæ ille dicturus esset, scire, nempe magnam erga illum Dei beneficentiam exstitisse, sed illo fœde labente, pessum quoque ipsam abiisse. Et hæc ille quidem ut humanus, cum rem ut erat, non perspiceret, neque cor (ut sermo divinus habet) intueretur.

ΜΖ'. Εἶτα καὶ περὶ τοῦ πῶς δὲ χρήσεται Γρηγορίῳ σύμβουλον τὸν Μάρκον ἐποίει. Ὁ δὲ αὐτῷ συνεβούλευε μήτε χωρὶς τοῦτον τοῦ μεγάλου ἱερέως τῆς μεγάλης φημὶ κρίνειν πόλεως, μήτε μὴν τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ἀλλ' ἀποστείλαντα, καὶ τοὺς τε

XLVII. Deinde cum, quidnam de Gregorio esset statuendum, Marcum in consilium adhibuisset, ille consilium dedit, non absque magno sacerdote, excelsæ, inquam, civitatis, ejusque rege judicandum esse. Propterea illum dare operam oportere,

[11] Luc. XIII, 11 seqq.

ut delatores ipsos cum mandatis remitteret, simulque mulierem, cujus stupri insimulabatur, ac eum quem in ejus locum sacerdotem substituerant, necnon mandatores omnes Byzantium deducendos curaret eaque quemadmodum sese habebant, quæ contra quemque dicenda essent, præscriberet. Hæc cum pontifex max. utilia juxta ac consentanea omnia censuisset, hinc mittit, tum qui delatores e Sicilia profectos, ad quæstionem ac judicium abducerent, tum qui litteras patriarchæ ipsique regi Constantinopolis afferrent. Hi autem duo erant episcopi, qui antea synodo etiam interfuerant. Porro rex itemque patriarcha, acceptis ac perlectis ejusmodi litteris, falsum et omnino incredibile crimen, cujus Gregorius insimulatus fuerat, judicaverunt. Quocirca rex quemdam ab regio armamentario persano familiarem, Marcianum nomine, una cum episcopis Romam remisit. Patriarcha itidem Ancyræ. Cyzici ac Corinthi præsules, quibus accessit Constantinus, quem plerique a libellis appellabant, cujus mentio superius est facta, simul destinavit: mandantes, ut hi ad latam usque sententiam, quæstionemque persolutam. Gregorium secum haberent.

XLVI. Ii cum Romam adiissent, contigit Marcianum gravissimo morbo afflictari, ita ut spem de illius vita medici omnem destituerent: cujus rei causa ingens episcopos dolor invaserat. Mox cum omnem curam fata vincerent, extremumque spiritum anhelaret, ac sole ad occasum vergente, ipse lucem hanc relicturus videretur, ea mulier, cujus filiam morbo correptam Gregorii precibus curationem nuper accepisse diximus, illac ubi Marcianus in lecto decumbebat, præteriens, servorum plangentium ac lamentantium flebilem ac luctuosam vocem audivit: cujus causam percontata, gratiam non celavit, sed palam beneficentiam evulgat, et quæ ipsa admirabilia in filia sit assecuta, illis annuntiat, servatorisque præco, et rei gestæ testis classicus constituitur. Eia agite, inquit, filii, fletu represso, mihi obtemperate, ipsumque ab ipso lecto tollentes, alacriter me sequimini. Virum enim mihi ab experientia bene cognitum vobis ostendam, qui vos a luctu facile vindicabit, et dominum vestrum multa cum celeritate sanitati restituet. Ejus sermoni servi parent, dominumque repente tollentes, juxta custodiam, ubi Gregorius erat, deponunt. Quem ille ardentissima febri commotum et inflammatum aspiciens, miseratus est hominem, lectumque lacrymis irrigabat. Cæterum semel illum atque iterum vocans (eum namque vox atque sensus defecerat, nec quidquam loqui poterat), manum quidem illi vir divinus adjecit, mente vero totus in cœlum erectus, faciemque suam et ægrotum lacrymis perfundens, Deum obsecrabat. Atqui preces somnum peperere; somnus ægroto salutem attulit. Cum enim quinque supra viginti dies insomnis duxisset, artissimus tum illi somnus obrepsit. Servi vero, qui mediis eidem

A κατηγόρους συναγαγόντα, καὶ τὴν λεγομένην συμφθαρῆναι γυναῖκα, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὃν ἀντ' αὐτοῦ προβάλλονται ἱερέα, αὐτούς τε πάντας ἐς τὴν Βύζαντος πέμπειν, καὶ τὰ κατ' αὐτοὺς ὥσπερ ἔχουσι κατὰ μέρος γράφειν. Ἃ δὴ καὶ συμφέροντα κρίνας ὁ πάππας, ἔνθεν μὲν στέλλει τοὺς ἀπὸ Σικελίας, τοὺς κατηγόρους ἀπάξοντας, ἐκεῖθεν δὲ τοὺς γράμματα πρὸς τὸν ἀρχιερέα Κωνσταντινουπόλεως καὶ αὐτὸν βασιλέα κομίσοντας. Οὗτοι δὲ ἄρα ἦσαν τῶν ἐπισκόπων οἱ δύο, οἵτινες καὶ πρότερον ἐν τῇ συνόδῳ παραγεγονότες ὑπῆρχον. Ὁ δὲ βασιλεὺς καὶ ὁ πατριάρχης, τὰ τοιαῦτα δεξάμενοι γράμματα καὶ ἀναγνόντες, ἄπιστα πάντα τὰ κατὰ τὸν Γρηγόριον ἡγήσαντο. Ὅμως ὁ μὲν βασιλεὺς στέλλει τινὰ τῶν οἰκειοτάτων σπαθάριον Μαρκιανὸν οὕτω καλούμενον,
B στέλλει δὲ τούτοις σύνομα τοῖς ἐπισκόποις. Στέλλει δὲ καὶ ὁ ποτριάρχης τόν τε Ἀγκύρας πρόεδρον καὶ Κυζίκου καὶ τὸν Κορίνθου, καὶ μὴν καὶ Κωνσταντῖνον, ὃν χαρτοφύλακα τοῖς πολλοῖς σύνηθες ὀνομάζειν, περὶ οὗ καὶ πρότερον ὁ λόγος ἐμνήσθη, ἐντειλάμενοι, τούτοις μευὰ τὸ πέρας τῆς ὑποθέσεως, τὸν Γρηγόριον μεθ' ἑαυτῶν ἀγαγεῖν.

Καταλαβόντων δὲ τὴν Ῥώμην, συνέβη τὸν Μαρκιανὸν νόσῳ βαρυτάτῃ περιπεσεῖν, καὶ τοὺς μὲν ἰατροὺς ἀπειπεῖν, λύπῃ δὲ ὅση τοὺς ἐπισκόπους τὸ πρᾶγμα περιβαλεῖν. Ἤδη δὲ τὰ ἔσχατα πνέοντος, καὶ τοῦ ἡλίου περὶ δυσμὰς ὄντος, κἀκείνου μέλλοντος ἐκλείπειν, ἡ πρὸ βραχέος μνημονευθεῖσα γυνὴ,
C ἧς δήπου καὶ τὸ θυγάτριον ἔναγχος νόσῳ περισχεθὲν τῶν Γρηγορίου εὐχῶν ἠξίωτο, καὶ παραδόξου θεραπείας ἀπώνατο, διὰ τῆς οἰκίας τότε παρερχομένη, ἔνθα καὶ ὁ σπαθάριος κλινήρης κατέκειτο, ἀκούει βοῆς συμμιγοῦς τῶν παίδων αὐτοῦ κοπτομένων τε καὶ θρηνούντων· καὶ ἐπειδὴ τὴν αἰτίαν ἐπύθετο, οὐ κρύπτει τὴν χάριν, ἀλλὰ κηρύττει σαφῶς τὴν εὐεργεσίαν, καὶ ὧν αὐτῇ τετύχηκεν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ θαυμασίων, καὶ αὐτοῖς ἀπαγγέλλει, καὶ μηνυτῆς τοῦ σωτηρίας, εὐθὺς γίνεται, καὶ ἀψευδὴς μάρτυς τῆς πεπραγμένου καί, Ἄγε, φησὶν, ὦ παῖδες, ἐμοὶ πειθόμενοι, τοῦ θρήνου μὲν παύσασθε, τοῦτον δ' αὐτῇ κλίνῃ προθύμως ἅπαντες ἐμοὶ ἕπεσθε. Δείξω γὰρ ὑμῖν ἄνθρωπον ἐκ πείρας αὐτὸν ἐγνωκυῖα, ὃς τοῦ πένθους ῥᾳδίως ὑμᾶς ἀπαλλάξει σὺν πολλῷ τάχει τὸν δεσπότην
D ὑμῶν ἰώμενος. Πείθονται τοῖς ῥηθεῖσιν οἱ παῖδες, καὶ τὸν δεσπότην εὐθὺς ἅπαντες πρὸς τῇ φυλακῇ τιθέασιν ἔνθα ἦν Γρηγόριος. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ἐκεῖνος λάβρῳ πυρετῷ κατάκρας διακαιόμενον, οἰκτείρει τὸν ἄνδρα, καὶ τῆς κλίνης ὁλόκρυα καταχέει. Φωνήσας δὲ αὐτὸν ἅπαξ καί δίς, ὡς ἤδη καὶ ἡ φωνὴ καὶ τὸ φρονοῦν ἐκεῖνον ἐπέλιπε καὶ οὐκ εἶχεν οὐδὲν φθέγξασθαι, τὴν μὲν χεῖρα ἐπ' αὐτὸν ὁ θεῖος ἀνὴρ τίθησι, τὴν δὲ διάνοιαν ὅλην χεῖρει πρὸς οὐρανὸν, καὶ δάκρυσι τό τε πρόσωπον, καὶ τὸν κατακείμενον βρέχων, δέεται τοῦ Θεοῦ. Παρεῖχε δὲ ἡ μὲν εὐχὴ τὸν ὕπνον, ὁ δὲ ὕπνος τῷ νοσοῦντι τὴν σωτηρίαν. Πέντε γὰρ καὶ εἴκοσιν ἡμέρας διατελέσας ἄϋπνος, ὕπνῳ τότε βαθεῖ συνεσχέθη. Τὰ δὲ παιδάρια, περὶ μέσας

αὐτῷ προσελθόντα νύκτας, εὗρον ὡς ὁ μὲν πυρετὸς ἀπελήλατο, ὁ δὲ νοσῶν ἔῤῥωτο· οἷος ὁ μακάριος παρ- ainésas Θεῷ τὴν χάριν τῆς θεραπείας ὁμολογεῖν, αὐτὸς ἔτι τῆς εὐχῆς καὶ τῆς ἀγρυπνίας εἶχετο. Περὶ δὲ τὰς ἐωθινὰς ᾠδὰς θυμιῶντι τῷ μακαρίῳ ἀνεπήδησέ τε ὁ Μαρκιανὸς τῆς κλίνης, καὶ παρ' ἑαυτοῦ τὸν ἰασάμενον κατανοήσας καὶ ἐπιγνοὺς προσέπιπτεν αὐτοῦ τοῖς ποσὶ καὶ περιεπτύσσετο τούτους· τὸν διὰ πραγμάτων αὐτὸν σώσαντα ῥήμασι χρηστοῖς ἀμειβόμενος, ἔπειτα δὲ ἑστὼς συνῇδεν αὐτῷ τῶν ὕμνων τὰ ἐπίλοιπα. Ἐπεὶ δὲ τέλος ἡ ὑμνῳδία ἐλάμβανε, καθεσθέντες εἰξ λόγους ἦεσαν. Ἐθαύμαζε δὲ ὁ Μαρκιανὸς οἷῳ συγκέκλειστο ὁ μακάριος τόπῳ, ὅπως τε ἄπνους καὶ ἀφεγγὴς ἦν, λίαν τὸν ἐνοικοῦντα λυπεῖν δυνάμενος. Καὶ ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι πρὸς ἀλλήλους ὡμίλουν.

noctibus assistebant, febrim recessisse, et ægrotum convaluisse repererunt. Hos vir sanctus monuit, de recepta sanitate gratias Deo habendas esse: ipse interim precibus ac vigiliis vacabat. Marcianum jucundus denuo somnus complexus est. Circa vero matutinas laudes, orante viro sancto, Marcianus lecto prosiliit, et qui se sanarat, ex se perspiciens atque cognoscens, ejus ad pedes provolutus, illos amplexabatur, verbisque quibus poterat gratiosis beneficium in se sanitatis, quod erat maximum, munerabatur. Subinde vero stans, laudes, quæ reliquæ erant, cum illo simul prosequebatur. Ubi vero dictio laudum finem accepit, sedentesque loqui cœperunt, mirabatur autem Marcianus, quonam modo vir beatus illic conclusus esset, et quomodo silens carere sese lumine pateretur, cum alioqui observantem se, ibique inhabitantem gravissime posset offendere? Et hæc quidem illi invicem loquebantur.

postquam admirabilia, quæ in ea facta sunt, est intuita, et quemadmodum continuo plagæ evanuerunt, Deo dans gloriam, et instar sororis cum martyre consentiens, seipsam præparabat ad plagas et flagella. Deinde cum præses ad secundam sedisset examinationem, adducta ad eum sancta, et viso admirabili omnibus spectaculo, quod nec levis quidem in ejus corpore laceratio, neque ullus vibex apparebat, judex ad veritatem aperte cæcutiens, mittens magnæ Dei potentiæ ascribere id quod factum fuerat, et prioris vitæ et erroris duci ponitentia, ille potius omnem exuit pudorem, et diis suis impudenter eam attribuens sanationem : Vides, dixit, o Barbara, quemadmodum te dii tuentur, et tui curam gerunt, qui tuas plagas curarunt. Cui martyr Christi : Qui similiter, inquit, atque tu, cæcutiunt, et humana manu indigent ad hoc, ut perducantur ad essentiam, quemadmodum tale quid potuerunt facere ? Sed si vis scire quisnam sit, qui me sanavit, est Jesus Christus filius Dei, quem fieri non potest ut contuearis, cum profundis tenebris impietatis orbatus sis oculis animæ.

VIII. His verbis præses ad majorem accensus iracundiam, et non valens se continere, jubet iis qui aderant, ferreis pectinibus latera virginis scindere, et tædis ignis membra jam lacerata urere, deinde etiam malleo percutere venerandum ejus caput. Quæ quidem cum celerrime fierent, ea videns pia Juliana, et animo ægre ferens, cum non posset opem ferre, faciebat quod poterat, et suum in eam amorem ostendebat, nihil curans eos qui aderant, nec præsidem, sed uberes lacrymas effundens ex oculis. Cum eam ergo aspexisset Martianus, et quænam esset didicisset, postquam eam quoque audivit esse Christianam, et Barbaræ misericordia notam, animo perturbari, jubet eam quoque comprehendi, et ligno suspendi, et similiter atque martyri, pectinibus ferreis latera discerpi. At variis quidem certaminibus exercita Barbara, cum acerbe laniaretur, oculis in cœlum sublatis : Tu nosti, inquit, Deus, cognitor cordium, quod te desiderans, et tuas amans leges, me totam tibi obtuli, et a tua pendeo dextera. Tu ergo, Domine, ne me derelinquas, sed me per tuam suscipias misericordiam, et nos ambas confirma et corrobora, ut cursum præsentem pergamus. Sed sic quidem martyr Christi Dominum, propter quem hæc sustinebat, rogabat, ut ejus auxilio roboraretur naturæ imbecillitas. Sciebat enim eum esse veracem, qui dixerat : « Spiritus quidem promptus, caro vero infirma [7]. »

IX. Tyrannus autem, ut qui ei se omnino opposuisset adversarium, ut animi superaret fortitudinem malorum copia, convertitur ad aliud sup-

[7] Matth. xxvi, 41.

εἰς αὐτὴν παραδόξων θεατὴς γέγωνε, καὶ ὅπως ἀφανεῖς ἐκ τοῦ παραχρῆμα κατέστησαν αἱ πληγαὶ, δοῦσά τε δόξαν τῷ Θεῷ, καὶ ἀδελφὰ τῇ μάρτυρι συμφρονήσασα, πρὸς πληγὰς ἑαυτὴν καὶ μάστιγας παρεσκεύαζεν. Εἶτα πρὸς δευτέραν καθίσας ὁ ἡγεμὼν τὴν ἐξέτασιν, καὶ τῆς ἁγίας προσαχθείσης αὐτῷ, καὶ φρικτὸν θέαμα πᾶσιν ὀφθείσης, ὅτι μηδὲ τὸ τυχὸν σπάραγμα τῷ σώματι αὐτῆς ἐδηλοῦτο, μηδὲ μώλωψ μηδεὶς, ὁ δικαστὴς, φεῦ ! φανερῶς τυφλώττων πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἀπολιπὼν τῇ μεγάλῃ τοῦ Θεοῦ δυνάμει τὸ γεγονὸς ἐπιγράφειν, μετάμελόν τε λαβεῖν τοῦ προτέρου βίου καὶ τῆς ἀπάτης, ὁ δὲ καὶ μᾶλλον ἀπηνισχύντει, καὶ τοῖς αὐτοῦ θεοῖς τὴν ἴασιν ἐλογίζετο, καὶ, Ὁρᾷς, ἔλεγε, πῶς ἀντιποιοῦνταί σου οἱ θεοὶ, Βαρβάρα, καὶ κηδόμενοί σου τὰς πληγὰς ἐθεράπευσαν ; Πρὸς ὃν ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς • Οἱ ὁμοίως σοι τυφλώττοντες, ἔφη, καὶ ἀνθρωπίνης χειρὸς δεόμενοι πρὸς τὴν τοῦ εἶναι παραγωγὴν, πῶς ἄρα τοιοῦτον ἠδύναντο δρᾶν ; Ἀλλ' εἰ τὸν ἐμὲ ἰασάμενον ὅστις εἴη βούλει μαθεῖν, Ἰησοῦς Χριστός ἐστιν ὁ Θεοῦ τοῦ ζῶντος Υἱὸς, ὃν σὲ καθορᾷν ἀμήχανον βαθεῖ σκότῳ πηρωθέντα τῆς ἀσεβείας τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμούς.

Η'. Τοῖς λόγοις τούτοις ὁ ἡγεμὼν εἰς μείζονα τὸν θυμὸν ἐκκυθεὶς, καὶ μηδὲ κατέχειν ἑαυτὸν οἷός τε ὢν, τοῖς παρεστῶσι διακελεύεται σιδηροῖς ὄνυξι τὰς πλευρὰς τῆς μάρτυρος ἀποξέειν, πρὸς δὲ καὶ λαμπάσι πυρὸς τὰ ἤδη ξανθέντα τῶν μελῶν ἐπικαίειν, εἶτα καὶ σφύρᾳ παίειν τὴν τιμίαν αὐτῆς κεφαλήν. Ὧν δὴ καὶ ὡς τάχιστα πραττομένων, ἡ θεοσεβὴς Ἰουλιανὴ καθορῶσα, καὶ τὴν ψυχὴν ἰσχυρῶς ἀλγοῦσα, ἐπεὶ μὴ βοηθεῖν ἐδύνατο, ὅπερ ἦν αὐτῇ δυνατὸν ἐποίει, καὶ τὸ φίλτρον ὡς εἶχεν ἐδείκνυ, μηδὲν τῶν παρόντων καὶ τοῦ ἄρχοντος ἐπιστρεφομένη, ἀλλ' ἀστακτὶ τὸ δάκρυον τῶν ὀμμάτων προϊεμένη. Ὁ Μαρκιανὸς οὖν, εἰς αὐτὴν ἀποβλέψας, καὶ ἥτις εἴη μαθὼν, ἐπεὶ καὶ αὐτὴν εἶναι Χριστιανὴν ἤκουε, καὶ τῇ πρὸς τὴν Βαρβάραν συμπαθείᾳ παθαίνεσθαι τὴν ψυχὴν, συλληφθῆναι καὶ ταύτην κελεύει, καὶ τῷ ξύλῳ προσαναρτᾶσθαι, καὶ τῇ μάρτυρι παραπλησίως σιδηροῖς ξυστῆρσι τὰς πλευρὰς ἀποξέεσθαι. Ἡ μὲν οὖν πολύαθλος Βαρβάρα δεινῶς ξεομένη, ὑψοῦ τὸ ὄμμα διάρασα, Σὺ γινώσκεις, ἔφη, καρδιογνῶστα Θεὲ, ὅτι σὲ ποθοῦσα, καὶ τοὺς σοὺς στέργουσα νόμους, ὅλην ἐμαυτὴν σοι προσήγαγον, καὶ τῆς σῆς ἀπήρτησα δεξιᾶς. Αὐτὸς οὖν, Δέσποτα, μὴ ἐγκαταλίπῃς ἡμᾶς, ἀλλ' ἀντιλαβοῦ κατὰ τὸ ἔλεός σου, καὶ τελειῶσαι τὸν παρόντα δρόμον ἀμφοτέρας ἐνίσχυσον. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς τὸν δι' ὃν ταῦτα ὑπέμενε Δεσπότην ἠξίου, τὴν φυσικὴν ἀσθένειαν ῥωσθῆναι τῇ παρ' αὐτοῦ ῥοπῇ δεομένη. ἴδει γὰρ τίς ὁ ἀψευδῶς εἰρηκὼς « Τὸ μὲν πνεῦμα πρόθυμον, ἡ δὲ σὰρξ ἀσθενής. »

Θ'. Ὁ τυραννος δὲ, καθαπερ ἀντίπαλον ἑαυτοῖς ὅλοις ἀντιτιθεὶς, ἵνα ψυχῆς ἀνδρίαν ἀλγεινὰ ἡττήσῃ περιουσία, πρός ἑτέραν ἅμα τρέπεται τι-

μωρίαν, καὶ σμίλῃ τοὺς μασθοὺς αὐτῶν ἐκκοπῆναι κελεύει. Οἶδ' ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἀκοὴν μόνην τοῦ πάθους ἀλιγγιάσατε. Τί οὖν ἔμελλεν αὐτὸ τὸ πάσχειν ποιεῖν, καὶ ταῦτα γυναῖκας, εἰ μὴ φίλτρον ἄμαχον τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ πέστις ἐνεύρου τὰς ἐκείνων ψυχάς ; Πλὴν ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ Χριστοῦ δούλην Βαρβάραν τί φάρμακον ἔσται αὐταῖς πρὸς τοσαύτην ὀδύνης ἀκμὴν ἐλάνθανεν οὐδαμῶς· διὰ ταῦτα καὶ τὴν ἐξ ὕψους πάλιν ἐκάλει βοήθειαν, « Μὴ ἀποστρέψῃς ἀφ' ἡμῶν, λέγουσα, τὸ πρόσωπόν σου, Χριστὲ, καὶ τὸ πανάγιόν σου Πνεῦμα μὴ ἀντανέλῃς. Ἀπόδος ἡμῖν, Κύριε, τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ σωτηρίου σου, καὶ Πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριζον ἡμᾶς ἐν τῷ φόβῳ σου. » Ὡς δὲ καὶ πρὸς ταύτην τὴν τιμωρίαν μία καὶ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέραις ὑπῆρχε γνώμη καὶ καρτερία, ὁ ἡγεμὼν σοφώτερόν τι, μᾶλλον κακουργότερον, ἐνοήσας, διίστησιν αὐτὰς ἀπ' ἀλλήλων· καὶ Ἰουλιανὴν μὲν τῇ εἱρκτῇ παραδοθῆναι, Βαρβάραν δὲ γυμνωθεῖσαν κελεύει διὰ πάσης θριαμβευθῆναι τῆς χώρας, καὶ προσέτι πληγαῖς μαστίζεσθαι. Ἡ μάρτυς οὖν, τῇ ἀσχήμονι ταύτῃ περιαγωγῇ θεατριζομένη, τὰ συνήθη πάλιν ἐποίει, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀπέβλεπε, Ὁ τὸν οὐρανὸν, εἶπε, περιβάλλων τοῖς νέφεσι, καὶ τὴν γῆν σπαργανῶν ὁμίχλῃ αὐτὸς καὶ τὴν ἐμὴν γύμνωσιν σκέπασον, βασιλεῦ, καὶ τὰ ἐμὰ μέλη, ἀθέατα γενέσθαι ὀφθαλμῶν ἀσεβῶν παρασκεύασον, ἵνα μὴ ἡ σὴ δούλη, Χριστὲ, μυκτηρισμὸς τοῖς καὶ χλευασμὸς γένωμαι τοῖς κύκλῳ ἡμῶν. Ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ ὁ ταχὺς θεὸς εἰς ἐντολήν, καὶ παραυτίκα ἐπιφανείς, χαρᾶς μὲν αὐτῆς ἐπλήρωτὴν καρδίαν, ἀόρατον δὲ στολὴν αὐτῇ περιτίθησι· καὶ οὕτω τὴν πομπὴν διανύσασαν, Μαρκιανῷ καὶ αὖθις παριστῶσι τῷ μιαρῷ.

Ι'. Ἐπεὶ οὖν ἔγνω ταύτην τε καὶ τὴν τὰ ἴσα φρονοῦσαν πάγκαλον Ἰουλιανὴν μήτε ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις μήτε κακῶν ἐπινοίαις μηδὲ βραχὺ πειθομένας, τὸ πλείονα τὴν αἰσχύνην ὄφλειν ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦν ὡς φανερὰν ἄνοιαν ἐκτρεπόμενος, τὴν ἀπόφασιν ἐπάγει κατ' ἀμφοτέρων ξίφει τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἐκκοπῆναι κελεύσας. Παρὼν οὖν ὁ παιδοκτόνος ταύτης πατὴρ, καὶ θεατὴς ὑπάρχων τῶν πραττομένων οὐκ ἠγάπησε τοῦτο μόνον, οὐδὲ ἠρκέσθη τῇ μεγέθει τῆς συμφορᾶς, τῷ πατρικοῖς ὀφθαλμοῖς θυγατέρα ἰδεῖν, καὶ θυγατέρα οὕτω καλὴν, χερσὶ δημίων ἀναιρουμένην, ἀλλ' εἰ μὴ καὶ αὐτὸς ἔκεινος τῆς πληγῆς γένοιτο, ἀσθένειαν ἔκρινε τοῦτο καὶ μαλακίαν ψυχῆς, ὥσπερ τὸ μὴ καὶτὸς ὀφθῆναι κακὸς αἰσχύνην εἶναι φανερὰν λογιζόμενος. Διὰ ταῦτα γοῦν καὶ τῆς ἀποφάσεως ἤδη ἐξενεχθείσης, παραλαμβάνει τὴν μάρτυρα, χερσὶν οἰκείαις τὴν σφαγὴν ἐργασόμενος. Ἐν τῷ ἕλκειν ἐκείνων ἀπαγομένη, καὶ Ἰουλιανῆς ταύτῃ συνεπομένης, ἡ Βαρβάρα καὶ πρὸς τῷ τέλει οὖσα, τῆς φίλης ἐφρόντισε προσευχῆς, καὶ εἰς γόνυ κλιθεῖσα, Ἀναρχε, ἔφη, Θεέ, ὁ τὸν οὐρανὸν τείνας ὡσεὶ καμάραν, τὴν δὲ γῆν ἐφ' ὑδάτων ἐδράσας, ὁ ὀμβρίοις ὕειν προστάττων, ἥλιόν τε φωταγωγὸν

plicium, et jubet eorum ubera scalpello effodi. Scio vos ad solum perpessionis auditum caligasse. Quid ergo effecturum erat ut hoc paterentur, idque feminæ, nisi amor quo tenebantur, Christi, inquam amor inexpugnabilis ? Sed enim Christi ancillam Barbaram minime latebat, quodnam esset eis medicamentum adversus dolorem tam vehementem. Propterea rursus invocabat supernum auxilium : « Ne avertas a nobis, dicens, faciem tuam, Christe, et Spiritum sanctum tuum ne auferas a nobis. Redde nobis, Domine exsultationem tui salutaris, et Spiritu principali confirma nos in tuo timore [8]. » Cum vero ad hoc supplicium ambabus esset unus animus, et una et eadem constantia ac tolerantia, præses aliquid callidius, vel potius maligniusexcogitans, eas disjungit a se invicem ; et Julianam quidem tradi in custodiam, Barbaram autem jubet nudam traduci per regionem, et præterea flagris cædi. Martyr ergo tam turpiter et tam indecore circumacta, rursus faciebat ea quæ consueverat, et in cœlum defixis oculis : Qui cœlum, aiebat, circumdas nubibus, et terram tanquam fasciis contegis caligine, ipse quoque, o rex, meam operi nuditatem, et effice ut mea membra non cernantur ab oculis infidelium ; ne tua ancilla subsanner et irridear ab iis qui nos circumsistunt. Audivit ex templo sancto velox Deus ad defensionem, et statim apparens, cor quidem ejus implet gaudio : quæ sub visum autem non cadebat, eam sola induit : et cum sic peregisset transvectionem, rursus eam ad sceleratum adducunt Martianum.

X. Postquam ergo cognovit eam, et quæ idem sentiebat, pulcherrimam Julianam, neque bonorum promissis, nec malis intentatis vel tantillum persuaderi, cavens ne majori afficeretur dedecore, ut quod esset aperte stultum ea tentare, quæ fieri non possent, fert in ambas sententiam, utrique jubens caput amputari. Præsens autem filiæ occisor pater, cum esset spectator eorum quæ fiebant, non hoc satis habuit, neque contentus fuit tam magna calamitate, quod paternis scilicet videret oculis filiam, eamque tam pulchram, manibus perimi lictorum : sed nisi ipse sua manu ictum inferret, hoc judicabat esse imbecillitatem et animi mollitiem, perinde ac nisi ille quoque cerneretur malus, arbitraretur esse manifestum dedecus. Propterea ergo jam prolata sententia, assumit martyrem, facturus cædem propriis manibus. Cum ergo abduceretur in montem, et ipsam consequeretur Juliana, Barbara jam vitæ exitum acceptura, curam gessit sibi charæ orationis, et genibus flexis : Principii expers, inquit, Deus, qui cœlum extendisti, tanquam fornicem, terram autem fundasti super aquas ; qui nubibus jubes ut pluant, et produxisti solem, ut lucem præberet omnibus,

[8] Psal. L, 13, 14.

et communiter hæc et justis et injustis, et bonis et malis simul suppeditas, tu quoque nunc me precantem exaudi, o Rex, ut qui tui nominis et meæ meminerint decertationis, ne pestilens morbus in ejus domum ingruat, neque ullum aliud ex iis quæ possunt corporibus afferre damnum et molestiam. Scis enim, Domine, nos esse carnes et sanguinem, opera intemeratarum tuarum manuum, et honorata tua imagine et similitudine. Dixit, et vox de cœlis audita est admirabiliter, ad cœlum vocans ipsam et Julianam sociam certaminis, et simul pollicens implenda ea, quæ petierat. Hanc jucundam vocem cum audiisset Barbara, iter ingredi perrexit, et ducta est ad locum sui decessus.

XI. Cum eo autem pervenisset, inclinato capite, paternis manibus, paterno ense accipit consummationem, bonus fructus ex mala arbore apparens manifeste; Juliana quoque simul cum ea ibidem consummata a quodam ex iis qui illic erant militibus. In eo autem loco, ubi hæc facta sunt, impium quoque patrem divina persequitur justitia, cum nec modicum quidem hic exspectasset bonitas, propter insigne vitium, et quod nulla esset spes curationis. E monte enim revertens feritur fulmine, et vita omnino privatur, non hac solum fluxa, sed ea etiam, quæ manet, ille vere miser et utrisque indignus. Transit autem ad præsidem quoque Martianum hujus divinitus immissi ignis impetus, plane initium et certum signum illius ignis immaterialis, qui ipsum æternum est puniturus. Valentianus vero vir quidam pius et religiosus, cum martyrum sacra sustulisset corpora, et sacris, ut oportebat, honorasset canticis, ea pie et honorifice deponit in loco, qui dicitur Gelassus, qui abest duodecim milliaribus ab Euchaitis, morborum medelam, animarum exsultationem, piorum virorum amabilem delectationem. Ad gloriam Christi veri Dei nostri, quem decet honor, potentia, majestas et magnificentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A πᾶσι παραστησάμενος, καὶ τὰς κοινὰς ταύτας ἀπολαύσεις δικαίοις τε καὶ ἀδίκοις, ἀγαθοῖς ἅμα καὶ πονηροῖς χορηγῶν, αὐτὸς καὶ νῦν ἐμοῦ δεομένης εἰσάκουσον, βασιλεῦ, καὶ ὃς ἂν τοῦ σοῦ ὀνόματος καὶ τῆς ἐμῆς ἀθλήσεως τῷ οἴκῳ αὐτοῦ ἐπισκήψειε, μὴ ἄλλο τι μηδὲν τῶν λωβᾶσθαι σώματα καὶ λυπεῖν δυναμένων. Οἶδας γάρ, Κύριε, ὅτι σάρκες ἡμεῖς καὶ αἷμα, ποιημα τῶν σῶν ἀχράντων χειρῶν καὶ εἰκόνι σῇ καὶ ὁμοιώσει τετιμημένοι. Ἔφη, καὶ φωνή τις οὐρανόθεν παραδόξως ἠκούετο, αὐτήν τε καὶ Ἰουλιανὴν τὴν σύναθλον ἐκκαλουμένη πρὸς οὐρανὸν καὶ τῶν αἰτηθέντων ἅμα τὴν ἐκπλήρωσιν ἐπαγγελλομένη. Ταύτης δὴ τῆς γλυκείας φωνης ἐνωτισθεῖσα Βαρβάρα, ὁδοῦ τε εἴχετο, καὶ πρὸς τὸν τοῦ τέλους τόπον ἐπείγετο.

B ΙΑ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ φθάσασα ἦν, τὴν κεφαλὴν κλίνασα, πατρικαῖς χερσὶ τῷ πατρικῷ ξίφει τὴν τελείωσιν δέχεται, καρπὸς ἀγαθὸς ἐκ πονηροῦ δένδρου παραδόξως ἀναφανεῖσα, καὶ Ἰουλιανῆς αὐτῇ πρός τι ος τῶν ἐκεῖσε στρατιωτῶν σύναμα τελειωθείσης. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα γέγονε καὶ τὸν ἀσεβῆ πατέρα ἡ θεία μέτεισι δίκη, μηδὲ βραχύ τῆς ἀγαθότητος ἐνταῦθα περιμεινάσης διὰ κακίας παντως ὑπερβολὴν καὶ ἰάσεως ἀπαγόρευσιν. Ἐπανιὼν γὰρ ἀπὸ τοῦ ὄρους, κεραυνῷ βάλλεται, καὶ τῆς ζωῆς ὅλως ἐκβάλλεται, οὐ τῆς ῥευσῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς μενούσης, ὁ ἄθλιος ὄντως ἐκεῖνος, καὶ ἀμφοτέρων ἀνάξιος. Ἀιέβη δὲ καὶ εἰς τὸν ἡγεμόνα Μαρκιανὸν τὸ τοῦ θειλάτου τοῦδε πυρὸς ὅρμημα, προοίμιον δήπου καὶ σύμβολον ἀψευδὲς τοῦ ἀύλου πυρὸς ἐκείνου

C καὶ αἰωνίως αὐτὸν τιμωρήσοντος. Οὐαλεντῖνος δέ τις εὐσεβὴς ἀνὴρ καὶ φιλόθεος, ἀνελόμενος τὰ τῶν μαρτύρων ἱερὰ σώματα καὶ ἱεροῖς ᾄσμασιν ὡς ἔδει τιμήσας, ἐν χωρίῳ Γελασσὸν καλουμένῳ, δώδεκα μιλίοις Εὐχαΐτων ἀπέχοντι, σεμνῶς τε καὶ θεοφιλῶς κατατιθησι, νόσων ἴαμα, ψυχῶν ἀγαλλίαμα, φιλοθέων ἀνδρῶν ἐντρύφημα πολυέρασκον, εἰς δόξαν Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν ᾧ πρέπει τιμη, κράτος, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΚΑΙ ΜΕΡΙΚΗ ΘΑΥΜΑΤΩΝ ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΤΟΥ ΕΝ ΘΑΥΜΑΣΙ ΠΕΡΙΩΝΥΜΟΥ

ΝΙΚΟΛΑΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΥΡΩΝ ΤΗΣ ΛΥΚΙΩΝ ΕΠΑΡΧΙΑΣ.

—

VITA ET CONVERSATIO

ET SINGULARIS MIRACULORUM NARRATIO MIRACULIS CLARISSIMI

NICOLAI

ARCHIEPISCOPI MYRÆ IN EPARCHIA LYCIORUM.

(Latine ap. Surium ad diem 6 Dec. ; Græce ex cod. ms. Coislin. n. 147.)

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ. — Σοφόν τι χρῆμα ζωγράφων χεὶρ, καὶ δεινὴ μὲν μιμήσασθαι τὴν ἀλήθειαν, δεινὴ δὲ τῶν πραγμάτων ἐναργῆ προθεῖναι τὰ σύμβολα, σοφώτερον δὲ ἄρα λόγος, καὶ πολλῷ γραφικῆς ἐναργέστερον δεῖξαί τε ὃ βούλεται, καὶ ὀφθαλμοῖς τὸ πρᾶγμα παραβαλεῖν καὶ τοσούτῳ μαλλον, ὅσῳ καὶ τλέον ὠφελεῖν οἶδε καὶ ζήλου τι κέντρον ἐνιέναι, καὶ διανιστᾶν πρὸς τὴν μίμησιν. Αὐτίκα γοῦν ὁ τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων βίος, τῷ λόγῳ διατυπούμενος, πολλοὺς ἂν ἐφελκύσηται καὶ διαθερμάνῃ πρὸς ἀρετὴν, καὶ ὅλῳ αὐτοὺς πρὸς τὸν ὅμοιον ὑποβάλῃ ζῆλον, ὥσπερ δὴ καὶ ὁ τοῦ θείου Πατρὸς Νικολάου, καὶ τούτου γε μᾶλλον εἴπερ τινὸς, ὅσῳ καὶ ἀκοὴν πλέον ἡδύνει καὶ ψυχὴν εὐφραίνει, καὶ πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐργασίαν διανιστᾷ. Τὰ ἐκείνου τοίνυν καὶ διηγητέον ἡμῖν, καὶ τῷ λόγῳ περιληπτέον εἰς δύναμιν, καίτοι πάλαι μὲν ἔκδηλα τοῖς πολλοῖς ὄντα, καὶ οὐδὲ μιᾶς οὐδ' ὅλως ἱστορίας δεόμενα, πλὴν ἀλλ' ὅσον ἀναλαβεῖν αὐτὰ καὶ εἰς μνήμην ἀνενεγκεῖν σήμερον, καὶ τὰς τῶν φιλαρέτων ὑμῶν εὐφρᾶναι ψυχάς. « Ἐγκωμιαζομένου γὰρ, » φησὶ, « δικαίου εὐφρανθήσονται λαοί. »

PRÆFATIO. — Scita quædam res est manus pictoris, et quæ pulchre quidem scit imitari veritatem, et rerum signa ostendere evidentia, sed res est magis scita oratio, et pictura longe efficacior, ad id quod vult ostendendum, et rem oculis subjiciendam : quæ et magis scit incitare ad imitationem, et aliquem stimulum imitationis in animas immittere et ad paria excitare. Jam enim vita eorum qui ex Deo vitam egere, expressa oratione, multos ad virtutem attraxerit et advocaverit, et ad similem zelum omnino accenderit. Quomodo etiam vita divini Patris Nicolai et ejus potius quam alicujus alterius, quæ et aures delectat et animam afficit lætitia, et excitat animum ad honestarum rerum operationem. Sunt ergo res ejus narrandæ, et oratione comprehendendæ pro viribus, etiamsi sint jam olim quidem multis cognitæ, quæ nulla indigent historia, nisi ad eas repetendas et in memoriam revocandas, et ad vestrum virtutis amentium lætificandos animos.

Α'. Τῷ μεγάλῳ τοιγαροῦν τοῦτῳ καὶ θαυμασίῳ Πατρὶ Πάταρα μὲν ἡ πατρὶς, πόλις Λυκίας καὶ τῶν ἐκεῖσε πρώτερον. Πατέρες δὲ τὰ μὲν εἰς γένος τῶν εὖ γεγονότων, οὐσίαν δὲ αὐτάρκη, καὶ ὅση μὴ περιττὴ, κεκτημένοι, ἄγευστοι κοσμικῆς δόξης καὶ ἐπίσης περιφανείας, καὶ τῷ παιδὶ καλὸς τύπος τοῦ μέλλοντος προσκείμενοι, περὶ μόνον σχολάζειν τὸ ἐγαθὸν, καὶ τοῦτο ἐκ παντὸς τρόπου μεταδιώκειν βουλόμενοι. Οὗτοι παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων τῆς εὐσεβείας πεφυτευμένοι, ὁμοῦ τε καρπὸν ἐν καιρῷ ἀποδοῦσι τὸν ὡραιότατον, ὁ θεῖος οὗτος Νικό-

I. Huic ergo magno et admirando Patri patria quidem erat Patara, Lyciæ civitas, prius insignis. Parentes autem honesto quidem loco nati : eas vero possidentes facultates quæ sufficiebant et non erant superfluæ : qui quidem mundanam gloriam et pompam ne gustavere quidem, et filio futuri erant pulchrum exemplar ad hoc, ut ei gratum esset nil possidere ; ei soli quod bonum est vacantes, et id modis omnibus persequentes. Hi plantati secus decursus aquarum pietatis [1], simul atque dant in tempore fructum di-

[1] Psal. I, 3.

vinum Nicolaum, mater cessat parere, sterilis ab illo tempore manens et nullos producens liberos, quodammodo profitente natura non posse eam alium proferre. Sed cum eum primum simul et ultimum generosum ramum mater in lucem edidisset multiplicem spiritu cum conjuge fructum dedere virtutum cumulum, hac vere pulchra lacupletati sobole, Nicolao, inquam, admirabili. Ex his natus præbuit indicium suæ cum Baptista conjunctionis, ejus quæ ipsum peperit sterilitatem : quod ille quidem in lucem enitus solvit matris uterum : hic autem contra claudit. Cum autem oporteret eum lactari ut infantem et maternis admoveri uberibus, hic quoque Deus significat qualis esset futurus Nicolaus, cum venisset ad ætatem quæ saperet. Nam tota quidem hebdomada mamilla utebatur ut infans, cum venisset autem quartus dies et Parasceve, semel in utroque eorum lac sumebat : idque vespertino tempore, sub perfecta regula educatus etiam ante pueritiam, et familiarem sibi esse abstinentiam ostendens ab initio.

Α λαος ἦν, καὶ ὁμοῦ πεδεῖται τὰς ὠδῖνας ἡ μήτηρ ; ἄγονος ἐξ ἐκείνου μείνασα, οἱονεὶ τῆς φύσεως ἀπαγορευούσης τὸ μὴ τοιοῦτον ἄλλον προενεγκεῖν δύνασθαι. Ἀλλὰ τοῦτον δὴ πρῶτον ἅμα καὶ τελευταῖον ἡ μήτηρ τὸν εὐγενῆ κλάδον εἰς φῶς ἐνεγκοῦσα, πολύχουν ὅμως σὺν τῷ συζύγῳ τῷ πνεύματι δέδωκε τὸν καρπὸν, τὸν τῶν ἀρετῶν σωρὸν, τὴν τῶν ἀγαθῶν θάλασσαν, τὸν θαυμαστὸν ἐν πᾶσι δηλαδὴ Νικόλαον. Ἐκ τοιούτων αὐτὸς γεννηθεὶς, ὡς ἐοικέναι τῷ σπέρματι τὸν καρπὸν, δεῖγμα τῆς πρὸς τὸν βαπτιστὴν οἰκειότητος τὴν τῆς γεννησαμένης παρέχει στείρωσιν. Καὶ γὰρ ὁ μὲν μητέρος ὠδῖνας διαλύει τεχθείς· οὗτος δὲ κλείει ταύτας, ὥσπερ ὁ λόγος ὕστερον. Ἐπειδὴ δὲ καὶ θηλάξειν αὐτὸν κατὰ βρέφος ἐχρῆν, καὶ τῷ μητρῴῳ παρακεῖσθαι μαζῷ, ἐπισημαίνεται κἀνταῦθα Θεὸς ὁποῖος ἔσται Νικόλαος τὴν φρονοῦσαν ἡλικίαν ἀπολαμβάνων. Ὅλης μὲν γὰρ ἑβδομάδος ὅσα καὶ βρέφος τῇ θηλῇ ἐχρῆτο· ἐπειδὴ δὲ ἡ τετρὰς τῶν ἡμερῶν, ὡς δὲ καὶ ἡ Παρασκευὴ παρῆν, ἅπαξ ἐν ἑκατέρᾳ τούτων μετεῖχε γάλακτος, καὶ ταῦτα κατὰ τὸν τῆς ἑσπέρας καιρὸν, ὑπὸ κανόνι τελείῳ καὶ πρὸ τῆς παιδικῆς τιθηνούμενος ἡλικίας, καὶ τὸ πρὸς ἐγκράτειαν οἰκείως ἔχειν ὑποφαίνων ἐκ προοιμίων.

II. Cum sic ergo educaretur, et bonos mores partim quidem ex illis ipsis parentibus exprimeret partim autem ipse ex se produceret et coleret, tanquam bona aliqua et generosa terra, et jam ad idoneam pervenisset ætatem, traditus fuit grammatico. Is vero cum optimo et acutissimo ingenio plurimas disciplinas brevi tempore percepisset, civile quidem et forense genus doctrinæ respuit. Insolentes autem sodalitates declinans et consuetudines et collocutiones cum mulieribus, et vel oculos in eas injicere sibi interdicens, curam gerebat vitæ temperantiæ : et jubens valere externas conversationes, divinis omnino vacabat ædibus, et malens in eis abjectus esse ex divini Davidis sententia [2]. Postquam autem in divinarum Scripturarum et de Deo dogmatum cognitione satis elaborasset, et ornatus esse gratiis innumerabilibus, accuratamque et exactam vitæ formam quæ decet sacerdotes vere observaret, quin etiam vel ante canos essent ejus mores constentes et seniles, rogabant ipsum ut fieret presbyter. Hortatu ergo ejus patrui, ab antistite qui tunc erat Myrensium, ordinatur presbyter : et Deo qui ipsum dederat, redditur, ut qui parentibus revera fuisset donum precationis. Hic autem Myrensium pontifex donum divini Spiritus consecutus, videns juvenis animam florentem virtutibus, prædixit gratiam quæ in eo erat abundatura, sic dicens : Eorum quidem qui tristitia afficiuntur, erit benignum solatium ; pulchre autem pascet animas, et eos qui erraverint revocabit ad pascua pietatis : et apparebit servator iis qui fuerint

Β′. Οὕτω τοιγαροῦν ἀναγόμενος, καὶ τὰ χρηστὰ τῶν ἠθῶν τὰ μὲν αὐτῶν ἐκείνων ἀποματττόμενος τῶν πατέρων, τὰ δὲ φύων καὶ γεωργῶν αὐτὸς οἴκοθεν, ὥσπερ τις ἀγαθὴ γῆ καὶ γενναία, ἡλικίας τε ἤδη ἥπτετο καὶ γραμματιστῇ παρεδίδοτο. Ὁ δὲ μεγέθει τε φύσεως καὶ διανοίας ὀξύτητι μικρὸν ἦν ἀκωλύτως δι' ἀέρος θέον, πλεῖστα τῶν παιδευμάτων ἐν βραχεῖ καρπωσάμενος. Τὸ μὲν οὖν δημοτικὸν τοῦτο καὶ ἀγοραῖον διέπτυσεν, ἑταιρίας δὲ ἀκόσμους φημὶ, καὶ ὁμιλίας ἀμαθεῖς ἐκκλίνας, καὶ τὸ γυναιξὶ δὲ συλλαλεῖν, ἢ καὶ διδόναι ὀφθαλμὸν ὅλως ἀπαγορεύσας, τῆς ἀληθοῦς ἐπεμέλετο σωφροσύνης, εἶτα καὶ ταῖς ἔξω διατριβαῖς ἅπαξ χαίρειν εἰπὼν, τοῖς θείοις ἐσχόλαζεν οἴκοις, οἰκὸν αὐτὸς ἑαυτὸν ἔχων τῷ Δεσπότῃ κατασκεάζων. Ἐπειδὴ δὲ πρός τε τὴν τῶν θείων Γραφῶν γνῶσιν καὶ τῶν περὶ Θεοῦ δογμάτων ἀκρούντως διαπεπόνητο, μυρίαις τε χάρισιν ἐκοσμεῖτο, καὶ τὴν προσήκουσαν ἱερεῦσιν ἀκρίβειαν ἀτεχνῶς ἔσωζεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἦθος αὐτῷ ὂν νεάζοντι στάσιμόν τε καὶ πρεσβυτικὸν ἦν, πρεσβύτερον αὐτὸν ἠξίουν ψηφίζεσθαι. Ὥσπερ γάρ τὸ γῆρας σῶζον τὴν προσήκομσαν σωφροσύνην ἔστιν ὅτε καὶ διαβάλλομεν, οὕτω δὴ καὶ νεότητα κρείττω γενομένην τῶν οἰκείων ὁρμῶν, καὶ γήρως εὐκοσμίαν συντηρεῖν δυναμένην ἀγαμεθά τε προσηκόντως καὶ πολλῶν ἐπαίνων ἀξίαν κρίνομεν. Γνώμη τοίνυν τῆς πρὸς πατρὸς αὐτοῦ θείου ὑπὸ τοῦ τηνικαῦτα τῶν Μυρέων προέδρου χειροτονεῖται πρεσβύτερος, καὶ τῷ δεδωκότι Θεῷ ἀντιδίδοται, ὁ δῶρον ὄντως εὐχῆς τοῖς γεγεννηκόσιν αὐτὸν γενόμενος. Ὁ μέντοι ἀρχιερεὺς τῆς Μυρέων οὗτος θείου Πνεύματος εὐμοιρεῖν ἠξιωμένος, τὴν τοῦ νέου ψυχὴν ἀρεταῖς κατακοσμούμενον καθορῶν, οὐδὲν ἐπιδοιάσας καὶ περὶ τῆς μελλούσης

[2] Psal. LXXXIII, 11.

αὐτῷ πλεονάσαι χάριτος, προηγόρευσεν οὕτως εἰπὼν, ὡς ἔσται μὲν εὐμενὲς λυπουμένων παραμύθιον, ποιμανεῖ δὲ καλῶς ψυχὰς, καὶ πεπλανημένους μὲν πρὸς νομὰς τῆς εὐσεβείας ἀνακαλέσεται, σωτὴρ δὲ χρόνῳ ὕστερον διέβη, τὰ ἑξῆς τοῦ λόγου δηλώσει.

Γ'. Πῶς δ' ἂν εἰς γνῶσιν ἔλθοι καλῶς ὁπόση μετὰ τὴν χειροτονίαν αὐτῷ πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν ἐργασίαν ἐπίδοσις ἦν; ἀγρυπνίαις τε καὶ νηστείαις καὶ πρόσευχαῖς οἵαις ἑαυτὸν ἐδεδώκει; ὥστε καθαρὰν καὶ ἄχραντον διασώσασθαι τὴν ἱερωσύνην, ἐξ ἐξ ὧν τὴν τῶν ἀσωμάτων διαγωγὴν ἐν σώματι θνητῷ κατορθώσειν ἐφιλονείκει, καὶ παρὰ τοῦτο καὶ τὰ μεγάλα περὶ αὐτοῦ οἴεσθαι τοῖς πολλοῖς ἐδίδου. Ὡς δὲ καὶ ὡς πρὸς μνήμην ἐλθὼν ἤδη θεῖος αὐτοῦ, Νικόλαος δὲ καὶ αὐτῷ ἡ κλῆσις, εἰς τοῦτο ἀρετῆς ἥκοντα τὸν νέον ἑώρα, τήν τε τοῦ θείου ναοῦ προστασίαν, ὃν πρότερον ἐπ' ὀνόματι τῆς ἁγίας Σιὼν ἐκεῖνος ἐδείματό τε καὶ εἰς μοναστήριον συνεστήσατο, αὐτῷ ἐγχειρίζει, καὶ συνεργοὺς τῷ νέῳ τοῦ ἐγχειρήματος, ὅσους καὶ τῆς ἀρετῆς ᾔδει ποιεῖται, ὥστε καὶ συνδιαφέρειν αὐτῷ τὰς ἐκκλησιαστικὰς φροντίδας, καὶ τῶν ἱερῶν ἐπιμελέστατα προνοεῖν. Καὶ μὴν δή ποτε καὶ τοῦ θαυμαστοῦ τούτου Νικολάου εἰς Παλαιστίνην ἀπάραντος, ἐφ' ᾧ τοὺς ἁγίους ἱστορῆσαι τόπους, ὥσπερ ὁ λόγος μετὰ ταῦτα δηλώσει, οὗτοι τὸν ἐκείνου τόπον ἐπλήρουν, καὶ τὰ τοῦ ναοῦ καὶ τὰ τῆς οἰκονομίας οὕτως ἐνήργουν, ὥσπερ ἂν εἰ ἐτύγχανε ἐκεῖνος παρών. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

Δ'. Ἄρτι δὲ τῶν πατέρων αὐτοῦ τὸν βίον ἀπογιπόντων, κληρονόμος τῆς οὐσίας οὗτος τῆς ἐκείνων καταλειφθεὶς, καὶ ὅσα εἰκὸς υἱὸν φιλοπάτορα ἐπὶ πατέρων ἀποδημίᾳ φιλοτέκνων ἐπιδεῖξαι διατελέσας, οὐ πρὸς τὸν κλῆρον ἀπεῖδεν εὐθὺς, ὥσπερ ἄν τις ἄλλη πρὸς φιλοχρηματίαν ὁρῶσα ψυχὴ, οὐδ' ὅπως ἂν αὐξηθείη ὁ πλοῦτος αὐτῷ καὶ διαμείνοι ῥέων ἀεὶ, φροντίδα γοῦν τινα καὶ σμικρὴν ἔθετο. Πάλαι γὰρ κοσμικὰς ἀπαγορεύσας ἐπιθυμίας ἔσπευδεν ἀδελφὰ δεῖξαι τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ τὰ τοῦ βίου προοίμια σύμφωνόν τε τῇ ἀρχῇ καὶ τὸ ἑξῆς ἅπαν ἐπιθεῖναι. Ἤκουε δὲ καὶ τοῦ θείου Δαΐδ, « Ηλοῦτος ἐὰν ῥεῃ, » λέγοντος, « μὴ προστίθεσθε καρδία, » καὶ τοῦ σοφοῦ Σολομῶντος, « Ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε, καὶ μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ, » καὶ διὰ τοῦτο τὰς ἑαυτοῦ χεῖρας οὐ πρὸς χρημάτων παρεῖχε συναγωγῆς· ἀλλ' αὐτὸς μᾶλλον χεὶρ ἦν ἄνετος παντὶ δεομένῳ, κοινὴ πανδαισία καὶ ποταμὸς πολλῷ ῥέων καὶ ἡσύχῳ τῷ ῥεύματι, ἐκεῖνο διὰ τῆς εὐποιίας τὸ δαψιλὲς, τοῦτο διὰ τὸ λανθάνον τῆς ῥεταδόσεως. Ἀλλὰ γὰρ ἄξιον ἤδη καὶ τῶν κατὰ γένος ἐπιμνησθῆναι, ἵν, ὁ πλοῦτος αὐτοῦ τῆς χρηστότητος ἀκριβέστερον γνωρισθῇ.

Ε'. Ἀνήρ τις ἄδοξος ἐξ ἐνδόξου καὶ πένης ἐκ πλουσίων γενόμενος, οἷα δὴ τὸ τοῦ βίου περιπετὲς καὶ ἀνώμαλον σχεδιάζειν οἶδεν, ἐπειδὴ τοῖς ὅλοις ἐπιπερῶν ἦν, καὶ αὐτῶν ἤδη τῶν ἀναγκαίων ἐπι-

in periculis. Quæ quoque tempore postea ad effectum deducta sint, declarabunt ea quæ deinceps consequuntur.

τοῖς ἐν κινδύνοις πᾶσιν ἀναφανεῖται· ἅπερ εἰ τῷ

III. Quid oportet autem dicere quanta post ejus ordinationem ad virtutum exercitationem ei accessio facta sit? vigiliisque, jejuniis et precibus quomodo se dederit? Quibus ex rebus factum est ut vitam incorporeorum in mortali corpore agere contenderet, et ideo de eo quædam magna daret conjicienda. Postquam vero ejus patruus cujus prius meminimus, nominabatur autem ipse quoque Nicolaus, vidit adolescentem, eo processisse virtutis, et tanta dignatum esse gratia, ei mandat divini templi curam, quod ille prius ædificaverat in nomine sanctæ Sion, et construxerat monasterium. Et ad juveni hæc in re opem ferendam, adhibet quoscunque sciebat esse virtutis ejus socios; ut simul cum eo ferrent curas ecclesiasticas, et diligentissime rebus sacris providerent. Atque cum aliquando quidem profectus esset Hierosolyma admirandus Nicolaus, ut vivificum Christi sepulcrum et salutare lignum crucis in ea adoraret, impleverunt isti locum illius, et ea quæ ad templum ejusque dispensationem pertinebant ita administrarunt ac si ille adfuisset. Sed hæc quidem postea.

IV. Cum autem ejus parentes jam e vita excesserant, facultatum hæres relictus, et ea perpetuo faciens quæ par est filium qui diligit parentes, non statim aspexit ad divitias, neque quemadmodum amplificaretur et ei permanerot hæreditas, vel parvam ullam curam gerebat. Nam cum jam olim omnibus mundanis renuntiasset deliciis, per eam quæ est hæc consecuta vivendi rationem contendebat ostendere veræ vitæ prooemia, et principio consentiens reddere id quod deinceps accesserit. Et ideo omnia sua Deo permittens: Notam fac mihi, Domine, dicebat, viam in qua ambulem, quoniam ad te sustuli animam meam [3]: et doce me facere voluntatem tuam, quoniam tu es Deus meus [4]. Quoniam in te projectus sum ab utero, a ventre matris meæ Deus meus est tu [5]. Audivi autem divinum quoque David sic dicentem: Divitiæ si affluant, nolite cor apponere [6]. A sapiente quoque Salomone: « Eleemosinæ et fides ne te deficiant; » non desistebat benefacere: sed erat manus aperta egentibus, et fluvius fluens multo et quieto fluento, Verum enimvero jam par est meminisse singulorum, ut divitiæ ejus bonitatis cognoscantur accuratius.

V. Vir quidam qui ex claro obscurus, et ex divite fuerat factus pauper, quoniam redactus erat ad summam rerum omnium inopiam, cum ipsa etiam ei defecissent necessaria, proh dolor! quo-

[3] Psal. CXLII, 8. [4] Psal. XXI, 14. [5] Psal. LXI, 11. [6] Eccli. VII, 10.

usque progreditur egestas? statuerat filias suas (erant autem tres forma insignes) mercede ad libidinem prostituere volentibus, et ex earum quæstu se et filias alere. Eas enim matrimonio conjungere non poterat, quia propter nimiam paupertatem omnes eas dedignarentur. Is ergo in his erat, et hanc improbam animo versabat cogitationem, et jam ad miserabile opus aggrediebatur. Sed tu, Domine, qui est natura bonus, et omnis boni causa, et benigne inflecteris nostris necessitatibus, effici ut hoc veniat ad aures Nicolai : et bonum mittis nuntium et promptum opitulatorem ad eum qui jam veniebat in animæ periculum, qui simul et ejus solaretur paupertatem, et liberaret a re quæ erat gravior, paupertate. Vide autem mihi sancti cum prudentia commiserationem, Non enim sustinuit ad eum accedere, et de eo paucis disserere, neque ei ostendere manum quæ illi benefecisset, quæ solent facere qui sunt ad misericordiam pusillo et abjecto animo ; sciebat enim hæc esse gravia iis qui ab opibus et gloria deciderunt ad inopiam, ut quæ eos pudore afficiant, et priorem felicitatem revocent in memoriam : sed perinde ac evangelicum præceptum contendens superare, quo jubetur ne id quod fit dexteræ fidei credatur[7] : ne ipsum quidem qui afficiebatur beneficio voluit adhibere testem ejus quod fiebat : tantum aberat ut gloriam quæreret ab hominibus. Nam ipse etiam boni quid faciens, magis studebat latere, quam ii qui mala faciunt. Certe cum auri permultum simul collegasset, intempesta nocte venit ad ejus viri ædes, et cum id per quamdam injecisset fenestram, domum statim revertitur, veluti erubescens videri dare.

λιπόντων αὐτὸν, φεῦ! μέχρι καὶ τίνων ἡ ἔνδεια βιάζεται προχωρεῖν! γνώμην ἔσχε τὰς θυγατέρας (τρεῖς δὲ ἦσαν αὐτῷ πάγκαλοι καὶ διαφερόντως ἀγαθαὶ τὴν ὄψιν) μισθοῦ πρὸς ἀκολασίαν ἐκδοῦναι τοῖς βουλομένοις, καὶ τὸ ἐντεῦθεν αὐταῖς πορίζόμενον ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν παίδων ποιεῖσθαι τροφήν, ὥσπερ ἐκ βορβόρου φασὶ βορβορολογεῖν βουλόμενος, καὶ πόρον ἑαυτῷ πορίζειν, ποίας ἄρα πενίας οὐ χαλεπώτερον ; Τὸ γὰρ ἀνδράσιν αὐτὰς νομίμῳ συναρμόσαι γάμῳ ἠβούλετο μὲν, οὐκ ἠδύνατο δὲ διὰ τὸ πολὺ τῆς πενίας ὑπὸ πάντων εὐθὺς ἀτιμαζομένας, τοῦ σωμάτων ἔρωτος ἐνταῦθα πρὸς χρημάτων ἔρωτα τῶν δευτερείων ἀξιουμένου. Ὁ μὲν οὖν ἐν τούτοις ἦν, καὶ τὴν πονηρὰν ταύτην ὠδίνων ἔννοιαν· ἀλλὰ καὶ πρὸς ἔργον ἤδη ἐχώρει. Οὐδὲν γὰρ ἀνάγκης φησὶν ἰσχυρότερον. Τί δὲ σὺ, ὁ φιλάνθρωπος, ὁ ἀγαθὸς ἐν πᾶσι Θεὸς, ὁ τοὺς ἡμῶν ἀνάγκαις φιλανθρώπως ἐπικαμπτόμενος, τίνα μηχανὴν εὑρίσκεις, καὶ τίνα δὴ θεραπείαν τοῦ ἁμάχου τούτου κακοῦ ; Εἰς ὥτα πεσεῖν τὸ γινόμενον τῷ θεράποντί σου παρασκευάζεις, καὶ ἄγγελον αὐτὸν ἀγαθὸν ἀνδρὶ καὶ κατὰ σῶμα πιεζομένῳ καὶ περὶ ψυχὴν κινδυνεύοντι θαυμαστῶς ἐπιπέμπεις, ὁμοῦ τε τὴν πενίαν παραμυθούμενον, καὶ τῆς πρὸς ἀπώλειαν αὐτὸν φερούσης ἀπάγοντα. Πλὴν ὅρα μοι καὶ τοῦτο τῆς μεγάλης τοῦ ἁγίου ψυχῆς, πῶς συνάπτει φρονήσει τὸ συμποθές. Οὐ γὰρ ὑπέμεινε τῷ ἀνδρὶ προσελθεῖν, οὐδὲ περὶ τούτου καὶ βραχύ τι διαλεχθῆναι, οὐδὲ τὴν εὐεργέτιδα αὐτῷ καὶ μόνον παραδεῖξαι χεῖρα, ἃ σύνηθες μικροῦ πᾶσι ποιεῖν τοῖς μικροψύχοις τὸν ἔλεον. Ἤδει γὰρ ὅτι φορτικὰ ταῦτα τοῖς ἐκ πλούτου καὶ δόξης εἰς τὸ ἀπορεῖν κατενηνεγμένοις, ἐντρέμποντά τε τὰς ἐκείνων ψυχὰς, καὶ εἰς μνήμην αὖθις ἐμβάλλοντα τῆς προτέρας εὐημερίας. Ἀλλ' ὥσπερ ὑπερβαλέσθαι φιλονεικῶν καὶ τὴν εὐαγγελικὴν ἐκεῖνος παραγγελίαν, τὸ μὴ πιστευθῆναι τὴν ἀριστερὰν τὸ μυστήριον, οὐδὲ αὐτὸν ἠβουλήθη τὸν εὖ πάσχοντα μάρτυρα τοῦ πραττομένου παραλαβεῖν· οὕτω μακρὰν ἀπεῖχε τοῦ ἥττων εἶναι φιλοδοξίας· ἐπεὶ καὶ μᾶλλον αὐτὸς ἀγαθόν τι ποιῶν ἢ ἕτεροι πονηρὰ ὀρῶντες τὸ λαθεῖν ἔσπευδεν. Ἀμέλει καὶ ἀδρὸν ἀπόδεσμον εἰληφὼς χρυσίου, ἀωρὶ τῶν νυκτῶν ἔξεισι, καὶ πρὸς τὴν οἰκίαν τοῦ ἀνδρὸς ἐπιστὰς, τὸ μὲν χρυσίον ἔκ τινος τῶν θυρίδων εἴσω καθίησιν, αὐτὸς δὲ ἢ ποδῶν εἶχεν εὐθὺς ἐπάνεισιν, ὥσπερ αἰσχυνόμενος ὀφθῆναι μεταδιδούς.

VI. Mane ergo cum vir ille surrexisset et aurum invenisset, et deinde vinculum solvisset, fuit obstupefactus, et se falsum esse putabat, timens ne non esset aurum id quod cernebatur. Undenam enim tale quid fuisset suspicatus, noluisse benefactorem eum habere conscium beneficii cui benefecerat? Quocirca summis id atterens digitis et curiosius intuens, ubi cognovit id vere esse aurum, lætabatur, mirabatur, dubius erat animi, præ gaudio calidas effundebat lacrymas. Postquam autem multa apud se versans neminem habebat eorum quos cognoscebat cui ascriberet id quod factum fuerat, hoc Deo acceptum ferebat, et lacrymis non cessabat ei gratias agere, sui quoque in Deum peccati culpam contendebat solvere ante alia; et unam ex suis filiabus nempe primam, viro conjungit matrimo-

ς'. Ἑωθεν οὖν ὁ ἀνὴρ ἀναστὰς, καὶ τὸ χρυσίον εὐθὺς ἐφευρὼν, ἔπειτα τὸν δεσμὸν λύσας, ἔκπληκτος ἦν, καὶ ἑαυτὸν μᾶλλον ἐξηπατῆσθαι ᾤετο, δεδιὼς μὴ οὐχὶ χρυσὸς ᾖ τὸ ὁρώμενον, ἀλλ' ἀπάτη. Πόθεν γὰρ ἂν καὶ ὑπειλήφει τοιοῦτον, τὸ μὴ θελῆσαι τὸν εὐηργετηκότα μηδὲ συνίστορα τὸν εὖ παθόντα τῆς εὐεργεσίας παραλαβεῖν ; Ὅθεν ἄκροις ἐπιτρίβων αὐτὸ δακτύλοις, καὶ περιεργότερον ἐπαφώμενος, ἐπεὶ ἔγνω χρυσὸν ἀληθῶς εἶναι, ἥδετο, ἐθαύμαζε, ἠπορεῖτο, θερμὸν ὑφ' ἡδονῆς ἀπέσταζε δάκρυον, εἰ τι εἶχεν ὅ τι καὶ γένοιτο. Ὡς δὲ πολλὰ στρεφῶν κατ' ἑαυτὸν, οὐδένα εἶχε τῶν γινωσκομένων ᾧ ἐπιγράψῃ τὸ γεγονὸς, ἐπὶ Θεὸν ἀνέφερε τοῦτο, καὶ δάκρυσιν εὐχαριστῶν οὐκ ἀνίει. Διὸ καὶ τοῦ πρὸς Θεὸν ἁμαρτήματος τὴν αἰτίαν ἐπείγετο πρὸ τῶν ἄλλων λύειν, καὶ μίαν τῶν θυγατέρων, ἡ πρώτη δὲ

7 Matth. VI, 3.

αὐτη, πρὸς γάμον ἀνδρὶ συνάπτει, του αὐτομάτως ὥσπερ ῥυέντος χρυσοῦ ἢ θεοπέμπτου, μᾶλλον εἰπεῖν, ἱκανῶς εἰς προτκα καταβληθέντος. Ὅπερ ἐπεὶ πρὸς γνῶσιν ἦλθε τῷ θαυμασίῳ, καὶ ἔγνω κατὰ τὴν γνώμην αὐτῷ πράξαντα τὸν ἄνδρα, τοῦτο γὰρ καὶ αὐτὸς ἔσπευδε, τὸ λῦσαι διὰ τοῦ γάμου τὴν τοῦ κακοῦ πρόφασιν, εὐτρεπὴς ἦν τὰ ὅμοια καὶ πρὸς τὴν ἑτέραν δρᾶσαι. Καὶ δὴ καὶ ἄλλον ἀπόδεσμον χρυσοῦ, ἰσοτάλαντον τῷ προτέρῳ, νυκτὸς ἐπιστὰς, καὶ οὐδενὶ αἴσθησιν δοὺς, αὐτῷ ἐπιπέμπει. Ὀρθρου δὲ ἀνεστὰς ὁ ἀνὴρ καὶ τὸ χρυσίον ἐπίσης εὑρηκὼς κείμενον, καὶ ἰδὼν ὅπως ὁ Θεὸς ἀπόνως αὐτῷ ὕει τὸν πλοῦτον, βίον τε δίδωσιν, ὥσπερ ὁ λόγος, ἀληλεμένον, τῇ ὁμοίᾳ εἴχετο καὶ αὖθις ἐκπλήξει. Ταύτῃ τοι καὶ εἰς γῆν πεσὼν, καὶ τῷ ἐδάφει τὸ πρόσωπον προσερείσας, θερμοτέροις αὐτῷ τοτς δάκρυσιν ἔβαλλε, Θεὲ, λέγων, ἀγαθὲ, Θεὲ πάντων κηδεμὼν καὶ ἀγαθοῦ παντὸς αἴτιε, οἰκονόμε τῆς ἡμῶν σωτηρίας, ὁ καὶ πρότερον διὰ τὴν ἐμὴν ἐνανθρωπήσας παράβασιν, καὶ νῦν ἅμα παισὶ τῆς ἀναγκαίας πενίτης παγίδος τοῦ ἐχθροῦ ῥυόμενος, αὐτός μοι τὸν τοῦ σοῦ θελήματος ὑπουργὸν, τὸν σὸν μιμητὴν, ἐν ἀνθρώποις ἄγγελον, ὃς οὕτω με ἀναπλάττει πάλιν, οὕτως ἐγκαινίζει μοι τὴν εὐημερίαν, οὕτως ἐλαφρίου λύει βουλεύματος, αὐτός μοι τοῦτον ὅτίς ἐστὶ γνώρισον. Ἰδοὺ γὰρ τῷ ἐλέει τῷ σῷ, καὶ τὴν ἑτέραν τῶν θυγατέρων ἀνδρὶ κατὰ νόμον ἐκδίδωμι, φυγοῦσαν ἤδη τὸ μνηστευθῆναι τῷ διαβόλῳ, καὶ πέρδος ἐμοὶ προσφέρειν, ζημίας ὄντως ψυχικῆς πρόξενον.

nio, pro dote ei soluto auro quod abunde fuerat suppeditatum. Quod quidem postquam venit ad notitiam Nicolai admirabilis, et hominem cognovit fecisse ex ejus animi sententia (hoc enim erat ei studio per nuptias auferre mali occasionem), paratus erat similia quoque facere in secundam filiam: atque adeo tantumdem auri pondus alligatum mittit per eamdem fenestram noctu, omnibus inscientibus. Cum vero vir mane surrexisset, et aurum similiter invenisset, eodem modo rursus fuit obstupefactus, humique prostratus solum calidis irrigabat lacrymis, Deus, dicens, qui vis misericordiam, dispensator nostræ salutis, qui etiam prius propter meam homo factus es inobedientiam, et nunc me cum filiabus liberas a laqueo inimici, ipse mihi eum ostende qui tuæ deservit voluntati, qui inter homines est angelus et imitator tuæ benignitatis ; quis hic est, qui nos eripuit a paupertate quæ nos premebat, et a tetris solvit cogitationibus. Ecce enim tua misericordia secundam filiam trado viro conjungendam matrimonio legitimo, quæ jam vitavit ne sit præda diaboli, et ne mihi quæstum afferat quovis damno, proh dolor graviorem.

Σ'. Ταῦτά τε ἔλεγε, καὶ τῇ παιδὶ παραχρῆμα ἐπέλει τοὺς γάμους, μετέωρον ὥσπερ τὴν ψυχὴν ἔχων, ἐπὶ χρηστῶν τε ἐλπίδων ὀχούμενος, ὡς οὐδ' ἐπὶ τῆς τρίτης ἂν εἰς μακρὸν ἀπορήσοι τοῦ συνοικήσοντος. Τὴν προτκα γὰρ ἤδη καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἔφη, θαῤῥῶν, ὡς εἰκὸς, ἀπὸ τῶν πρωτέρων. Ἔνθεν τοι καὶ προσεκτικὸς ἦν, καὶ τὴν ψυχὴν ἐμπαράσχων, μὴ καὶ λάθῃ φοιτήσας ὁ εὐεργέτης, καὶ παρασχὼν μὲν εὐφράνῃ, λυπήσῃ δὲ τῷ μηδὲ αὐτῷ ὄφελος γενέσθαι, τῷ εὖ πάσχοντι, μηδὲ τοῦτο μόνον ἀντιλαβεῖν θελῆσαι, τὴν ὁμολογίαν τῆς χάριτος. Ὁ μὲν δὴ οὕτω πρὸς τὴν ἐκείνου ἔλευσιν διηγρύπνει· ἵσταται δὲ τὸ τρίτον ὁ εὐεργέτης βαθείας νυκτὸς ἐφόῳ ποδὶ, καὶ παρὰ τῷ συνήθει τόπῳ γενόμενος ἴσον χρυσοῦ καὶ αὖθις ἀπόδεσμον διὰ τῆς αὐτῆς εἰσπέμπει θυρίδος, καὶ παραχρῆμα θέων ἐπανῆει· Αὐτὸς δὲ ὁ τὰς εὐεργεσίας συνήθως δεχόμενος, τοῦ εἰσπεσόντος χρυσοῦ τῶν ψόφων αἰσθόμενος, καὶ τούτῳ παρεῖναι πάλιν τὸν συνήθη πλουτοδότην μὴ ἀγνοήσας, ᾗ τάχους εἶχεν εὐθὺς ἐδίωκε· καὶ καταλαβὼν καὶ γνοὺς ὅστις εἴη, οὐδὲ γὰρ τῶν ἀσήμων οὗτος εἰς ἀρετὴν οὐκ εἶχεν ἐκ περιχαρείας ὅ τι καὶ γένοιτο, ἐγκρατὴς ἤδη τοῦ θηράματος ὤν, καὶ τὸν εὐεργέτην ἐν χερσὶν ἔχων. Λαμβάνεται γοῦν ἰδίας τῶν ἐκείνου ποδῶν, καὶ λυτρωτὴν αὐτὸν καὶ βοηθὸν καὶ σωτῆρα ψυχῶν εἰς ἔσχατον ἀπωλείας ἐρχομένων ἐκάλει. Εἰ μὴ γὰρ τοὺς σοὺς, ἔλεγεν, οἰκτιρμοὺς ὁ μέγας ἐλέει διανέστησε Κύριος, πάλαι ἂν ἀπωλώλειν, πατὴρ ἄθλιος, μετὰ θυγατέρων, οἴμοι ! τριῶν. Ἀλλὰ νῦν σέσωκεν ἡμᾶς διὰ σου, καὶ τοῦ πικροῦ τῆς ἁμαρτίας ἐῤῥύσατο πτώματος,

VII. Hæc dixit, et secundæ filiæ statim celebravit nuptias, erecto jam animo et bona spe ductus fore ut nec in tertia quidem ei sit defuturus qui eam accipiat conjugem. Se enim jam in promptu putabat habere dotem, ex prioribus de ea quoque, ut par erat, concipiens fiduciam. Erat itaque attentus et sollicitus, et totas noctes vigilabat assidue, ne eo insciente accederet egregius ille suppeditator pecuniæ: sed si veniret eum ambabus manibus apprehenderet, et ex eo sciret quisnam esset, et undenam aurum ad eum afflueret. Atque ille quidem sic vigilabat adventum ejus præstolans. Tertio autem pedetentim accedit Dei servus Nicolaus cum esset nox profunda: cum venisset ad locum consuetum, tantumdem auri rursus alligatum immittit per eamdem fenestram. Pater vero puellarum cum sensisset strepitum auri quod ceciderat, et animadvertisset adesse consuetum opum suppeditatorem, quam citissime potuit eum est persecutus: cumque eum comprehendisset, et cognovisset quisnam esset, neque enim is propter virtutem et splendorem generis erat obscurus, procidit ad ejus pedes, et illum redemptorem vocabat, et adjutorem, et servatorem animarum quæ jam ad extremum adducebantur periculum. Nisi enim, dicebat, tuas magnus ille in misericordia Dominus excitasset miserationes, jam olim periissem infelix pater cum tribus, heu mihi, filiabus. Sed nunc nobis per te dedit salutem, et ab acerbo casu peccati liberavit: et erexit mendicos e sterquilinio, et e terra surgere fecit pauperes [8]. Hæc

[8] Psal. CXII, 7.

ille quidem cum lacrymis lætitiæ et calido spiritu fidei ei dicebat, et ad beatos illos pedes adhærescebat. Ille autem postquam cognovit, se jam homini evasisse manifestum, eum facit surgere, et sacramento illius astringit animam ne apud alios proferat quæ facta fuerant toto tempore vitæ suæ, neque publicet misericordiam. Hoc est hujus viri unum, quod est et maximum, et maxime cognitum. Ejus vero quæ quotidie fiebant in egenos distributiones, et panis mendicis suppeditationem quos in fame alebat, et bonis implebat animas esurientes, ad hæc ne mediocriter quidem dicenda suffecerit aliquis.

A ἠγειρέ τε ἀπὸ κοπρίας πτωχοὺς, καὶ ἀπὸ γῆς ἀνέστησε πένητας. Ταῦτα ἐκεῖνος σὺν δάκρυσιν εὐφροσύνης καὶ θερμῷ πίστεως πνεύματι ἐφασκε πρὸς αὐτὸν, καὶ πολὺς ἦν, τοῖς μακαρίοις ἐκείνου ποσὶ προσκείμενος. Ὁ δὲ, ἐπειδὴ ἔγνω φανερὸς ἤδη τῷ ἀνθρώπῳ γενόμενος, διανίστησί τε καὶ ὅρκοις αὐτοῦ τὴν ψυχὴν μεγίστοις καταλαμβάνει, μὴ ἄν πρὸς ἑτέρους παρ' ὅλον αὐτοῦ τὸν βίον ἐξενεγκεῖν τὰ γεγενημένα, μηδὲ δημοσιεῦσαι τὸν ἔλεον. Ἐν μὲν δὴ τοῦ ἀνδρὸς τοῦτο, καὶ οὕτω μέγιστόν τε καὶ γνωριμώτατον· τὰς δὲ καθ' ἕκαστον πρὸς τοὺς ἐν χρείᾳ διανομὰς καὶ τὸ χορτάζειν πτωχοὺς ἐν ἄρτῳ, καὶ διατρέφειν αὐτοὺς ἐν γιμῷ καὶ ψυχὰς πεινώσας ἀγαθῶν ἐμπιπλᾷν. ἀλλὰ ταῦτά γε οὐδὲ μετρίως ἄν τις εἰπεῖν ἐξαρκέσοι.

VIII. Quoniam autem etiam virtutum amabat perfectiorem et majorem apud Deum conjunctionem assequi et familiaritatem, capitur quidem amore silentii, animo vero concipit abscedere utpote quod non posset aliter assequi quod desiderabat. « Vacate enim, inquit, et cognoscite[9]. » Quamobrem statuit se longe removere, et convenienter Prophetæ habitare in solitudine[10]; et cum aliquando ei visum esset venire Palæstinam ut sancta loca videret, in quibus qui pro nobis passus est Dominus in mundo est versatus, cum ascendisset navem quæ tunc venerat ex Ægypto, tendit versus Palæstinam simul quidem quærens eam quam desiderabat solitudinem, et proficiscens ad visenda loca sancta. Sed de his quidem dicere differamus. Paululum autem immoremur in navigatione. Atque navigabat quidem recta in Ægyptum. Cum autem nihil futurorum a nautis prævideretur, is tempestatem maximam et sævos ventorum impetus eis prænuntiat. Dicebat enim se vidisse malignum navem ascendentem, velique et clavi rudentes gladio dissecantem, et totam navem retinentem et circumagentem, et volentem eam cum viris ipsis submergere. Sic inquit, et statim veluti signo dato, vehemens quædam procella spirans e nubibus, pelagus tollit in fluctus maximos, et qui cum eo navigabant, non minus fluctuabant animis, et prope magnum stantes Nicolaum, Deum quidem precabantur, ipsum vero rogabant ut opem ferret in gravissimum adductis periculum, et nullam sperantibus mali solutionem, ex eo quod ipse prædixisset, desperantes eum posse etiam opem ferre. Ille autem eos jussit bono esse animo, et pollicitus est brevi futuram a malo liberationem. Omnia certe quæ eis molesta erant cito sunt ablata: mareque evasit placidum, et in perfectam mutatum est tranquillitatem: et ipsi obliti lamentationum, ad lætitiam animi sunt conversi, Deo et ejus famulo agentes gratias, et dupliciter eum admirantes, et quod prædixisset tristia, et quod removisset.

B Η'. Ἐπειδὴ δὲ καὶ τελεωτέρας ἀρετῆς ἦρα, καὶ μείζονος ἀπολαῦσαι τῆς παρὰ Θεῷ οἰκειώσεως, λαμβάνει μὲν αὐτὸν ἡσυχίας ἔρως, ὠδίνει δὲ τὴν ἀποδημίαν οὕτω θερμῶς, ὡς μὴ ὂν ἄλλως αὐτῷ τοῦ ποθουμένου τεύξεσθαι. « Σχολάσατε γὰρ, » φησί, « καὶ γνῶτε » Διὸ καὶ μακρὰν ποιεῖν ἑαυτὸν ἔγνω, καὶ κατὰ τὸν Προφήτην εἰς ἔρημον αὐλισθῆναι. Ἐρημία μὲν γὰρ μήτηρ ἡσυχίας, ἡσυχία δὲ θείων ἐννοιῶν καὶ θεωρίας, οἰκειότατα Θεῷ συναπτούσης. Καὶ ποτε δόξαν αὐτῷ τὴν Παλαιστίνην ἰδεῖν, ὥστε τοῖς ἁγίοις ἐντυχεῖν τόποις, ἐν οἷς ὁ ὑπὲρ ἡμῶν παθὼν Κύριος τὰς ἐν κόσμῳ διατριβὰς ἐποιεῖτο, πλοίου ἐπιβὰς ἐξ Αἰγύπτου νῦν ἀναχθέντος ἐκεῖσε καταίρει, ὁμοῦ μὲν τὴν φίλην διῳῶν ἐρημίαν, ὁμοῦ δὲ καὶ εἰς θέαν, ὡς ἤδη ἔφημεν, τῶν ἁγίων τόπων φερόμενος. Ἀλλ' ὁ μὲν περὶ τούτου λόγος ἀναμεινάτω· ἡμεῖς δὲ τῷ πλῷ βραχύ τι προσδιατρίψομεν. Ἔπλει μὲν οὖν εὐθὺ τῆς Αἰγύπτου. Τοῖς δὲ ναύταις οὐδὲν τοῦ μέλλοντος προγνωσθὲν, τρικυμίαν οὗτος αὐτοῖς καὶ πνευμάτων ἀγριωτέρων ἐμβολὰς προαγγέλλει. Αὐτὸν γὰρ ἔφη τὸν πονηρὸν ἰδεῖν ἐπιβάντα μὲν τῆς νεὼς, τὰ δὲ τοῦ ἱστοῦ καὶ τὰ τῶν πηδαλίων ἅμα καλώδια μαχαίρᾳ διατεμόντο, ὅλην τε περισχόντα τὴν ναῦν καὶ περιδινήσαντα, καὶ τῷ βυθῷ πειρώμενον αὔτανδρον καθεῖναι. Οὕτως ἔφη, καὶ παραχρῆμα ὥσπερ ἔκ τινος ἀπόπτου συνθήματος σφοδρά τις λαῖλαψ, τῶν νεφῶν διαπνεύσασα, εἰς κλύδωνα μέγιστον τὸ πέλαγος αἴρει, αὐτοί τέ οἱ συμπλέοντες οὐδὲν ἧττον ἐκυμαίνοντο τὰς ψυχὰς, καὶ παρὰ τῷ μεγάλῳ στάντες, ηὔχοντο μὲν τῷ Θεῷ, ἐδέοντο δὲ αὐτοῦ, ἐπαμῦναι πικρῶς κινδυνεύουσι, καὶ μηδεμίαν ἐλπίζουσι τοῦ κακοῦ λύσιν, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ προειπεῖν αὐτὸν καὶ τὸ δύνασθαι βοηθεῖν ἐλπίσαντες. Ὁ δὲ θαῤῥεῖν τε ἐκέλευε καὶ ταχεῖαν αὐτοῖς ἔσεσθαι τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ κακοῦ προεφώνει· διὸ καὶ συνῳδά τοι ῥηθεῖσι τὰ πράγματα ἠκολούθει, καὶ τὰ λυποῦντα πάντα ὀξέως ἐλύετο. Ἥ τε γὰρ θάλασσα ἡμεροῦτο, καὶ εἰς γαλήνην ἀκριβῆ μετεβάλλετο, καὶ αὐτοὶ τῶν θρήνων εὐθὺς ἐκλαθόμενοι, πρὸς εὐθυμίαν ἐτράποντο. Ἐντεῦθεν Θεῷ μὲν καὶ τῷ αὐτοῦ θεράποντι τὴν χάριν διωμολόγουν. Διπλῆ δὲ τοῦτον θαυμάζοντες ἦσαν, τῷ τε προειπεῖν ἅμα τὴν τῶν σκυθρωπῶν ἔφοδον, καὶ τῷ λῦσαι ῥᾳδίως τὰ σκυθρωπά.

C

D

9 Psal. XLV, 11. 10 Psal. LIV, 8.

Θ'. Ἀλλὰ τούτων οὕτως ἐχόντων τῶν ναυτῶν εἷς (πάλιν γὰρ ὁ βάσκανος τὰ χρηστὰ ταῦτα πληγὰς ἑαυτοῦ λογιζόμενος, ἀντιλυπεῖν ἐπειρᾶτο), ἐπὶ τὸ ἀκρότατον τῆς μέσης ἀνελθὼν κεραίας, ἐφ' ᾧ τι τῶν τῆς νεὼς ὅπλων εὖ διατεθεῖναι, ὡς ἤδη κατελθεῖν ἔμελλεν, ὀλισθήσας, ἐπὶ μέσην τὴν ναῦν καταπίπτει, καὶ ἄπνους ἔκειτο, καὶ νεκρὸς ἄντικρυς ἦν. Ὁ δὲ τὴν ταχίστην ἐπικουρεῖν εἰωθὼς προσευχῇ τοῦτον ῥᾷον ἢ τὸν ὑπνοῦντα διανιστᾷ, καὶ ζῶντα πάλιν αὐτόν τοῖς πλωτῆρσιν ἀποκαθιστᾷ. Ἔπειτα ἱστία πάντα πετάσαντες, καὶ δι' αὔρας λεπτῆς καὶ ἡδείας τὸ ἐξῆς τοῦ πλοῦ διανύσαντες, ὡς ἤδη τῇ γῇ προσέσχον πολλὰ τῶν παραδόξων εὐθὺς ἐτελεῖτο, καὶ θυμασίων τις ἀνεκέχυτο θάλασσα. Εἰ γὰρ συνελόντα με δεῖ φάναι, οὐδεὶς ἦν ὁ ὑπὸ τοῦ πάθους ἢ νοσήματος πιεζόμενος, ἢ λύπῃ τινὶ βαρυνόμενος, ὃς ἐπὶ Νικολάῳ προσέλθοι, μὴ εὐθὺς ἴατο, καὶ τὸ λυποῦν ἀπεβάλλετο. Οὕτως οὖν οὐ ῥᾳδίως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀμείνονος τῆς ἰάσεως γινομένης, πόσους μὲν εἶναι τοὺς ἰωμένους, πόσην δὲ πρὸς Θεὸν γίνεσθαι τὴν εὐχαριστίαν, καὶ πόσην ἄρα τῶν δοξολογούντων ἀθροίζεσθαι τὴν πανήγυριν, δίδωσιν ὁ λόγος ἤδη σκοπεῖν. Τὸ γὰρ ἕκαστα τούτων διδύναι γραφῇ παράμοιον εἴ τις καὶ θαλάττης ψάμμον καὶ ἀστέρων πλῆθος ἀριθμεῖν βούλοιτο.

IX. Sed cum hæc ita se haberent, quidam ex nautis cum in summum mediæ antennæ ascendisset, ut navis armamentorum recte aliquid componeret, cum jam illinc esset descensurus, ex alto lapsus cadit in mediam navem : et ille quidem jacebat nihil spirans et videbatur mortuus. Ille vero ad opem ferendam etiam antequam vocaretur paratissimus, oratione eum facilius quam si somno delineretur excitat : et vivum rursus nautis reddidit. Deinde cum vela omnia expandissent, et aura leni et suavi confecissent sequentem deinceps navigationem, cum jam terræ appulissent, multas Dominus per Nicolaum fecit curationes. Nam et cæci statim charam lucem aspiciebant : et alii qui laborabant, liberabantur ab iis quæ habebant malis. Et ut semel dicam, nullus erat qui ab ullo detinebatur morbo aut ægritudine, aut ulla etiam opprimebatur molestia, qui si ad Nicolaum accessisset, non statim curaretur, et levaretur eo quod illi afferebat molestiam. Cum sic ergo non solum facilis, sed etiam gratuita facta sit curatio, qui fuerit curatorum numerus, quam fervidæ gratiarum actiones, qui ardor gloriam divinam celebrantium, difficile non est judicare. Qui enim horum singula litteris mandare præsumpserit, maris arenam, stellarum numerum recensere voluerit.

Γ'. Ἐκεῖθεν ἀπάρας πρὸς τὸν τοῦ Χριστοῦ τάφον, καὶ παρὰ τὸν σεβάσμιον αὖθις Γολγοθᾶν ἔρχεται, οὗ γε καὶ ὁ σωτήριος ὑπὲρ ἡμῶν ἐπάγη σταυρός. Ἔνθεν καὶ τῷ τοῦ θείου σταυροῦ ξύλῳ νυκτὸς πρόσειστι, καὶ προσιόντι αὐτόματοι αἱ τοῦ ἱεροῦ διανοίγονται πύλαι, θερμὴν δὲ τὴν προσεῦχὴν καὶ συχνὴν ἐκεῖσε προσενεγκὼν τὴν προσκύνησιν, ἀφθονωτέραν κατεῖδε τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος τὴν ἐνέργειαν. Ἐπὶ δὲ ἱκανῶς εἶχε τῆς ἐν Παλαιστίνῃ διατριβῆς, ἀπαντᾷ πρὸς τὴν ἐνεγκοῦσαν αὖθις χρῆται τῇ ἐπανόδῳ, ὄψεως αὐτῷ θείας τοῦτο ἐντειλαμένης, ὡστε μὴ ἐπὶ πλέον στέρεσθαι τῆς γλυκείας ἐκείνου φωνῆς τὰ αὐτοῦ πρόβατα. Ἐνταῦθα καὶ τοῦ πλοίου ἐπιβάντι τῷ θαυμασίῳ ἥ τε τῶν πλωτήρων ἐλέγχεται κακουργία, καὶ ἡ τοῦ θείου Πνεύματος ἐν αὐτῷ θαυματουργεῖται δύναμις. Ὁ μὲν γὰρ πρὸς τὴν πατρίδα πλεῖν ἔμελλε, καὶ τοῦτο πρότερον τοῖς ἐν καλοῖς ναύταις συνθέμενος, οὕτω δὴ τῆς νεὼς ἐπέβη· οἱ δ' ἐπειδὴ ἀνείλοντο τὰς ἀγκύρας, οἴκου ἐμέμνηντο. Τοῦ λιμένος οὖν ἐξορμήσαντες, καὶ τὴν δίνην ἅμα διαπετάσαντες, τοῦ πνεύματος αὐτοῖς ἐπιφόρου πνέοντος, πρὸς τὴν οἰκείαν ἀπέπλεον. Ἔμελλε δὲ οὐδαμῶς ἡ δίκη, ἀλλὰ παρὰ πόδας αὐτοῖς ἕπηε, τὴν κακουργίαν κολάζουσα, καὶ βιαίων ἡ καταιγὶς εὐθὺς ἀντιπνεύσασα, τοὺς οἴακας τε διέστρεψε, καὶ τὰ πηδάλια παρήνεγκε, καὶ αὐτοῖς οὐκ ἐν βραχεῖ κίνδυνον ἠπείλει, τὸν δὲ τοῖς τῆς πατρίδος ἀπεδίδου λιμέσι. Τί οὖν ἡ συμπαθὴς ἐκείνη καὶ μεγαλόφρων ψυχή ; Οὐδὲ πικρίας οὐδὲ μέτρου τινὸς στυφνοῦ ἐδεήθη πρὸς αὐτούς· ἀλλ' ὅμου τε μεταμελομένους εἶδε, καὶ αὐτὸς τῆς οἰκείας ἠττήθη χρηστότητος, καὶ πάλιν αὐτοὺς δι'

X. Cum illinc autem profectus esset, ad Christi sepulcrum rursus etiam venit ad venerandum Golgotha, ubi etiam pro nobis fixa est crux salutaris. Deinde etiam noctu accedit divinum signum crucis. Et ei quidem sua sponte aperiuntur sacrosancti loci portæ. Cum ferventes autem preces et multam obtulisset illic adorationem, consequitur etiam majorem boni spiritus operationem. Postquam vero satis versatus fuit in Palæstina, rursus per mare revertitur in patriam, cum hoc divina ei jussisset visio, ne suavi illius voce ejus oves amplius privarentur. Hic cum navem ascendisset ille admirabilis, et nautarum arguitur improbitas et divini spiritus virtus in eo habetur in admiratione. Nam ille quidem erat navigaturus in patriam ; et cum hoc prius pactus esset cum bonis illis nautis, ita navem ascendit. Illi vero postquam sustulissent anchoras domum versus tendebant. Cum e portu ergo egressi essent, et velum extendissent, secundo velo utentes, navigabant in patriam suam nequaquam autem hoc contemptui habuit justitia : sed e vestigio eos est persecuta, et violenta quædam repente exorta tempestas, clavum avulsit, et detraxit gubernacula, et ipsis quidem ultimum minabatur periculum : illum autem appellit in portum patriæ. Quid ergo ille magnus et misericors animus ? Ne acerba quidem in eos usus est oratione. Sed cum primum eos vidit mutatos et acerba motos pœnitentia, a propria quoque victus est bonitate : et secunda navigatione eos rursus remisit in patriam. Ipse vero sanctæ Sion jam redditus monasterio, quod ab ejus patruo

olim pulchre fuerat ædificatum, ut jam ante deslaravit oratio, jucunde ab eis est usus, et omnes qui in ipso erant replevit voluptate, eosque excepit liberali et munifica gratia. Sapienter autem res ejus superna dispensabat Providentia, et magnam hanc lucem erat magno impositura candelabro, et ideo eum rursus deduxit ad civitatem, divinum mel virtutis diligenter operantem.

λεῖν, οὕτοι δὲ τὰς ἐκείνων ἐπ' αὐτοῖς ἐλπίδας ματαίας ὀφθῆναι παρασκευάζοντες, ἀνέστη, ἐν τοσούτῳ τῶν ἐπειγόντων πραγμάτων τὴν λύσιν παραδραμών. Ἕωθεν δὲ τῇ ἑξῆς ἐκκλησίασε μετὰ τῶν ἐν τέλει καὶ κοινῶς αὐτοῖς συνδιασκεψάμενος, καὶ συνοσοῦντας πάντας ἰδὼν ἐπί τινι Ἑρμογένει ἀνδρὶ, σεμνῷ μὲν καὶ περιόπτῳ, καὶ τἄλλ' οὐ φαύλῳ, ἐσωφρόνει τε γὰρ, καὶ τοῖς πένησιν ἀγαθὸς ἦν, καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου, « Νόμον μὴ ἔχων, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶν ἦν, » ἀγνοοῦντι δὲ τέως τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, καὶ μηδὲ τῷ αὐτοῦ βαπτίσματι τελεσιουργηθέντι, εἰ καὶ κατὰ Χριστὸν ἐλάνθανε πορευόμενος, καὶ πρόβατον μὲν αὐτοῦ ἦν, ἀσήμαντον δὲ, καὶ τὴν τῆς οἰκειώσεως οὔπω σφραγῖδα δεξάμενον· ἐπεὶ οὖν ταῦτά τε προσῆν τῷ ἀνδρὶ, καὶ Ἀθηναῖος μὲν ἦν καὶ αὐτὸς τὸ γένος, καὶ τὴν Ἑλληνικὴν παιδείαν ἀκριβῶς μεμελετηκὼς, τήν τε φρόνησιν ἐκ πείρας τε καὶ φύσεως ἐπεπύκνωτο, καὶ ἐχώρει πρὸς τὸ λέγειν οὕτως, ὡς ἐσκεμμένον ἥκειν εἰς τοῦτο δοκεῖν, καὶ διὰ ταῦτα κατάλληλος ἔδοξε τοῖς τῶν ἀναφανέντων τηνικαῦτα πραγμάτων πλοκαῖς τε καὶ περιστάσεσιν, αὐτός τε προσετίθη τούτῳ ὁ βασιλεὺς καὶ πᾶσαν ἰδὼν εἰς τοῦτο συνευδοκήσασαν τὴν βουλὴν, μετέστησε μὲν εὐθὺς ἐφ' ὕβρει καὶ ἄκοντα τὸν μακάριον Μηνᾶν τῆς ἀρχῆς· ἐξαπέστειλε δὲ τὸν Ἑρμογένην, ἔπαρχον ὄντα τηνικαῦτα τῆς πόλεως, ἐπιτρέψας αὐτῷ τά τε κατὰ τὸν μέγαν Μηνᾶν ἐξετά-

jus insimulent benefactores, efficiunt ut illorum in eis spes cernatur inanis : surrexit, interim rerum urgentium prætermissa solutione. Mane autem die sequenti convocatis magistratibus, cum communiter cum eis considerasset, et vidisset omnes consentientes in quemdam Hermogenem, virum quidem honestum et clarum, et alioqui non malum (erat enim temperans et bonus in pauperes, et, ut dicit Apostolus [1], legem non habens, natura faciebat, quæ sunt legis : ignorabat vero tunc Christi virtutem, et nec ejus erat baptismo consummatus : etiamsi imprudens ingrediebatur via, quæ est ex Christo : et erat quidem ejus ovis, sed non signata, et conjunctionis ac familiaritatis nondum acceperat signaculum) : cum ergo hæc ei adessent, et esset quidem ipso quoque genere Atheniensis, et in Græca eruditione summe exercitatus, tam experientia, quam natura valeret prudentia : et ad dicendum ita accederet, ut videretur ad hoc venire meditatus : et ideo censeretur esse aptus implicatis et perplexis, quæ tunc orta erant, negotiis, et ad eum adjecit animum imperator : et cum vidisset universum ad hoc consensisse senatum, statim quidem tanquam probri et ignominiæ causa vel absentem beatum Menam removit a rectione : misit autem Hermogenem, qui tunc erat præfectus urbis, jubens eum et magnum Menam examinare,

[1] Rom. II, 14.

et civitatem ab errore, ut ei quidem videbatur, liberare : non modica quidem ei data manu ex Bysantio, quæ cum eo versaretur, et majore ex Alexandria, quæ ei inserviret.

VII. Hermogenes ergo jam navigans in Ægyptum, cum undique circumflueret ministris et satellitibus, videt tres viros luminosos, ei dicentes : Vide, Hermogenes, quod nec breve quidem studium Deus despicit. Cum ille autem interrogasset : Et quod est hoc breve studium ? Imperfectum tuum, dixerunt suscipientes, propositum, viam tuam, quæ ad multorum spectabat naufragium, effecit tibi gloriæ conciliatricem et honorum immortalium. Vide ergo, ut hæc bona nuntia apud te conserves, et ne ea mandes oblivioni ; etenim per hoc tuum iter mox babebis verum Regem et æternum. Porro autem a nobis quoque ipsis eum virum consequeris, per quem et huic beato Regi fias amicus, et eum accipias profectum, quem qui hodie regnat, tibi dare non potest. Cum vero ad extremum galli cantum nox jam pervenisset, excusso simul somno, et, quam ex nocturna visione acceperat, perturbatione, non valens conjicere ea quæ visa fuerant, suspicatus est solummodo somnium esse visionem illam, quod illi nec opinatam e vestigio rerum annuntiabat mutationem, et gloriam fortasse constantiorem quidem, sed tamen terrenam. Cum autem paucis post diebus longam illam confecisset navigationem, et placido fluctu in portum appulisset Alexandriæ, descendit de navi, et continuo se totum dedebat exsequendis imperatoris monitis atque jussis. Nam cum imperator quidem multa præfecto mandasset adversus beatum Menam, ei vero universa civitas obviam processisset in littore, tympana autem et laudes et tubæ in occursu circumsonarent : et una vox esset laudantium, eum extollens, qui missus fuerat ab imperatore, cum ipse præfectus suos tanquam in phalangis ordinem direxisset satellites, et jussisset præcedere lictores et apparitores : cum tanto stupore et admiratione omnium ascendit in civitatem, cum quanta iis qui tunc erant, potuisset videri vel ipsam terram movere, et negotiorum meditatione, et in rebus omnibus studio diligentissimo, constantique et inflexibili habitu animi, sperans se et ab imperatore mandatum honorem recte administraturum, et eorum qui non erant firmi, gressus supplantaturum.

VIII. Cum autem vespere solus per se esset, dimissa turba, quæ eum deduxerat, animadvertens magnus Menas, quod cum seorsum quidem sunt homines, et maxime viri clari et insignes, ferunt reprehensiones, et cum ea quæ eis sæpe visa fuerant, refelluntur, sustinent : in concione vero et congregata multitudine, ægre fuerunt se redargui, et constanter permanent in iis quæ sibi visa fuerint : hoc ille optime considerans, et quod eruditissimus quidem vir erat Hermogenes, nondum autem poterat comprehendere tantam dogmatis al-

σαι, καὶ τὴν πόλιν τῆς πλάνης ὡς αὐτῷ δοκοῦν ἀνασώσασθαι, δούς τε οὐκ ὀλίγην μὲν χεῖρα καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου αὐτῷ συνέπεσθαι, πλείονα δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἀλεξάνδρου ὑπηρετεῖν.

Ζ'. Ὁ τοίνυν Ἑρμογένης, πλέων ἤδη τὸν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν πλοῦν, καὶ πανταχόθεν ὑπηρεσίᾳ τε πολλῇ καὶ δορυφορίᾳ περιῤῥεόμενος, ἐνίκστασει ὥσπερ κατὰ τοὺς ὕπνους γενόμενος, ὁρᾷ τρεῖς ἄνδρας φωτοειδεῖς, φάσκοντας πρὸς αὐτόν. Ἴδε, Ἑρμόγενες, ὡς οὐδὲ σπουδῆς βραχείας ὑπερορᾷ ὁ Θεός. Πυθομένου δὲ ἐκείνου, Καὶ τίς ἡ βραχεῖα αὕτη σπουδή ; ἐκεῖνοι, Τὴν ἀτελῆ σου, ἔφησαν ὑποδεξάμενοι, πρόθεσιν, τὴν πρὸς ναυάγια πολλῶν ἀποβλέπουσάν σου δόδον, δόξης σοι τέθεικε πρόξενον καὶ ἀθανάτων τιμῶν. Σῶζε οὖν ταυτὶ τὰ εὐαγγέλια παρὰ σαυτῳ ἀνεπίληστα. Καὶ γὰρ διὰ ταύτης σου τῆς πορείας ἕξεις ὅσον οὔπω βασιλέα ἀληθινὸν καὶ ἀΐδιον· εὐμοιρήσεις δὲ καὶ παρ' ἡμῶν αὐτῶν ἀνδρὸς τοιούτου, δι' οὗ ἂν φίλος τε ῥᾷστα γένῃ τῷ βασιλεῖ τούτῳ, καὶ προκοπῆς μετάσχῃς, ἣν ὁ σήμερον βασιλεύων δοῦναι, σοι διαπορεῖ. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἡ νὺξ ἤδη περὶ τὰς ἑσχάτας ἦν τῶν ἀλεκτρυόνων ᾠδὰς, εὐθὺς ὁ Ἑρμογένης ἀποτιναξάμενος ἅμα τόν τε ὕπνον καὶ τὸν ἐκ τῆς νυκτερινῆς ὄψεως θόρυβον, συμβαλεῖν οὐκ ἔχων τὰ ὁραθέντα, ὄνειρον ἁπλῶς εἶναι τὴν ὀπτασίαν ὑπώπτευκε, παράλογον αὐτῷ μεταβολὴν πραγμάτων καταπόδας ἐπαγγελλόμενον, καὶ δόξαν ἴσως μονιμωτέραν μέν, ἀλλ' ἐπίγειον. Περαιωθεὶς δὲ μετ' ὀλίγας τὸν πολὺν ἐκεῖνον ἀπόπλουν, καὶ ἡμέρῳ κύματι τοῖς λιμέσιν Ἀλεξανδρείας προσσχών, ἀπέβη τε τῆς νηὸς, καὶ εὐθὺς τῆς βασιλέως ἦν ὅλως ὑποθήκης τε καὶ κελεύσεως. Ὡς γὰρ ὁ μὲν βασιλεὺς πολλὰ κατὰ τοῦ μακαρίου Μηνὰ τῷ ἐπάρχῳ ἐπέσκηψεν, ἀπήντα δὲ καὶ πᾶσα ἡ πόλις πρὸ τῶν αἰγιαλῶν, τύμπανα δὲ καὶ εὐφημίαι καὶ σάλπιγγες τὴν ἁπαντὴν περιῆχουν, καὶ μία τῶν εὐφημούντων ἦν ἡ φωνὴ, τὸν ἐκ βασιλέως ἀπεσταλμένον ἐξαίρουσα. ταξάμενος τὴν δορυφορίαν καὶ αὐτὸς ὁ ἔπαρχος κατὰ φάλαγγα, καὶ προοδεύειν τὴν ὑπηρεσίαν κελεύσας, μετὰ τοσαύτης τῆς κατακλήξεως ἐπὶ τὴν πόλιν ἀπῆει, μεθ' ὅσης ἂν ἔδοξεν ἐκεῖνος τοῖς τότε κινεῖν καὶ τὴν γῆν, τῇ μελέτῃ τῶν πραγμάτων καὶ τῇ περὶ τὰ πάντα σπουδῇ, καὶ τῷ ἀκλινεῖ καὶ ἀτρέπτῳ τῆς ψυχῆς παραστήματι, τάς τε παρὰ βασιλέως ἐλπίζων κατορθῶσαι τιμὰς, καὶ τῶν ἀστηρίκτων ὑποσκελίσαι τὰ διαβήματα.

Η'. Ἐπεὶ δὲ καθ' ἑαυτὸν ἐγένετο, πρὸς ἑσπέραν λυθείσης αὐτῷ τῆς πομπῆς, συνιδὼν ὁ μέγας Μηνᾶς ὡς ἰδιάζοντες μέν ἄνθρωποι, καὶ μάλιστα τῶν ἐπιφανῶν τε καὶ περιβλέπτων, φέρουσι τοὺς ἐλέγχους, καὶ ὧν αὐτοῖς ἔδοξε πολλάκις ἀνασκευαζομένων ἀνέχονται, ἐκκλησιάζοντες δὲ, δυσχεραίνουσί τε διελεγχόμενοι, καὶ πρὸς τὰ δεδογμένα ἐνστατικῶς ἔχουσι· τοῦτο ἐκεῖνος ἄριστα συνιδὼν, καὶ ὅτι λογιώτατος μὲν ὁ Ἑρμογένης, οὔπω δὲ καὶ δόγματος ὕψος τοσοῦτον καταλαβεῖν ἱκανὸς, καὶ ὡς, εἴπερ οὕτως εἰς τὸ βῆμα χωρήσοι μὴ προκατηχηθεὶς τὴν

εὐσέβειαν, μηδὲ τῶν πονηρῶν προλήψεων προδιαστεισθεισῶν αὐτῷ, λόγου ἐπιστήμη, καὶ φύσεως κράτος, καὶ ἔρις ψυχῆς ἐν ἀρχοντικῷ τῷ φρυάγματι οὐ μόνον ἐμποδὼν ἔσονται πρὸς παράδοσιν εὐσεβείας, ἀλλὰ καὶ ἱκανῶς ἔξουσι πόλιν τοσαύτην, καὶ μάλιστα περὶ τὴν πίστιν νεοπαγῆ, διαφθεῖραί τε καὶ τὰ εὐσεβῆ ταύτης ἐξελεῖν σπέρματα, μετρίῳ καὶ φρονήματι καὶ τῷ σχήματι πρὸς τὸν ἔπαρχον εἴσεισι, καὶ προσαγορεύσας φησίν· Χάρις τῷ ἑνὶ καὶ μεγάλῳ Θεῷ. Προνοίᾳ γάρ, ὡς ἔοικε, τούτου νυν πρῶτον ὁ ὑψηλὸς σὺ καὶ περιφανὴς, τὴν μεγάλην καὶ πρώτην καὶ βασιλεύουσαν ἐκλιπὼν, πρὸς τὴν ἐσχάτην τε καὶ μικρὰν ἐπεδήμησας. Καὶ μέλλοντος ἤδη τοῦ ἁγίου τὸν περὶ τῆς εὐσεβείας λόγον αὐτῷ προηγεῖν, μᾶλλον δὲ διασαλεῦσαι πρότερον τὰς περὶ θεῶν φαύλας προλήψεις, ὁ ἔπαρχος, τόν τε ἕνα ἀκούσας Θεὸν, καὶ ὡς ἂν μὴ τοῖς συκοφάνταις εὐδιάβλητος ᾖ, ὡς τοὺς ἐχθροὺς τοῦ βασιλέως προσιέμενός τε καὶ λόγου μεταδιδοὺς, ἄλλως τε δὲ καὶ ἤθους ἐμβριθείᾳ, καὶ αὐστηρίᾳ τῇ πρὸς τὸν ἅγιον τὴν βασιλικὴν θηρώμενος εὔνοιαν καὶ κλέπτων τὰς προκοπὰς, διακόψας, συσχεθῆναι αὐτόν αὐτίκα προσέταξε καὶ τηρηθῆναι ἐν φυλακῇ, τοσοῦτον πρὸς τοὺς παρεστῶτας μόνον εἰπών, ὡς Τῆς αὔριον ἐπιστάσης, εἴσεται ὁ μάταιος οὑτοσί, τοῦ Γαλιλαίου μύστα, οἷος ἐγὼ φίλος τοῖς ἐχθροῖς τῶν βασιλέων τε καὶ θεῶν, καὶ εἰ εἷς Θεὸς ἢ πολλοί.

Θ'. Καὶ ἁπλῶς τὰ μένοντα αὐτὸν ἐπ' ὄψει πάντων δεινά. Τῇ ἐπ' αὔριον δὲ βήματος αὐτῷ ὑψηλοῦ προτεθέντος, τοῦ τε δήμου παντὸς θεωμένου, καὶ τῆς δορυφορίας παρισταμένης, προκαθίσας αὐτὸς ἐκέλευσε παραστῆναι τὸν ἅγιον. Οὗ γενομένου, καὶ παραστάντος τοῦ μάρτυρος φαιδρῷ τῷ προσώπῳ καὶ ἀπτοήτῳ ψυχῆς παραστήματι, ὁ ἔπαρχος εἶπε· Δίκαιόν ἐστιν, ὦ Μηνᾶ, βασιλέας τε τιμᾶν πάντα ἄνθρωπον, καὶ τοὺς αὐτῶν σέβεσθαι θεοὺς, καὶ πρὸς ἔτι τοῖς εὐεργέταις εὐγνωμονεῖν; ἢ τί δεῖ πρὸς ταῦτα ποιεῖν, αὐτὸς ἐν τῷ φανερῷ δίδαξον. Καὶ ὁ ἅγιος, Μέχρι τότε, ἔπαρχε, τοῖς εὐεργέταις, ἔφη, προσῆκον εὐγνωμονεῖν, μέχρις ἂν ἀμφοτέροις τὸ εὐγνωμονεῖν, αὐτῷ τε τῷ εὐγνωμονοῦντι, καὶ πρὸς ὃν τοῦτο γίνεται λυσιτελὲς ᾖ· ὅταν δὲ τοὐναντίον πολλὴν ἑκατέροις ἐπάγῃ τὴν βλάβην, τότε χρὴ τὴν μετὰ βλάβης εὔνοιαν ἀπωσαμένους, τὰ πρὸς ὠφέλειαν συντείνοντα προτιμᾶν. Βασιλέας δὲ τιμᾶν μὲν διὰ τὴν ἀρχὴν ὅσιον· ὅταν δὲ μὴ περὶ Θεὸν οὗτοι τὴν πρώτην ἀρχὴν καλῶς τε καὶ ὑγιῶς ἔχωσι, μηδὲ τὴν τιμὴν, ὡς δέον ἐστὶν, αὐτῷ νέμωσιν, οὐκ ἂν εἴποιμι χρῆναι τοὺς τοιούτους τιμᾶν. Ἀλλὰ καὶ τοὺς αὐτῶν θεοὺς οὐχ ἁπλῶς δεῖ σέβειν μὴ προεξετάσαντας πρότερον, εἰ ἀληθῶς δύνανται ὅσα προσῆκόν ἐστι Θεὸν δύνασθαι, καὶ εἰ μὴ, ἐν γενέσει ὄντες καὶ ἀρχῇ, ἀτελεύτητοί εἰσι καὶ ἀθάνατοι. Εἰ δὲ καὶ τούτων τινὸς ἐνδεῶς ἔχουσιν, αὐτῶν μὲν ὑπεροράν χρή· πῶς γὰρ ἂν εἴη Θεὸς ἀτελής; πόθου δὲ θερμότητι καὶ ψυχῆς καθαρότητι τὸν ὄντων ὄντα Θεὸν ἰχνεύειν.

Ι'. Ἐγὼ τοίνυν, ὡς καὶ αὐτὸς οἶσθα, ἔπαρχε,

titudinem : et quod si sic ascenderet tribunal, cum de pietatis institutione nihil antea audivisset, non prius discussis malis, quas anticipaverat, notionibus, dicendi scientia, et vehemens ingenium, et contentio animi, ingentes spiritus excitante auctoritate magistratus, non solum erunt impedimento ad tradendam pietatem, sed satis etiam erunt ad tantam corrumpendam civitatem, quæ in fide nuper est plantata, et ad ejus pia evellenda semina: moderato et honesto habitu ingreditur ad præfectum. Quem cum compellasset, dixit : Gratia uni et magno Deo : ejus enim, ut videtur, providentia nunc primum tu excelsus et clarus, magna illa et prima regia urbe relicta, ad hanc ultimam et parvam accessisti : et cum jam esset sanctus de pietate sermonem inchoaturus, vel potius malas de Deo anticipatas notiones prius labefactaturus, præfectus cum et unum Deum audivisset, et ne a calumniatoribus vocaretur in invidiam, ut qui admitteret inimicos imperatoris, et eos sermone impertiret, et alioqui morum gravitate, et in sanctum acerbitate, imperatoris captans benevolentiam, et ad emolumenta aspirans, interrupto sermone, eum jubet comprehendi et conservari custodia, tantum dicens assistentibus : Si venerit dies crastinus, sciet hic stolidus mysta Galilæi, qualis ego sum amicus inimicis imperatorum et deorum, et an sit unus Deus, an multi.

IX. Crastino autem die ei proposito tribunali, et spectante toto populo, et assistentibus satellitibus, ipse præsidens jussit sanctum assistere. Cum hoc autem factum esset, et læto vultu et interrito animo martyr astitisset, dixit præfectus : Æquum est, o Mena, omnem hominem honorare reges, et regum deos colere, et præterea grato esse animo in benefactores? aut ipsi aperte doce, quid ad hæc facere oporteat. Sanctus vero : Eatenus, inquit, o præfecte, grato esse animo oportet in benefactores, quatenus et ei, qui est gratus, et ei in quem hoc fit, id fuerit utile. Quando autem contra magnum utrisque affert damnum, tunc oportet, rejecta ea quæ est cum damno benevolentia, ea præferre quæ conferunt. Reges vero honorare quidem sanctum est propter potestatem et principatum. Quando autem ii non sunt recte et sane affecti in Deum, qui est primus principatus, neque ei, ut par est, honorem tribuerint, non dixerim eos esse honorandos. Quin etiam eorum dii non sunt temere colendi, nisi prius examinaverimus, an vere possint, quæcunque oportet Deum posse : et num, cum et ortum habeant et principium, fine quoque careant et sint immortales. Sin autem eis horum desit aliquid, eos quidem oportet despicere. Quomodo enim fuerit Deus imperfectus? ferventi autem desiderio et mundo corde quærendus est Deus, qui est vere Deus.

X. Ego igitur, ut ipse scis, o præfecte, cum

essem Atheniensis, et patriam legem jamdiu honorarem,et in tenera adhuc ætate amissis parentibus essem nescio quomodo studiosus et valde laboriosus, statui percurrere omnem Græcorum fabulosam doctrinam. Hoc vero a me brevi est confectum, omnemque eorum scientiam et artem accurate percurri. Cum vix tandem autem accepissem, esse apud Christianos quoque quasdam scripturas, fuit mihi studio eas legere. Cum vero legissem, animadvertebam in eis tantam latere utilitatem, quanta nec dici quidem potest : et eas conferens cum Græca disciplina, inveniebam magnam differentiam, easque inter se pugnare, quasi ex diametro. In illis quidem virtutem et veritatem,in hac autem errorem et improbitatem. Nam quæ sunt apud Christianos quidem Scripturæ, inducunt Christi virtutes Deo convenientes, et alioqui simplices, divinæque naturæ, et sibi consequentes ; Græcorum autem scripturæ inducunt Deum præditum humanis affectionibus et perturbationibus : et sunt quidem plenæ mendacio, plenæ etiam turbulentis animi motibus : repletæ quoque intemperantia et immoderatione,habentes deos inter se pugnantes, victosque et sauciatos ab hominibus, in quos cadit interitus : et innumerabilibus aliis malis refertæ et fabulis. Et ut semel dicam, illarum quidem finis est salus, ex veri cognitione : harum autem apertus interitus, et deductio ad turpes probrosasque affectiones, et inventionem erroris. Quamvis vero ita se habeant Scripturæ Christianorum, non continuo decrevi eas sequi, sed etiam Christi virtutis quærebam experientiam, ut facto docerer veritatem : et cum incidissem in quemdam, cui erant mutila membra corporis,et cum hoc dixissem esse bonæ fortunæ, inveni verbis divinis factum quoque esse consequens. Postquam ergo solum Christi nomen dixissem super illa membra mutilata, illa, protinusamissa multilatione, perinde ac rursus transformata, ad eam quæ erat in principio traducta sunt sanitatem. Cum ergo reipsa et facto agnovissem Opificem, et Græcorum ac gentilium abjurassem vanitatem, baptizatus sum, et me soli Christo dedicavi. Ab illo autem tempore in hodiernum usque diem,o præfecte, morbos difficiles, et affectiones incurabiles, et quas solus poterat curare Deus, cito et facile curo, solum Christi nomen invocans. Eorum vero, quæ dico, testis est mihi universus populus, et hoc quod circumsistit theatrum : nec potes dicere hæc esse falsa, et verba inania. Nam nunc quoque licet ea quæ dicuntur, facto ipso comprobare.

XI. Cum six veritatem aperte explicavisset martyr, totus populus et universum theatrum ab hora tertia usque ad septimam a lingua martyris quodammodo dependebant, et illius magis sermonem desiderabant, quam contumeliam. Et postremo cum vidissent ipsum simul et deos imperatoris refellisse et arguisse, et verum Deum demonstrasse, et simul illos producere testes suorum miraculorum, uno ore omnes : Ne labores, dicebant, o bone præfecte. Nam nos ipsi fuimus testes prodi-

A Ἀθηναῖός τε ὢν, καὶ τὸν πάτριον ἐκ πολλοῦ νόμον τιμῶν, ἐπὶ νέῳ σώματι τοὺς τεκόντας ἀποβαλών, φιλοπόνου ψυχῆς οὐκ οἶδ' ὅπως ὤν, πᾶσαν διελθεῖν ἔκρινα τὴν τῶν Ἑλλήνων μυθικὴν παίδευσιν, καὶ δὴ ἐν ὀλίγῳ τοῦτό μοι γέγονε, καὶ πᾶσαν αὐτῶν ἐπιστήμην τε καὶ τέχνην ἀκριβῶς ἐπῆλθον. Ὀψὲ δὲ μαθὼν καὶ παρὰ Χριστιανοῖς εἶναι τινας γραφὰς, ἐπιμελὲς ἐθέμην καὶ αὐταῖς ἐντυχεῖν. Ἐντυχὼν οὖν, οὐδ' ὅσον εἰπεῖν, ἐνενόουν τούτοις ἐγκεκρυμμένην ὠφέλειαν, καὶ παραβαλὼν αὐτὰς τῇ Ἑλληνικῇ παιδείᾳ, πολλὴν τὴν διαφορὰν εὗρισκον, καὶ ὥσπερ ἐκ διαμέτρου ἐν ἐκείναις μὲν ἀρετὴν καὶ ἀλήθειαν, ἐν ταύτῃ δὲ πλάνην καὶ μοχθηρίαν. Αἱ μὲν γὰρ παρὰ Χριστιανοῖς Γραφαὶ θεοπρεπεῖς εἰσηγοῦντο τὰς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεις καὶ ἁπλᾶς ἄλλως καὶ ἀκολούθους B τῇ τε θείᾳ φύσει καὶ ἑαυταῖς· αἱ δὲ τῶν Ἑλλήνων ἀνθρωποπαθεῖς εἶναι τὸ Θεῖον εἰσάγουσι, καὶ μεσταὶ μὲν ψεύδους εἰσὶ, μεσταὶ δὲ παθῶν, καὶ ἀσελγείας, καὶ ἀταξίας ἔμπλεῳ, θεοὺς ἔχουσαι μαχομένους ἀλλήλοις, καὶ ὑπὸ φθαρτῶν ἀνθρώπων ἡττωμένους καὶ πληττομένους, καὶ μυρίων ἄλλων κακῶν τε καὶ μύθων γέμουσαι· καὶ συνελόντα φαναι, τῶν μὲν τὸ τέλος σωτηρία ἐστὶ καὶ ἀληθοῦς Θεοῦ ἐπίγνωσις, τούτων δὲ σαγὴς ἀπώλεια καὶ ὁδηγία πρὸς ἄτιμα πάθη καὶ πλάνης εὕρεσιν. Ὅμως καὶ οὕτως ἐχούσαις ταῖς τῶν Χριστιανῶν Γραφαῖς, οὐκ εὐθὺν ἔγνων αὐταῖς ἕπεσθαι, ἀλλὰ διάπειραν ἐζήτουν τῆς τοῦ Χριστοῦ δυνάμεως, ὥστε τὴν ἀλήθειας ἔργῳ διδαχθῆναι. Καὶ ἀνθρώπῳ πεπηρωθέντι μέλη τινὰ τοῦ σώματος ἐντυχὼν, καὶ ἀγαθῆς ἐμοὶ C τοῦτο τύχης εἰπὼν εὗρον τοῖς θείοις ῥήμασιν ἀκόλουθον καὶ τὸ ἔργον. Ὡς οὖν μόνον τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα τοῖς πεπηρωμένοις ἐπέτρεπον ἐκείνοις μέλεσιν, αὐτίκα ἐνεῖνα, τὴν πήρωσιν ἀποβαλόντα, καθάπερ αὖθις μεταπλαττόμενα, πρὸς τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑγείαν μετετίθετο. Ἔργῳ τοίνυν τὸν δημιουργὸν ἐπιγνοὺς, καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων δόξαν ἀπομισάμενος, καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν ἀπωσάμενος ματαιότητα, βεβάπτισμαι, καὶ Χριστοῦ μόνου γεγένημαι. Ἐξ ἐκείνου δὲ καὶ μέχρι νῦν, ἔπαρχε, νόσους χαλεπὰς καὶ πάθη ἀνίατα, καὶ ἃ μόνῳ ἐξιᾶσθαι θεῷ δυνατὸν ταχὺ καὶ ῥᾳδίως ἰῶμαι, τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα καὶ μόνον καλῶν. Καὶ μάρτυς τῶν ἐμῶν λόγων ὁ δῆμος ἅπας, καὶ τὸ περιεστὼς τοῦτο θέατρον. Καὶ οὐκ D ἔχεις εἰπεῖν ὡς ψεῦδος ταῦτα καὶ λόγοι κενοί· πάρεστι γὰρ καὶ νῦν ἔργῳ τὰ λεγόμενα πιστωθῆναι.

ΙΑ'. Οὕτω τοῦ μάρτυρος διατρανώσαντος τὴν ἀλήθειαν ὅ τε δῆμος ἦσαν καὶ ἅπαν τὸ θέατρον ἀπὸ τρίτης ὥρας ἕως ἑβδόμης τῆς γλώττης ὥσπερ τοῦ μάρτυρος ἐκκρεμάμενοι, καὶ τῆς ἐκείνου μᾶλλον ὁμιλίας ἢ βρώσεως ἐφιέμενοι. Καὶ πέρας ὡς εἶδον αὐτὸν ὁμοῦ τε τοὺς τοῦ βασιλέως θεοὺς ἀπελέγξαντα, καὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν ἀποδείξαντα, καὶ ἅμα αὐτοὺς ἐκείνους τῶν θαυμάτων προβαλλόμενον μάρτυρας, γλῶττά μία καθάπερ πάντες γενόμενοι, Μὴ κάμνε, ἔλεγον, ἔτι, χρηστὲ ἔπαρχε· αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς τῶν

τεράτων θεαταὶ γεγενήμεθα, αὐτοὶ τῶν θαυμασίων ἀπολελαύκαμεν. Οὐδὲ ἦν ψεῦδος παρέρπει, οὐδὲ ἀπάτη τις ὑποκάθηται τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις. Ἔγνως καὶ αὐτὸς τὴν ἀλήθειαν συνετὸς ὤν, καὶ ὡς μὴ χρὴ θεὸν ἄλλον ἡγεῖσθαι καὶ προσκυνεῖν ἢ τὸν αὐτου. Ὁ δὲ ἔπαρχος, εὐλαβηθεὶς τὴν παῤῥησίαν τῆς πόλεως, καὶ ἰδὼν πάντα σχεδὸν τὸν δῆμον ἀπονεύσαντα πρὸς Χριστὸν, καὶ συναπαχθέντα τῷ ἀθλητῇ, καὶ φυλαξάμενον μή τι καὶ νεώτερον κατ' αὐτοῦ τολμηθῇ, καὶ τοῦτο μὲν μὴ ἔχων πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀντειπεῖν, τοῦτο δὲ καὶ τιμωρήσασθαι δυσωπούμενος τὸν οὕτω τὸν λύγον τῆς ἀληθείας ὀρθοτομήσαντα, ὡς πάντας τοὺς παρόντας θέσθαι καταπειθεῖς, μεστὸς θορύβου καὶ κατηφείας γεγονὼς, ἐγκλεισθῆναι πάλιν κελεύει τὸν ἅγιον. Ἀνέστη γοῦν εὐθέως τοῦ βήματος, καὶ τὸ θέατρον ἔλυσε, καὶ συνεξέῤῥει τοῦ ἀγῶνος ὅ τε δῆμος καὶ ἅπαν τὸ θέατρον· καὶ θροῦς τις ἦν ἐξ ἐκείνων δι' εὐφημίας ποιουμένων τὸν μάρτυρα. Ὁ μὲν οὖν ἅγιος ἐνεκέκλειστο· τὴν δὲ γλῶσσαν οὐδὲ οὕτως εἶχε σιγῶσαν καὶ τῶν εἰς Χριστοῦ ὕμνων ἀπεχομένην· ἔψαλλε γάρ· « Ἔσωσας ἡμᾶς, Κύριε, ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς, καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατήσχυνας. Ἤνοιξας ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα ἡμῶν, καὶ ἐφθεγξάμεθα προβλήματα ἀπαρχῆς. »

ΙΒ'. Ὁ μέστοι ἔπαρχος, λογισάμενος ὁπόσον μὲν ἐκ πρώτης πείρας ἡ πόλις κατέγνω αὐτοῦ, ὁπόσον δὲ καταγνώσεται μαθὼν καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ σχεδιάσας οὐ μικρῶς διὰ ταῦτα, σχεδὸν ἀπόσιτος ἦν. Ὅμως τοὺς ὕπνους αὐτοὺς σκέψιν θέμενος, καὶ πᾶσαν εἰς τοῦτο τὴν νύκτα διενεγκὼν, ἐπεὶ ἡμέρα ἐπήγαζεν, ἤκουσε δὲ ὅτι καὶ αὖθις τὸ θέατρον ἤθροισται, καὶ ὑπερβάλλει τὴν χθὲς πολυανθρωπίαν ἐπιθυμίᾳ τῆς κοινῆς πάλης τῶν λόγων καὶ τῆς τοῦ ἀθλητοῦ πιθανότητος, πάντα τἄλλα δευτέρας εἶναι φροντίδος εἰπὼν, ἐκάθισεν ἐπὶ βήματος. Περιειστήκει δὲ ἅπαν τὸ δορυφορικὸν ἔκπληκτον, προέκειτό τε ὑπ' ὄψιν πᾶν εἴ τι κολάσεως ὄργανον, αὐτοῦ τοῦτο κελεύσαντος, ὥστε δέος ἐμποιῆσαι τῷ μάρτυρι. Ὡς οὖν οὕτω ταῦτα, καὶ ὁ ἅγιος σχοινίοις δεδεθεὶς εἰσήχθη, ὁ ἔπαρχος ἔφη· Λέγε μοι σὺ, κατάρατε, ποίᾳ τύχῃ τεθαῤῥηκὼς, εἰς τοσοῦτον τόλμης προήχθης, ὡς παραπεῖσαι μὲν τὸν δῆμον ἐξουσίας ἀπονεῦσαι βασιλικῆς, κατειπεῖν δὲ ἀνέδην καὶ τῶν θεῶν, φρονῆσαι δὲ τὰ σὰ, καὶ οὕτως ἐξάπινα τῆς σῆς ἅμα καὶ γλώττης καὶ γνώμης ἔχεσθαι, καὶ τὸ ξένα θρησκεύειν διεγκαλούμενος, ἑάλως καὶ τυραννίδα μεμελετηκώς; Πρὸς ταῦτα ὁ ἅγιος, Ὅτι οὐ τυραννὶς, εἶπεν, ἔπαρχε, τὰ ἐμὰ, τὸ μέτριον τουτὶ σχῆμα ἐφ' οὗ περ ευρες ἡμᾶς, πρὸ βραχέος σοι ἀπολελόγηται. Τὸν δῆμον δὲ οὐκ αὐτὸς ἀπεσεῖσαι παρίπεισα, ἀλλ' ὁ ζῆλος τοῦ διὰ τῶν σημείων ἐπιγνωσθέντος αὐτοῖς Θεοῦ. Κατεῖπον δὲ τῶν σῶν τε καὶ τοῦ βασιλέως θεῶν, ὅτι δεῖ πάντα ἄνθρωπον λόγῳ καὶ κρίσει φωράσαντα τὸ ψευδος, τοῦτο μὲν μυσάττεσθαι, τὴν ἀλήθειαν δὲ προσκυ-

giorum; ipsi fructum sensimus ejus miraculorum Nullum serpit mendacium, neque ulla fraus subest in iis quæ ab ipso fiunt : cognovisses ipse quoque veritatem, si simul adfuisses, et quod non oportet alium existimare et adorare Deum, quam ejus Deum. Reveritus autem præfectus civitatis fidentiam, et loquendi libertatem, et videns omnem fere populum ad Christum declinasse, et ivisse id athletæ sententiam, et servare, nec quid novi in in eum audeatur : et partim quidem non potens dicere contra veritatem, partim vero etiam erubescens eum punire, qui veritatis verbum tam recte tractabat, ut omnes qui aderant, ei parerent et crederent, perturbatione plenus et tristitia, jubet sanctum rursus includi. Surrexit ergo protinus a tribunali, et dimisit theatrum, et a certamine simul effluxit populus et universum theatrum : et eorum omnium emanabat quidam susurrus, martyrem laudibus prosequentium. Atque sanctus quidem erat inclusus ; linguam autem ne sic quidem habebat tacentem, et ab hymnis in Christum abstinentem. «Liberasti nos, Domine, ab affligentibus nos, et eos qui nos oderunt, pudore affecisti [1]. Aperuisti in parabolis os nostrum, et locuti sumus propositiones ab initio [2]. »

XII. Præfectus autem reputans, quantum ex prima quidem experientia eum condemnasset civitas, quantum vero sit eum etiam condemnaturus imperator, cum acceperit, et non parum se afflictans, propemodum sibi indicebat inediam. Cum tamen apud se cogitaret somnia, et tota nocte ea mente versaret, postquam illuxit, audivit vero congregatum rursus esse theatrum, et hesternam superare hominum frequentiam desiderio communis in dicendo contentionis, et athletæ probabilitatis, reliquarum rerum curas dicens esse posthabendam, sedit in tribunali. Circumsistebant omnes satellites attoniti, et subjiciebatur ejus oculis quodlibet instrumentum factum ad torquendos homines (ita enim jusserat Hermogenes, ut metum afferret martyri). Postquam ergo hæc facta sunt, et introductus est sanctus vinctus funibus, dicit præfectus : Dic mihi tu, exsecrande, quanam fortuna fretus, eo processisti audaciæ, ut populo quidem persuaderes, ut a potestate deficeret imperatoris, impudenter autem diis detraheret, et tuam teneret sententiam, et sic repente tuæ linguæ mentique adhæresceret : et convictus est criminis peregrinæ a te introductæ religionis, et affectatæ tyrannidis? Ad hæc sanctus: Quod tyrannidem quidem, inquit, non affectem, moderatus hic, in quo me invenisti, habitus ante me pro me respondit. Populum vero non ipse persuasi deficere, sed zelus Dei, qui per signa ab eis fuit agnitus. De tuis autem et imperatoris diis male dixi, quod oportet omnem hominem, cum ratione et judicio falsum deprehenderit,

[1] Psal. XLIII, 8. [2] Psal. LXXVII, 2.

ipsum quidem exsecrari, adorare autem veritatem. Veritas vero, o præfecte, apud homines, de qua non est dubitandum, est ipse Christus.

XIII. Præfectus vero dixit : Hoc tibi ita videtur, o demens. Quod enim non oportet colere et adorare Crucifixum, et quod nugæ erant et inanes sermones quæcunque a te heri dicta sunt, ex hoc patebit. Quando enim, cum ego aliquod tuum membrum exsecuero, aut exussero, tu qui Christum adoras, non potueris id restituere, quomodo hæc visus fueris aliis revera dedisse, quæ non potuisti tibi ipsi largiri ? Ad hoc annuit universus populus. Sanctus vero dixit : Opto, o præfecte, ut tu in me Christi facias periculum. Confido enim fore, ut ea deposita, quam nunc sustines, dignitate, ipse quoque cernaris unus ex iis quibus Christus imperat. Præfectus itaque et suam volens iram ulcisci, sperans autem fore, ut propter ea quæ dixerat, sanctum in omnibus convinceret, jubet carnosam illam partem plantæ pedum, super quam collocata est utraque basi, gladiis excoriari, et sic denudatis ossibus, stare ipsum ad rogata de diis ei proponenda : ut sic maxime laborum dolorumque acerbitate perculsus, ad danda responsa et solvendas quæstiones facile impediretur. Sanctus autem, cum ei immisericorditer caro gladiis scinderetur, et universæ, quæ circumcirca sitæ erant, venæ ei rumperentur, et quincunque nervi notum administrantes congenerati erant, divellerentur, parum quidem ingemiscebat, gratia quodammodo recedente, et athletam probante, quin etiam ei coronarum præbente occasionem (aperte enim fructus laborum sunt coronæ). Se enim fortiter gerebat adversus dolores, tanquam ipsa magis adesset, et ipsum sustentaret, et levaret sensum dolorum. Postquam autem fuit dimissus e tormentis, protinus exsiliens sanctus, stetit rectus super sola ossa, « Pes meus, psallens, stetit in rectitudine : in ecclesiis benedicam te, Domine [3]. » Effluebat autem undique ex ejus vestigiis magna vis sanguinis : et ipse quidem lætum habebat vultum : florentem vero et vigentem habebat animam adversus pericula : liberam autem linguam ad vehementius arguendum, quam prius. Nullum autem eum omnino terrebat instrumentum tormentorum. Statim ergo manibus plausit theatrum, tanquam parta victoria.

XIV. Præfectus autem simul et cogitans vitare reprehensiones, et adversarium reddere veluti inermem et inutilem, jubet ei statim amputari linguam ex ipso gutture. Sanctus vero : Etiamsi, inquit, exstinxeris pupillas meorum oculorum, ne sic quidem ego offendam. « Est enim lucerna meis pedibus lex Christi [4]. » Confido autem, dicens, quod postquam ipse linguam amisero, tunc tu linguam suscipies, clara voce canentem Christi magnalia. Postquam vero quadam machina et

[3] Psal. xxv, 12. [4] Psal. cxviii, 105.

ἀνεῖν. Ἀλήθεια δὲ παρὰ ἀνθρώποις, ἔπαρχε, ἀναμφίλεκτος ὁ Χριστός.

ΙΓ'. Ὁ ἔπαρχος εἶπε· Σοὶ τοῦτο δοκεῖ, ἀνόητε. Ἐπεὶ ὅτι γε οὐ δεῖ τὸν Ἐσταυρωμένον σέβεσθαί τε καὶ προσκυνεῖν, καὶ ὡς λῆρος ἦν καὶ κενολογία τὰ λεχθέντα πάντα τῇ χθὲς παρὰ σοῦ, ἐξ αὐτῆς σήμερον ἔσται καταφανές. Ὁπότε γὰρ ἐμοῦ μέλος τι τῶν σῶν ἀποτεμόντος ἢ καύσαντος, ὁ προσκυνῶν σὺ τὸν Χριστὸν καταστήσαι τοῦτο μὴ δυνηθῇς, πῶς ἂν ὀφθείης ἑτέροις ταῦτα σὺν ἀληθείᾳ, δοὺς, ἃ σαυτῷ χαρίσασθαι μὴ καθίστασται δυνατός ; Καὶ ὁ δῆμος ἅπας εἰς τοῦτο ἐπένευσεν. Ὁ ἅγιος εἶπεν· Εὔχομαι, ἔπαρχε, δοκιμὴν ἐν ἐμοί σε λαβεῖν τοῦ Χριστοῦ. Πέποιθα γὰρ ὡς ἀποδὺς εὐθέως ὃ περίκεισαι νῦν ὀξίωμα, εἷς καὶ αὐτὸς ὀφθήσῃ τῶν ἀρχομένων ὑπὸ Χριστοῦ. Ὁ γοῦν ἔπαρχος τήν τε οἰκείαν ὀργὴν ἐκδικῆσαι ζητῶν, ἐλπίσας δὲ καὶ τὸν ἅγιον ἐφ' οἷς εἴρηκεν ἐπὶ πάντων ἐλέγξαι, κελεύει τὸ σαρκῶδες ὅλον τοῦ τῶν ποδῶν αὐτοῦ πέλματος, ἐφ' οὗπερ ἑκατέρα τῶν βάσεων ἵδρυται, μαχαίραις ἀποδαρῆναι, καὶ οὕτως ἐπὶ γυμνοῖς τοῖς ὀστέοις πρὸς τὰς περὶ θεῶν ἐρωτήσεις αὐτὸν ἵστασθαι, ὡς ἂν οὕτω μάλιστα τῷ δριμεῖ τῶν πόνων τὴν καρδίαν βαλλόμενος, πρὸς τὰ τὰς ἀποκρίσεις καὶ τὰς λύσεις τῶν προβλημάτων εὐχερῶς συμποδίζηται. Ὁ δὲ ἅγιος οὕτως ἀνηλεῶς τὴν σάρκα ταῖς μαχαίραις ὑποτεμνόμενος, τήν τε συμπαρακειμένην ἅπασαν φλέβα συνεκρησσόμενος, διασπώμενος δὲ καὶ τῶν νεύρων ὅσον τὴν κίνησιν διοικοῦν συμπεφυκὸς ἦν, ἔστενε μὲν ἐπ' ὀλίγον, τῆς χάριτος ὥσπερ ὑποχωρούσης καὶ δοκιμαζούσης τὸν ἀθλητήν, ἀλλὰ καὶ στεφάνων ἀφορμὰς αὐτῷ παρεχούσης· καρποὶ γὰρ πόνων σαφῶς οἱ στέφονοι· ἐνεκαρτέρει δὲ πρὸς τὰς ἀλγηδόνας ὥσπερ παρούσης μᾶλλον αὐτῆς, καὶ ὑποβαστάζούσης αὐτὸν καὶ κουφιζούσης τῶν πόνων τὴν αἴσθησιν. Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς βασάνου ἀφείθη, ἀναπηδήσας εὐθὺς ὁ ἅγιος, ἐπὶ μόνοις ἕστη τοῖς ὀστέοις ὄρθιος, « Ὁ ποῦς μου ἕστη ἐν εὐθύτητι, » ψάλλων, « ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω σε, Κύριε. » Ὑπέρρει δὲ τῶν ἰχνῶν αὐτοῦ πάντοθεν πλῆθος αἵματος· καὶ φαιδρὰν μὲν αὐτὸς εἶχε τὴν ὄψιν, ἀκμάζουσαν δὲ πρὸς τοὺς κινδύνους τὴν καρδίαν, πεπαρρησιασμένην δὲ τὴν γλῶτταν πρὸς ἔλεγχον τότε πλέον ἢ πρότερον· ἀκατάπληκτος δὲ ἦν καὶ πρὸς ἅπαν κολαστηρίων ὄργανον. Ἐκρότησε μὲν οὖν εὐθὺς ὡς ἐπὶ νίκῃ τὸ θέατρον.

ΙΔ'. Ὁ δὲ ἔπαρχος ἐν ταυτῷ τε τοὺς ἐλέγχους φυγεῖν διανοήθεις, καὶ τὸν ἀντἄγωνιστὴν ὥσπερ ὅπλον θεῖναι καὶ ἄπρακτον, ὡς εὐχείρωτον οὕτως αὐτῷ ἐσόμενος, αὐτίκα κελεύει ἐξ αὐτοῦ τοῦ φάρυγγος ἐκτμηθῆναι τὴν γλῶτταν τοῦ μάρτυρος. Καὶ ὁ ἅγιος, Εἰ καὶ τὰς κόρας, ἔφη, τῶν ἐμῶν ὀφθαλμῶν ἀποσβέσεις, οὐδὲ οὕτως ἐγὼ προσκόψω. « Λύχνος γὰρ τοῖς ἐμοῖς ποσὶν ὁ νόμος ὁ τοῦ Χριστοῦ. » Τεθάρρηκα δὲ, ὅέγων, ὡς ἐπειδὰν ἀποβάλω τὴν γλῶτταν αὐτὸς, τότε σὺ γλῶτταν ἀναλάβῃς εὐφώνως

ῥῶσαν τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ μηχανῇ τινι καὶ σπουδῇ τῶν ὑπηρετῶν ἡ γλῶττα τῷ μάρτυρι τοῦ ἱεροῦ στόματος ἀπηνέστερον ἐξειλκύσθη, καὶ αὐτοὶ τὰς τῶν σιδήρων ἀκμὰς προτεμνόμενοι κάτωθεν αὐτὴν ἀπέτεμνον ἥδη, ἔπασχε μὲν ὁ γενναῖος, καὶ πλήρης ἀγῶνος ἦν τὴν ψυχήν· ἠνδρίζετο δὲ καὶ ἔφερε, καὶ πρὸς Χριστὸν ὅλην ἐνέτεινε τὴν διάνοιαν. Ὡς δὲ τέλος εἶχεν ἡ βάσανος, ὁ μὲν τόνος τοῦ σώματος ἔκαμνε τῷ ἁγίῳ, αὐτὸς δὲ τὴν ψυχὴν τῷ πόθῳ τῷ πρὸς Χριστὸν νευρούμενος, ἁρπαγὴ διάρρις τὴν κεφαλήν, ἀποπτύων δὲ τὸ πολὺ τοῦ αἵματος, καὶ ὅλως ταῖς καταῤῥοαῖς φοινισσόμενος, πρὸς πάντας ἠτένιζεν εὐθαρσὴς, καὶ νεύμασι τῷ τε ἐπάρχῳ τὴν περὶ τὰ δεινὰ γνώμην, καὶ τῷ δήμῳ τὴν κρατερίαν ἐσήμαινε· καὶ ὡς οὐ μόνον οὐκ ἐνδίδωσιν, ἀλλὰ καὶ τρυφὴν ἡγεῖται τὸ πρᾶγμα, καὶ θανάτου διψᾷ. Ὁ δὲ ἔπαρχος μανίᾳ ληφθείς, ἵνα καὶ καταπαίζων τῆς τιμωρίας, μάρτυρα τῆς ἀνδρίας ἐποιεῖτο τὸν δῆμον τοῖς ἑαυτοῦ νεύμασι, κρατῆσαι εὐθέως ἐκκοπῆναι αὐτοῦ καὶ τοὺς ὀφθαλμούς. Ὡς δὲ πολὺ τὸ τάχος εἰσῆγον οἱ πρὸς ταῦτα διακονούμενοι, καὶ πραχρῆμα μηδένα οἶκτον τῆς κοινῆς ποιούμενοι φύσεως, περισχόντες τὸν ἀθλητὴν ὠμῶς αὐτοῦ τοὺς ἱεροὺς ἐξώρυττον ὀφθαλμούς, ἀλγοῦντος μέν, πῶς γὰρ οὔ ; καὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ὑποσημαίνοντος τὴν ἀσθένειαν, φέροντος δὲ κἀν τούτῳ γενναίως καὶ τὴν κεφαλὴν ἐπικλίνοντος, ἰσάκις ἂν αὐτὴν ἄνετον ἔσχε, καὶ ὥσπερ τῷ Δεσπότῃ χάριν ὁμολογοῦντος ὅτι τοιούτων ἠξιώθη τῶν ἀγαθῶν· ὁ ἔπαρχος, παθὼν τὴν ψυχὴν ἐξαίφνης καὶ συνθρωπάσας πρὸς τὰ ὁρώμενα, καὶ τοῦτο μονον εἰπὼν, ὡς Τῇ αὔριον τὸ περιλειφθὲν τοῦ σώματος ὀρνέοις ἐκδοθῆναι δεῖ, ὡς ἂν μηδὲ εἰς μνήμην λείψανόν τι καταλειφθῇ, καὶ ἐξανέστη.

ΙΕ′. Οἱ δὲ στρατιῶται, βραχύ τι τὸν ἅγιον ἐμπνέοντα ἔτι ἀπαγαγόντες, τῇ φυλακῇ προσρίπτουσι. Νύκτωρ δὲ περὶ τρίτην ὥραν ἀστραπῆς ὥσπερ περιλαμψάσης τὸ δεσμωτήριον, ἐφίσταται ὁ Χριστὸς τῷ τόπῳ ἐφ' οὗ ὁ ἅγιος ἔῤῥιπτο. Καὶ πρῶτα μὲν θάρσους αὐτὸν ἐμπίπλησι καὶ προθυμίας· ἔπειτα δὲ τὴν γλῶσσάν τε καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὸ πρότερον ἀναπλάττει. Ἰγιάσας δὲ καὶ τοὺς πόδας, καὶ ἁπλῶς οἱονεὶ τεθνηκότα ὅλον ἀναζωώσας, « Πρόσσχες, » ἔφη πρὸς αὐτὸν, « ὦ Μηνᾶ. Ἐγὼ εἰμι « Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, δι' ὃν αὐτὸς πέπονθας, οὐκ « ἀπολιμπανόμενός σου καὶ πρότερον, οὐδὲ μακρὰν « που τῶν ἀγώνων ὑπάρχων, ἀλλ' ἀναμένων γνω- « σθῆναί σου τὸ περὶ ἐμὲ φιλτρον καὶ ταῖς ἀρχαῖς « καὶ ταῖς ἐξουσίαις. Ἐπεὶ οὖν ἔγνωσταί, τὸ λοιπὸν « ἔσομαι μετὰ σοῦ φανερός σοι τὰς ἀντιλήψεις « ποιούμενος. Ἑρμογένην δὲ τὸν ἔπαρχον, ὃς τῷ « ἐμῷ χαλεπαίνει ὀνόματι, οὔριον μὲν ἱκέτην ἕξεις, « μετ' ὀλίγον δὲ κἀὶ συνάθλητὴν, ὡς καὶ σοὶ δῆλον, « καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ συμμαρτυροῦντά σοι, καὶ προθύ- « μως συμπάσχοντα καὶ συστεφανούμενον. Ἀνάξιον « γὰρ τῆς ἐμῆ φιλανθρωπίας ἀγνοίας ἕνεκα τὴν ἐν « γνώσει χρηστότητα καὶ ἀγαθοεργίαν αὐτοῦ παρα- « δραμεῖν. » Ταῦτα εἰπὼν, καὶ Πνευμα ἅγιον προστάξας οὕτως αὐτὸν τηρεῖσθαι, τοῦ βήματος

A studio lictorum, lingua martyri crudeliter evulsa fuit ex ore sacro, et ipsi ferri aciem deorsum injicientes, eam jam exscindebant, patiebatur vir generosus, et angore plenus erat ejus animus. Fortem tamen se præbebat, et ad Christum totam suam dirigebat cogitationem. Postquam autem finem accepit tormentum, defessum quidem erat sancto robur corporis : ipse vero Christi desiderio animo confirmatus, sensim sublato capite, et multum sanguinem exspuens, et defluxionibus totus effectus purpureus, confidenter omnes fixis aspiciebat oculis : et nutu præfecto suum in rebus asperis animum, et populo suam significabat fortitudinem : et se non modo non cedere, sed eam rem etiam delicias putare, et mortem sitire. B Præfectus autem furore correptus, quod etiam ludificans supplicium, populum suis nutibus testem faceret suæ magni animi virtutis, jussit protinus ejus quoque exscindi oculos. Postquam vero ministri ad hoc magnam adhibuere diligentiam, et statim, nulla communis naturæ moti misericordia, tenentes athletam, crudeliter ejus sacros effodiebant oculos, dolentis quidem (quidni enim ? et significantis humanæ naturæ imbecillitatem, ferentis autem hoc quoque fortiter, et caput, quoties id ab eis remittebatur, inclinantis, et quodammodo Domino gratias agentis, quod talia sit bona consequi dignus habitus : præfectus repente animo affectus, et tristitia motus ob ea quæ videbat, cum hoc solum dixisset : Cras reliquum corporis erit tradendum avibus, ut nullæ ad memoriam supersint reliquiæ, et cum sic jussisset servari, surrexit e tribunali.

XV. Milites vero sanctum adhuc modicum spirantem abducunt, et conjiciunt in carcerem. Noctu autem hora circiter tertia, cum quasi fulgur illustrasset carcerem, accedit Christus ad locum, in quo projectus fuerat sanctus, et primum quidem eum complet fiducia et animi alacritate, deinde linguam quoque et oculos reformat, ut prius. Deinde cum pedes quoque sanasset, et ut semel dicam, eum veluti mortuum totum denuo vivificasset : Attende, inquit, tibi ipsi, o Mena. Ego enim, inquit, sum Jesus Christus, propter quem es passus, qui neque prius a te aberam, neque longe eram a tuis certaminibus, sed exspectabam, ut tuus in me amor cognosceretur a magistratibus et potestatibus. Quoniam autem est cognitus, de cætero ero tecum, aperte te defendens. Hermogenem autem præfectum, qui meo est infestus nomini, cras quidem habebis supplicem, paulo post etiam socium certaminis, ut tibi erit manifestum, et qui pro me una tecum feret testimonium, promptoque et alacri animo tecum patietur, et simul coronabitur. Est enim mea indignum clementia, propter ignorationem, ejus in cognitione bonitatem, et bonorum operum effectionem p

terire. Hæc cum dixisset, et sanctum ei afflasset Spiritum, eum replet omni lætitia.

XVI. Præfectus autem quoniam et ipse erat solerti ingenio, et vir bonus, et beatum quidem Menam sciebat esse et doctum, et genere clarum et ex eadem præterea ortum patria, media nocte cum somnum excussisset, et ab ira, quæ tenebras offundit, ad se rediisset, et animo reputasset, qualia quidem sancto Menæ intulisset supplicia, quantam vero ipse contra attulisset fortitudinem et animi constantiam, nihil quod pusillum et abjectum ostenderet animum, aut passus, aut locutus : et quod is periisset, cujus sapientiæ et studio sunt omnes inferiores (eum enim jam existimabat mortuum, ut qui ad tanta non suffecisset supplicia), et seipsum damnans, quod non blanditiis eum potius induxerit (bene enim actum esset, si vel sic eum cepisset), oculos suffundit lacrymis, et deplorat jacturam. Decrevit ergo veluti viri tantam reveritus virtutem, cum mane surrexisset, illius corpus publice honorare, ut mortuos honorant, qui sunt eis proximi genere, et sic martyri pro injuria, quam ei fecerat, satisfacere. Orto autem jam die, quoniam erat theatrum plenum Alexandrinis (fuerat enim congregatum a præconibus, cum sic jussisset præfectus), præsidens ipse, jussit maximo honore e carcere ad tribunal deferri corpus martyris.

XVII. Cum vero qui missi erant, ingressi fuissent carcerem, viderunt miraculum, quod erat superius ratione et cogitatione : luce quidem plenum, obscurum alioqui carcerem : duos autem viros, quorum forma non potest verbis exprimi, qui assistebant quidem tanquam satellites, ut milites vero erant parati ad defendendum : martyrem autem non solum vivum, et conservantem illæsam corporis integritatem, sed placide etiam intuentem, et linguam moventem, et jucunde psallentem : « Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala : quoniam tu mecum es, Domine [5] : » protinus ergo visione obstupefacti, stetere muti. Cum brevi autem perspexissent non esse fraudem et somnium ea quæ videntur, sed vigiliam et veritatem, et divinam quamdam potestatem, mutati exclamaverunt : Magnus Deus Christianorum protinus ergo, procul abjectis illis ensibus militaribus, judicis autem iram nihili facientes, et præsides quidem ac præfectos damnantes, damnantes vero etiam ipsum imperatorem, crediderunt in Christum, et statuerunt deinceps manere apud sanctum. Cum autem ex eo contigisset diutius tardare milites, desiderabat autem civitas quidem videre corpus fortissimi athletæ, videre vero etiam, quid esset eventurum : stabat theatrum, adversus ipsum præfectum et milites indignans et tumultuans. Præfectus autem volens

A ἐμπνεύσας αὐτῷ, πάσης ἐμπίπλησιν εὐφροσύνης.

ΙϚ'. Ὁ δὲ ἔπαρχος, ἐπεὶ αὐτός τε ἦν ἀγχίνους μάλιστα καὶ χρηστός, καὶ τὸν μακάριον ᾔδει Μηνᾶν σοφόν τε εἶναι καὶ τὴν τύχην περιφανῆ, πρὸς ἔτι δὲ καὶ πατρίδος ὁρμώμενον τῆς αὐτῆς, μέσων νυκτῶν τοὺς ὕπνους ἀποτριψάμενος, καὶ τοῦ ἐπισκοτοῦντος ἀνανήψας θυμοῦ, καὶ λογισάμενος, οἷας μὲν αὐτὸς τῷ ἁγίῳ τιμωρίας ἐπήνεγκεν, οἷον δὲ πρὸς ταύτας ἐκεῖνος ἀνάστημα ψυχῆς καὶ καρτερίαν εἰσήνεγκεν, οὐδὲν μικρόψυχον, οὐδὲν ἀγενὲς ἢ παθὼν ἢ φθεγξάμενος, καὶ ἀπώλετο ἀνὴρ, οὗ πάντες ἥττονες τῆς σοφίας καὶ τῆς ἄλλης σπουδῆς (νεκρὸν γὰρ ἤδη αὐτὸν ὑπελάμβανε πρὸς τοιαύτας μὴ διαρκέσαντα τιμωρίας), καὶ καταγνοὺς ἑαυτοῦ, ὅτι μὴ B κολακείαις μᾶλλον Μηνᾶν ὑπηγάγετο, ἀγαπητὸν γὰρ καὶ οὕτως ἄνδρα τοσοῦτον ἑλεῖν, δακρύων τε πληροῦται τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ τῆς ζημίας ἐπέστενεν ἑαυτόν. Ἔκρινεν οὖν, ὥσπερ δυσωπηθεὶς τὴν τοσαύτην τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν, ἕωθεν ἀναστὰς, δημοσίᾳ τιμῆσαι τὸν ἐκείνου νεκρὸν, ὅσα δὴ καὶ τιμῶσι τοὺς κειμένους νεκροὺς οἱ προσήκοντες, καὶ οὕτως ἀπολογήσασθαι τῷ μάρτυρι τὰ τῆς ὕβρεως. Ἡμέρας δὲ ἤδη γενομένης, ἐπεὶ μεστὸν, ἦν Ἀλεξανδρέων τὸ θέατρον (ἤθροιστο γὰρ παρὰ τῶν κηρύκων οὕτω προσαγὲν παρὰ τοῦ ἐπάρχου), προκαθίσας αὐτὸς, ἐκέλευσε τιμῇ πολλῇ παρὰ τὸ βῆμα στρατιωτῶν χερσὶ τῆς εἱρκτῆς μετακομισθῆναι τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος.

C ΙΖ'. Ὡς δὲ ἐντὸς τῆς φυλακῆς οἱ πεμφθέντες ἐγένοντο, θαῦμα εἶδον κρεῖττον λόγου, καὶ διανοίας· φωτὸς μὲν κλήρη τὴν ἐζοφωμένην εἱρκτὴν, ἄνδρας δὲ δύο, τὴν μορφὴν ἀῤῥήτους, καὶ ὡς δορυφόρους μὲν παρισταμένους, ὡς ὁπλίτας δὲ ἀμύνειν ἑτοίμους· τὸν μάρτυρα δὲ οὐ μόνον ζῶντα καὶ τὴν ὁλοκληρίαν τοῦ σώματος ἀβλαβῆ περισώζοντα, ἀλλὰ καὶ ἥμερόν τι προσβλέποντα, καὶ τὴν γλῶτταν κινοῦντα καὶ φαιδρῶς ᾄδοντα· « Ἐὰν καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακά· ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ, Κύριε, » καταπλαγέντες εὐθὺς πρὸς τὴν ὄψιν, ἔστησαν ἐνεοί. Ἐν ὀλίγῳ δὲ συνιδοντες ὡς οὐκ ἀπάτη καὶ ὄνειρος τὰ ὁρώμενα, ἀλγ' ἐγρήγορσις καὶ ἀλήθεια καὶ θεία τις δύναμις, μεταβαλόντες, ἐδόξαν· Μέγας ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν. Αὐτίκα γοῦν τά τε στρατιωτικὰ ξίφη πόῤῥω καταβαλόντες, D εἰς οὐδὲν δὲ καὶ τὸν δικαστικὸν ἐκεῖνον θυμὸν θέμενοι, καὶ καταγνόντες μὲν τῶν ἀρχόντων, καταγνόντες δὲ καὶ τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ἐπίστευσάν τε εἰς Χριστὸν, καὶ τῷ ἁγίῳ παραμένειν εἰς τὸ ἔξῆς ἔκριναν. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὑστερίζειν ἐντεῦθεν συνέβη τοὺς στρατιώτας, ἡ δὲ πόλις ἐγλίχετο μὲν ἰδεῖν καὶ τὸν τοῦ ἀριστέως νεκρὸν, ἰδεῖν δὲ καὶ τί τὸ ἀποβησόμενον, εἱστήκει τὸ θέατρον, κατ' αὐτοῦ τε τοῦ ἐπάρχου καὶ τῶν στρατιωτῶν δυσχερείας καὶ θορύβου μεστὸν. Ὁ μέντοι ἔπαρχος, χαρίσασθαι τῷ δήμῳ βουλόμενος, ἐπεὶ ἔγνω τὸ λυπῆσαν αὐτοὺς οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν βραδυτῆτα τῶν στρατιωτῶν

[5] Psal. XXII, 4.

εἶναι, ἑτέροις πλείοσι καὶ σπουδαιοτέροις στρατιώταις τὴν ἀναχομιδὴν τοῦ μάρτυρος ἐπιτρέπει. Οἱ δέ, ἐπεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν φυλακὴν πεφοιτήκασι, καὶ θεαταὶ πάντων ἐκείνων τῶν παραδόξων κατέστησαν, ἦλθον δὲ καὶ τοῦ μάρτυρος τρανέστατα διαλεγομένου καὶ τὴν γλῶτταν εὐφραδῶς κινοῦντος, εἶδον δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας αὐτῷ καθάπερ θεῷ τινι προσανέχοντας, θάμβους πλησθέντες καὶ παρεκστάντες μικροῦ τῷ θεάματι, παραχρῆμα καὶ αὐτοὶ γνόντες θείας εἶναι τὸ πρᾶγμα δυνάμεως, ἐπέστησάν τι ὅλῃ ψυχῇ, μηδὲν τῆς ἐπάρχου φροντίσαντες ἐξουσίας, καὶ τοῖς λοιποῖς προσετέθησαν.

A gratificari populo, postquam cognovit nihil aliud esse, quod eis afferret molestiam, nisi militum moram diuturniorem, pluribus aliis diligentioribus militibus jubet, ut afferant martyrem. Cum autem illi ipsi quoque venissent in carcerem, et illas res omnes vidissent admirabiles, audivissent vero martyrem apertissime et expedissime disserentem, et linguam diserte moventem: viderunt autem milites quoque ei, tanquam Deo alicui animum adhibentes, admiratione pleni et spectaculo propemodum resoluti, ipsi quoque statim cognoverunt rem esse divinæ virtutis, et toto animo crediderunt, nihil præfecti curantes potestatem, et reliquis accesserunt.

ΙΗ. Ὁ ἅγιος τοίνυν, ἐπεὶ παρὰ τῶν στρατιωτῶν ἤκουσε ὡς πᾶσα ἡ πόλις παρέστηκεν ἤδη, τὸ θέαμα αὐτὸν περὶ πολλοῦ τιθεμένη, καὶ ὡς ἕτοιμοι πάντες πιστεύειν τῷ σῷ Θεῷ, εἰ θεάσαιντο μόνον τὰ περὶ σὲ θαύματα, οὐδὲν μελήσας, ἐξῆει, καὶ τοὺς στρατώτας ἔχων συνεπομένους. Ὡς δὲ ἀπιόντα αὐτὸν εἶδεν τὸ θέατρον εἶδεν ὁ δῆμος ὑγιῶς οὕτω καὶ πόλις ἔχοντα, ὥσπερ οὐδὲν ἀηδέστον πεπονθότα, ἔγνωσαν δὲ καὶ ὑπᾴδοντος, « Ἐὰν παρατάξηται ἐπ' ἐμὲ παρεμβολή, οὐ φοβηθήσεται ἡ καρδία μου, » ὑποκριτὴν εἶναι καὶ οὐδὲν πλέον σκηνῆς ὑπώπτευκε τὰ ὁρώμενα. Ἐπεὶ δὲ καὶ περιεργότερον τὰς ὄψεις ἐμβαλόντες, αὐτὸν ἐκεῖνον εἶναι τὸν Μηνᾶν ἀνεγίνωσκον, ὀφθαλμοῖς βλέποντα, καὶ γλώσσῃ λαλοῦντα, καὶ βαδίζοντα τοῖς ποσίν, εὐθὺς μιᾷ φωνῇ πάντες, Ἐκράτησεν, εἶπον, ἡ τοῦ Χριστοῦ δύναμις, καὶ αὐτοῦ θανάτου ἐκράτησεν. Εὐτυχὴς ἡ Ἀλεξανδρέων πόλις ἐνὸς τούτου ἀνδρὸς σήμερον τοσαύτην ἀπάτην φανέσασα, καὶ μεταμαθοῦσα καλῶς τὴν ἀλήθειαν. Θεοῦ μόνου ἀναμφιλόγως ἡ ἐξουσία αὕτη καὶ ἡ ἰσχύς. Αὔχει, ῥήτορ ἀθλητὰ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ σώζοντος, αὔχει. Ὁ δὲ ἔπαρχος, ἐκπλαγεὶς τῷ καινῷ καὶ παραδόξῳ τοῦ πράγματος, καὶ δείσας μὴ καὶ παρ' ἐλπίδας νεώτερόν τι πρᾶξαι τὸ θέατρον διανοηθείη, ἀνίστασθαι ἔκρινεν. Ὡς δὲ εἶδε τὸ πλῆθος πλῆρες ὂν ὁρμῆς καὶ κινήσεως, ἤκουέ τε καὶ πάντων βοώντων, Ἐπίμεινον, περίβλεπτε ἔπαρχε· μὴ φθονήσῃς πόλει τοσαύτῃ μεγίστου πράγματος, τὸν Θεὸν σήμερον ἐπιγνῶναι τὸν ἀψευδῆ, καὶ πρὸς τὸ φῶς εὐθυτορῆσαι τῆς ἀληθείας· γίνεται καὶ αὐτὸς ὅλος τῆς εἰς τὸν μάρτυρα παραδοξοποιίας, καὶ τῷ πλήθει σιωπᾷν παραγγέλλει. Τὸν δὲ ἅγιον παρ' αὐτὸν ἥκειν κελεύσας, ἐπεὶ ἐγγύτατα ἦν, κατενόει. Ἐνύπνια γὰρ αὐτῷ καὶ ἐδόκει αὐτῷ τὰ φαινόμενα, οὔπω πεῖραν λαβόντι Χριστοῦ. Ἐπεὶ δὲ τῶν δημίων οἱ παρεστῶτες καὶ ἡ ἄλλη πᾶσα δορυφορία, πρὸς δὲ καὶ αὐτὸς ἔπαρχος οἰκείαις χερσὶν ἕκαστα διαβασανίσαντες, ἀναντίῤῥητον ἔγνωσαν τὴν πίστιν τοῦ θαύματος, εὐθὺς τότε περιεστὼς ἅπαν καὶ αὐτὸς ἀπηνώθη ὁ ἔπαρχος.

B XVIII. Sanctus vero postquam audivit a militibus, jam totam adesse civitatem, magnificientem eum videre, et paratos esse omnes credere illius Deo, si, quæ in eum facta sunt, viderent miracula: nihil cunctatus egreditur, habens etiam simul cum eo secutos milites. Cum autem eum ad theatrum accedentem vidit populus adeo sanum et integrum, atque si nihil asperum et molestum esset passus, audivit vero eum quoque canentem: « Si constiterint adversus me castra, non timebit cor meum [6], » simulatum et scenicum quemdam esse actum suspicabantur ea, quæ videbantur. Postquam autem curiosius oculos conjicientes, agnoverunt illum esse Menam, oculis videntem, et lingua loquentem, et ingredientem pedibus, statim omnes una voce: Fortis fuit, dixerunt, fortis fuit Christi virtus, etiam adversus ipsam mortem. Felix civitas Alexandrina, quæ per unum hunc virum hodie C tantam fraudem deprehendit, et pulchre didicit veritatem. Dei solius citra controversiam est hæc potestas et virtus. Gloriare, o orator, athleta veri Dei et Servatoris, gloriare. Præfectus autem obstupefactus rei novitate et admirabilitate, et veritus, ne præter spem aliquid novi facere cogitaret theatrum, statuit surgere. Postquam vero vidit totum populum ferri quodam magno motu et impetu, et audivit omnes clamantes: Mane, o venerande præfecte, noli invidere tantæ civitati rem maximam, nempe ut verum Deum agnoscat hodie, et recta ingrediatur ad lucem veritatis: ipse quoque totus versatur in contemplenda re admirabili, quæ acciderat martyri, et populo denuntiat silentium. D Cum autem sanctum jussisset ad se veniri, ubi proxime fuit, eum animadvertit et cognovit. Nam ei quidem antea videbantur somnia ea, quæ apparebant, ut qui Christi nondum habuisset experientiam. Postquam autem et qui aderant lictores, et omnis alia satellitum caterva, quin etiam ipse præfectus propriis manibus singula examinantes, cui contradici non potest, fidem cognovere miraculi, tunc omnes circumsistentes, et ipse quoque præfectus obmutuit.

ιθ'. Ἱκανῆς δὲ ὥρας παρελθούσης, τὸ πολὺ τῆς

XIX. Cum autem permultum transiisset tempo-

[6] Psal. XXVI, 3.

ris, multum vero stuporis excusisset præfectus, et ad se rediisset, dixit sancto : Dic mihi, o homo, vere per Deum tuum : quid hæc sibi volunt ? et quæ videntur admirabiliter et præter opinionem ? Potest enim hæc Deus solus facere, et non alius. Sanctus autem cum brevi et principii expers Dei principium eos, qui aderant, docuisset, et quam esset crux necessaria et maxime salutaris, esset elocutus, et ad summam, universum susceptæ carnis œconomiæ explicasset mysterium, subjunxit in fine : Deus ergo, o præfecte, cum sit bonus atque benignus, et propter salutem hominum in terram descenderit, nullum vult omnino perire ex omnibus, et a bonis æternis excidere; sed quomodo mater post partum omnino quidem curam gerit filii, sustinet autem, propterea quod sit imperfectus, ejus etiam contumelias, non ideo male volens infanti (vincitur enim a visceribus, et valde potius cupit videre eum, cum pervenerit ad perfectionem, gloria aliqua et splendore insignem) : ita etiam Deus nostri quidem curam gerit post creationem, et tanquam pater sustinet ea, quæ in ipsum admittuntur delicta propter ignorationem : et a suis potius victus visceribus, benevole se gerit et clementer, nihil aliud desiderans, quam ut ejus gloriam consequamur, cum in virum perfectum creverimus ad mensuram ætatis spiritalis, sicut nos docet Paulus 7, plenitudinis ipsius Christi. Postquam ergo vidit vos Servator a dæmonibus inescatos, tarde venire ad ejus cognitionem, et ad æmulationem ipsum provocantes in non diis, ad iram concitantes in vestris simulacris, et non formidantes ejus vires et potentiam, vestri curam gerens tanquam filiorum in me hodie convicit, et errorem vestrorum cultuum, et zelum qui non est ex cognitione, ut ipsi quoque præsentes mihi confitemini. Discat ergo unusquisque vestrum, in me Christi reputans potentiam, quod homo, qui jam spectabam ad senectutem, et magnam quidem corporis partem, omnes autem vires tormentis amiseram, et perinde ac mortuus eram conjectus in carcerem, adsum nunc coram vobis integer, illæsus, nihil diminutus, tanquam rursus in lucem editus et iterum natus valentior, et si quis velit invenire eum, qui est vere Deus, cum agnoverit eum, qui mihi hodie dedit linguam, et pedes, et oculos, eum quoque esse credat, qui ab initio et alia, ipsam lucem, et rationem, et motum rebus donavit mobilibus. Cum sis ergo intelligens, o præfecte, ne sustineas ignorare eum, qui tui curam gerit, et tuam exspectat conversionem. Oportet enim te quoque ipsum ad Christum accedere, sicut etiam ab ipso mihi fuit significatum. Lætare autem, quod ad bonum et æternum sis Regem accessurus, et ad martyrii stadium te mecum exuturus.

XX. Præfectus autem, ut qui bonam haberet

θρέμματι ξενιζόμενος, αὐτὸς, οἷα τοῦ ἀγαθοῦ ποιμένος ἀγαθὸν πρόβατον, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου βίον ὥσπερ εἰς κάλλιστον ἀρχέτυπον ἀφορῶν, τὸ τοῦ διδασκάλου, μᾶλλον δὲ τὸ τοῦ Δεσπότου καὶ πρώτου διδασκάλου Χριστοῦ, ἐδείκνυ μέτριον. Λαβὼν γὰρ ὕδωρ καὶ τῷ νιπτῆρι βαλὼν, ἕτοιμος ἦν τῷ ἁγίῳ τοὺς πόδας ἐκθεραπεῦσαι. Οἱ γε μὴν ἐν γειτόνων, ἐπεὶ τὸν ἅγιον ᾔσθοντο παραλθόντα, συνέθεον καὶ αὐτοὶ, καὶ οὐδὲν ἧττον ἐβούλοντο τοῖς ποσὶν ἐκείνου τοῦτο ποιεῖν, καὶ ὡς περιμάχητόν τι παρ' αὐτοῖς τὸ πρᾶγμα ἐτίθουν, καὶ τῆς εὐλογίας ἀμφισβήτουν ἀλλήλοις.

ΙΑ'. Ἐν αὐτοῖς οὖν καὶ γυνή τις τοὺς πλείους ἐπαγωνιζομένη πολλή τις ἦν, τοῦτο μάλιστα ἐρᾶσαι βιαζομένη· ἣν δὲ οὔτη σαρκικῷ ἔρωτι ἁλοῦσα μὴ πρὸ πολλοῦ, καὶ ἥττων, οἴμοι! γενομένη τῆς ἁμαρτίας· αὐτὸς δὲ εἰς καρδίαν ὄντως ὁρῶν, καὶ εἰδὼς τὰ ἐκείνης εὖ ἐπιστάμενος, ἡρέμα μὲν τὸ ἥμερον ἐκεῖνο καὶ ἡδὺ αὐτῇ πρόσωπον ἀποστρέφει, ἡρέμα δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν, Μή μου ἅπτου, φησὶ, γύναι· οὐχ' ὡς ἄν τις εἴποι ἑαυτὸν ἀποσεμνύνων ἢ τὸ γύναιον μυσαττόμενος (πῶς γὰρ μαθητὴς ὢν ἐκείνου, τοῦ καὶ τελώναις καὶ πόρναις, καὶ ἁμαρτωλοῖς συνεσθίοντος :), ἀλλ' ἐντρέπων αὐτὴν, καὶ εἰς ἔννοιαν ἐμβάλλων τῆς πονηρᾶς πράξεως, καὶ ἡπίως οὕτω πρὸς μετάνοιαν ἐκκαλούμενος, ὃ δὴ καὶ πέρας εἶχε καὶ κατὰ σκοπὸν αὐτῷ διηνύετο. Εἰς γὰρ ἡ μὲν διετείνετο καὶ ἔτι ὁρᾶσαι τὸ σπουδαζόμενον, καὶ πολλὴν εἰσῆγε τὴν ἔνστασιν, ὁ δὲ καὶ μᾶλλον αὐτῆς καθίκετο πληκτικώτερον, ὅπερ ἐνεῖνη πέπραχε, φανερῶς ἐξειπών. τότε δὴ καὶ αὐτὴ τῷ μὲν σοφῷ τῆς ἐπιτιμήσεως τὴν ψυχὴν πληγεῖσα, ἐκπλαγεῖσα δὲ ὅτι καὶ πρὸς τοὺς τῆς ψυχῆς ἀθεάτους ἔβλεψε μώλωπας, ὕδασι μὲν οὐκ ἔτι, δάκρυσι δὲ τοὺς πόδας ἐκκαθαίρει, καὶ συντριβῇ καρδίας ἀπαγγέλλει τὸ πεπραγμένον. Τί οὖν; ἡ μὲν πρὸς αὐτὸν τὰ τῆς πόρνης, ὁ δὲ τὰ τοῦ Δεσπότου παῤῥησιαστικώτατα πρὸς αὐτὴν, « Θάρσει, θύγατερ, φησὶν, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. » Καὶ αὖθις· « Ἴδε ὑγιὴς γέγονας, μηκέτι ἁμάρτανε, » ἅμα καὶ τὴν νόσον κατὰ τοὺς σοφοὺς τῶν ἰατρῶν ἰώμενος καὶ τὸ μὴ τοῖς αὐτοῖς εἰλιν περιπεσεῖν προμηθούμενος. Οὕτω μὲν οὖν ἐκείνη καρποῦται τὰ τῆς ἰάσεως κάλλιστά τε καὶ ὠφελιμώτατα, ὡς μὴ μόνον αὐτῇ τὴν ὑγείαν ἀμετάβλητον μεῖναι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις διηγουμένην, ὁρμὴν πολλοῖς πρὸς σωτηρίαν ὀφθῆναι.

ΙΒ'. Ἐπεὶ δὲ τὸν μὲν βίον ἱκανὰ τεκμηριῶσαι τὰ θαύματα, δεῖ δὲ γνωρίσαι οἷος ἦν αὐτῷ καὶ περὶ τὴν πίστιν ὁ ζῆλος, τὸ προκείμενον γνωριεῖ. Ὅτε Ῥωμαίων ἦρχε μὲν Κωνσταντῖνος ὁ μέγας καὶ πρῶτος ἐν βασιλεῦσι Χριστιανὸς, ὑπάτευε δὲ Παυλῖνος καὶ Ἰουλιανός· ἀπὸ δὲ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου βασιλείας, ἕκτον καὶ τριακοστὸν καὶ ἑξακοσιοστὸν ἠνύετο ἔτος· τότε δὴ καὶ ἡ ἐν Νικαίᾳ πρωτόνυμος τῶν ἁγίων Πατέρων ἠθροίζετο σύνοδος,

et a quodam suorum amicorum, et bona sui gregis pecude hospitio esset exceptus, ipse tanquam ovis boni Pastoris, et qui ad illius vitam tanquam pulcherrimum exemplar intueretur, magistri vel potius Domini et primi magistri Christi, ostendit moderationem. Nam cum accepisset aquam, et eam in lavacrum immisisset, paratus erat sancto lavare pedes. Qui autem erant in vicinia, cum sensissent sanctum accessisse, ipsi quoque concurrerunt et volebant nihilo secius hoc ipsum facere illius pedibus: eamque rem ducebant hujusmodi, ut de ea re esset inter eos decertandum, et inter se contendebant de benedictione.

XI. Inter eos autem erat etiam quædam mulier, quæ complures in hoc certamine superabat urgebatque, et hoc maxime volebat facere. Ea vero fuerat haud ita pridem capta carnali amore, et victa, proh dolor! a peccato. Ipse autem revera in cor intuens, et ut qui sciret, quemadmodum res ejus se haberet, sensim quidem avertit mansuetam illam et suavem suam faciem; sensim vero ei quoque dicit: Ne me tangas, mulier; non, ut dixerit quispiam, sibi placens et se magnifice circumspiciens, aut mulierem abominans (quomodo enim, qui erat illius discipulus qui vescebatur cum publicanis, meretricibus et peccatoribus?) sed eam pudore afficiens, et turpem ei actionem revocans in memoriam, et sic eam placide vocans ad pœnitentiam: quod quidem est ab eo perfectum, et scopum est assecutus. Quo enim illa magis contendebat facere, quod studebat, magisque urgebat et instabat, ille eo acrius eam tetigit, aperte dicens id, quod illa fecerat. Tunc ipsa sapienti quidem reprehensione animo sauciata, obstupefacta autem, quod qui sub oculos non cadebant, animæ livores aspexisset, non amplius quidem aquis, lacrymis autem pedes emundat, et contrito corde enuntiat id quod factum fuerat. Quid ergo? illa quidem ei ea quæ meretrix; ipse autem ea quæ Dominus, ei dicit liberrime: « Confide, filia: dimissa sunt tibi peccata tua [3]. » Et rursus: « Ecce sana facta es; noli amplius peccare [4]; » simul et morbum curans, sicut sapientes medici, et providens ne rursus in eadem incidat. Atque sic illa quidem curationem assequitur pulcherrime et utilissime, ut non solum ei esset sanitas immutabilis, sed etiam aliis narrans, multis esset occasio consequendæ salutis.

XII. Quoniam autem ex miraculis quidem sumitur de vita conjectura, oportet vero declarare, qualis esset ei zelus circa fidem, hoc indicabit id quod est propositum. Quando Romanis imperabat magnus ille Constantinus, et primus inter imperatores Christianus, consul autem erat Paulinus et Julianus: a regno vero Alexandri Philippi filii agebatur sexcentesimus tricesimus et sextus annus, tunc Nicææ congregata fuit insignis illa Patrum

[3] Luc. VII, 47. [4] Joan. V, 14.

synodus, ut Arium quidem deponerent, qui rem creatam impie nominabat Filium: decernerent vero Filium esse ejusdem essentiæ cum Patre. Erant autem ex iis quidem, qui ejus suffragabantur blasphemiæ, primi et maxime insignes Eusebius Nicomediæ, et cum illo Maris et Theognis. quorum hic quidem Nicææ, Maris autem erat episcopus Chalcedonensis. Isti, Ario duce illius insaniæ, Dei Filium et Deum creatum esse (o insaniam!) improbi et scelerati homines decernebant. Eorum autem, qui pro pietate decertabant principes, quorum et doctrina simul et vita erat præstantissima, erant hi: magnus inter sanctos Alexander, qui erat presbyter, tunc vero vicem gerebat beati illius Metrophanis, ut qui ipse non adesset; quod ab esset autem, causa erat morbus: et clarissimus ille Athanasius, qui nondum sacerdotali sede erat decoratus, sed in Ecclesia Alexandrina munus obibat diaconi. Quocirca non parva in eos irrepsit invidia, quod cum nondum dignitate præstarent, in ratione fidei alios superarent. Erat autem cum eis quoque magnus ille Spiridon, cujus vita et quæ cum eo habitabat gratia, erat utilior ad persuadendum, quam linguæ aliorum, et inevitabiles ansæ syllogismorum, splendidæque et elegantes periodi orationum.

A ἐφ' ᾧ καθελεῖν μὲν τὸν Ἄρειον, κτίσμα τὸν Υἱὸν δυσσεβῶς ὀνομαζοντα, δογματίσαι δὲ τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ὁμοούσιον· ἦσαν δὲ τῶν μὲν τῆς βλασφημίας αὐτῷ συναιρομένων οἱ πρῶτοι μάλιστα καὶ ἐπισημότατοι Εὐσέβιος ὁ Νικομηδείας, Μάρις τε σὺν ἐκείνῳ καὶ Θέογνις, ὧν ὁ μὲν Νικαίας, Μάρις δὲ, Χαλκηδόνος ἐπίσκοπος ἦν. Οὗτοι Ἀρείου τῆς λύσσης ἀφηγουμένου, τὸν τοῦ Θεοῦ Υἱὸν καὶ Θεὸν, κτιστὸν, ὦ μανίας! τὰ πονηρὰ κτίσματα ἐδογμάτιζον. Τῶν γε μὴν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας διαγωνιζομένων οἱ πρόμαχοι, ὧν καὶ λόγος ἅμα καὶ βίος, τῶν ἄλλων διαφορώτατος ἦν, ἦσαν οὗτοι. Ὅ τε μέγας ἐν ἁγίοις Ἀλέξανδρος, πρεσβύτερος μὲν ὤν, ἄρτι δὲ τὸν τοῦ μακαρίου Μητροφάνους τόπον ἐπέχων, ὡς ἂν αὐτοῦ μὴ παρόντος, ἀλλ' αἰτίαν τῆς ἀπολείψεως νόσον ἔχοντος, καὶ Ἀθανάσιος ὁ πολὺς, οὔπω τότε B τὸν ἱερατικὸν ὁρόνον ἀποσεμνύνων, ἀλλὰ τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας τὴν τοῦ διακόνου τάξιν ἀποπληρῶν· διὸ καὶ φθόνος κατ' αὐτῶν οὐ μικρὸς ὑφετρπεν, ὅτι μήπω διαφέροντες ἀξιώμασι, πολὺ περὶ τὸν λόγον τῆς πίστεως τῶν ἄλλων ἐκράτουν. Ἦν δὲ ἄρα σὺν τούτοις καὶ Σπυρίδων ὁ μέγας, οὗπερ ὁ βίος μᾶλλον, καὶ ἡ συνοικοῦσα χάρις ἀνύσιμος εἰς πειθὼ ἢ τῶν ἄλλων αἱ γλῶσσαι, καὶ τῶν συλλογισμῶν αἱ ἄφυκτοι λαβαὶ, καὶ αἱ τῶν λόγων κομψαὶ περίοδοι.

XIII. Cum autem hic adesset (hic enim jam res est jucundissima), intererant autem synodo etiam philosophi, cum ita videretur imperatori, qui ab ambulando se jactabant, et animos seducente sophistica arte erant summe eruditi. Quidam vero unus inter eos primas partes tenebat in agendo, C qui habebat persuadendi vim inexpugnabilem, et cujus eloquentia linguis celebrabatur omnium. Is congressus cum episcopis, fortiter defendebat Arium, et valde resistebat. suscipiens ejus patrocinium, adeo ut magnam partem populi attraheret ad audiendum, aventem scire, utri ex contradicentibus futuri essent superiores. Nihil igitur erat adeo solutu difficile, quod non ille redderet facile solubile sua dicendi copia et facultate. Cum autem sæpe in arctum cogeretur responsio, instar anguillæ elabebatur, furtis persuasionis et escis sophisticis. Erat ergo veritatis et artis contentio; illis quidem, qui veram tuebantur rationem, sententiis non artificiose et callide excogitatis sophistam ferientibus; hoc autem, tanquam arma, objiciente varietatem orationis, fallacemque et subdolam ratiocinationem, et ea se magis arbitrante posse vincere.

ΙΓ'. Ὡς δὲ καὶ οὕτω παρῆν (ἐντεῦθεν γὰρ ἤδη καὶ τὸ τοῦ πράγματος ἡδιστον), παρῆσαν δὲ καὶ φιλόσοφοι τῇ συνόδῳ, τῷ βασιλεῖ τοῦτο δοκοῦν, κόμπον περιπατητικὸν αὐχοῦντες, καὶ σοφιστικὴν ψυχαγωγίαν ἄκρως πεπαιδευμένοι. Εἷς δέ τις ἐν αὐτοῖς ἡγεῖτο τοῦ λόγου, ἀμαχον εἰς πειθὼ δύναμιν ἔχων, καὶ διὰ πάσης γλώττης τὴν εὐγλωττίαν φθόμενος. Οὗτος τοῖς ἐπισκόποις συμμίξας, ἰσχυρῶς Ἀρείῳ συνέστη, καὶ λίαν ἀντεῖχε συνηγορῶν, ὡς καὶ τὸ πολὺ τοῦ πλήθους εἰς ἀκρόασιν ἐπισπάσασθαι, γλιχομένους μαθεῖν, πότεροι τῶν ἀντιλεγόντων νικῶντες ἔσονται. Οὐδὲ γὰρ ἦν οὕτω πρὸς ἐπίλυσιν δυσχερὲς, ὃ μὴ εὔλυτον ἐκεῖνος ἐτίθει τῇ πρὸς τὸ λέγειν περιουσίᾳ. Καὶ εἰς στενὸν δὲ πολλάκις τῆς ἀπολογίας αὐτῷ καταστάσης, δίκην ἐγχέλυος διωλίσθαινε πειθοῦς κλέμμασι καὶ σοφιστικοῖς δελεάμασιν. Ἦν οὖν ἀληθείας καὶ τέχνης ἅμιλλα, τῶν μὲν τἀληθῆ φιλελογούντων, νοήμασιν ἁρμοδιουργήτοις βαλλόντων τὸν σοφιστὴν, τοῦ δὲ καθάπερ ὅπλα προβαλλομένου τὸ ποικίλον τοῦ λόγου, καὶ παραλογιστικὸν καὶ κακότεχνον, καὶ τούτῳ μᾶλλον οἰομένου κρατεῖν.

XIV. Sed ne dicendi facultatis esset victoria, verum Christi et veritatis, aliis viris doctis prætermissis, ea fuit Spiridonis viri simplicis, qui cum nihil aliud sciret nisi Christum, eumque crucifixum, sicut ait Paulus[5]: cum vidisset philosophum se jactantem sophismatibus, et linguam maledicam moventem contra Christum, et nostra

ΙΔ'. Ἀλλ' ἵνα μὴ τῶν λόγων τὸ νικᾶν εἴη, ἀλλὰ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀληθείας, τοὺς ἄλλως λογίους παραδράμον, Σπυρίδωνος τοῦτο τοῦ ἁπλοῦ γίνεται, ὡς οὐδὲν ἄλλο τι πλέον εἰδὼς ὅτι μὴ Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, ὡς φησιν Παῦλος. Ὡς εἶδε τὸν φιλόσοφον τοῖς σοφίσμασι βρενθυόμενον, φιλολοίδορόν τε γλῶσσαν κινοῦντα κατὰ Χριστοῦ, καὶ τὰς

[5] I Cor. II, 2.

ἡμέτερα διαχλευάζει πειρώμενον, προσελθὼν ἐκεῖνος, ἠτεῖτο μικρόν τι καὶ αὐτῷ πρὸς λόγους ἐλθεῖν. Οἱ δὲ τοῦ μέρους τῆς εὐσεβείας, τὸ ἁπλοῦν αὐτῷ καὶ ἀρχαϊκὸν συνειδότες, πρὸς ἔτι δὲ καὶ τὸ τῆς Ἑλληνικῆς παιδείας καθαρῶς ἄγευστον, ἐκώλυον εἰς μέσον ἐλθεῖν καὶ τῷ σοφιστῇ συμβαλεῖν. Τὸν δὲ, μηδὲν ἐκείνοις πεισθέντα ἤδει γὰρ τί μέν ἡ ἄνωθεν σοφία, τί δὲ ἡ ἀνθρωπινὴ καὶ καταργουμένη δύναται, προσελθεῖν τῷ ἀνδρὶ, καὶ φάναι· ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὦ φιλόσοφε, πρόσσχες ἄρτι καὶ ἐμοὶ τὸν νοῦν, καὶ ἃ βούλομαι λέγειν, αὐτὸς ἄκουσον. Τοῦ δὲ φήσαντος ὡς Σὺ μὲν λέξον, ἐγὼ δὲ ἀκούσομαι. Εἷς ἔστι, Σπυρίδων ἔφη, Θεὸς, οὐρανοῦ τε καὶ γῆς καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν ἐν μέσῳ δημιουργός. Οὗτος, ὁ καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις παραγαγὼν, οὗτος ὁ ἐκ γῆς τὸν ἄνθρωπον διαπλάσας καὶ πάντα ὁμοῦ ὁρατά τε καὶ ἀόρατα παραστήσας, τούτου τῷ Λόγῳ τε καὶ τῷ Πνεύματι, παρήχθη μὲν ὁ οὐρανὸς, παρήχθη δὲ γῆ, ἀνεχέθη θάλασσα, ἐτάθη ἀὴρ, ἐτέχθη ζῶα, ἄνθρωπος διεπλάσθη, τὸ μέγα τοῦτο ζῶον καὶ θαυμαστὸν δημιούργημα, πάντα γέγονε, ἀστέρες, φωστῆρες, ἡμέρα, νὺξ, τὰ λοιπὰ, πάντα. Τοῦτον οὖν τὸν Λόγον Θεοῦ ἡμεῖς εἰδότες Υἱὸν καὶ Θεὸν, ἐκ Παρθένου δι' ἡμᾶς πιστεύομεν γεγεννῆσθαι καὶ ἐσταυρῶσθαι, καὶ τέλος, τεθάφθαι· εἶτα καὶ ἀναστάντα, καὶ ἡμᾶς συνεγείραντα, καὶ ἄφθαρτον ἡμῖν καὶ ἀΐδιον παρεσχηκότα ζωήν. Τοῦτόν φαμεν καὶ αὖθις ἐψεύσεσθαι πάντων κριτὴν καὶ τῶν ἡμετέρων καὶ ἔργων καὶ λόγων, καὶ λογισμῶν ἀπαραλόγιστον λογιστήν· τοῦτον ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, τοῦτον σύνθρονον, τοῦτον ὁμότιμον. Οὐκ ἄρα καὶ σὺ ταῦτα, ὦ φιλόσοφε, δοκεῖ;

conantem subsannare, accedens petiit, ut sibi liceret parumper cum eo colloqui. Qui autem erant earumdem partium, cum scirent quam esset ei simplex et prisca pietas, et præterea quod Græcorum doctrinam ne summis quidem labris gustasset, prohibebant ne veniret in medium, et congrederetur cum sophista. Is vero ab eis minime persuasus (sciebat enim quid superna quidem esset sapientia, quid autem humanæ vires, et quæ inanes redduntur et abolentur), ad virum accessit, et dixit: In nomine Jesu Christi, o philosophe, mihi jam quoque animum adhibe, et audi ipse quæ volo dicere. Cum is autem dixisset: Tu quidem dic, ego vero audiam. Unus est Deus, inquit Spiridon, cœli et terræ et aliorum omnium quæ intercedunt, opifex. Is est, qui cœlestes produxit virtutes; is est, qui e terra formavit hominem, et omnia constituit tam quæ sub aspectum cadunt quam quæ non cadunt. Hujus Verbo et Spiritu productum quidem est cœlum: producta est autem terra, diffusum est mare, extensus est aer, generata sunt animalia, homo formatus est, magnum hoc animal et opus admirabile: omnia facta sunt, astra, luminaria, dies, nox, reliqua omnia. Hoc ergo Verbum Dei nos scientes esse Filium et Deum, ex Virgine propter nos credimus esse natum, et crucifixum, et fuisse postremo sepultum, deinde etiam resurrexisse. Deinde cum resurrexerit, et nos simul fecerit resurgere, et ab interitu alienam et æternam nobis vitam præbuerit, eum dicimus etiam rursus venturum judicem omnium, nostrorumque factorum, sermonum et cogitationum incorruptum et qui falli minime potest, judicem: eum esse ejusdem cum Patre essentiæ, et simul considere, esse ei honore æqualem. Non hæc quoque ita tibi esse videntur, o philosophe?

ΙΕ'. Ὁ μὲν ἤρετο· ὁ δὲ ὥσπερ αὐτὴν ἔχων καὶ πρὸ τοῦ ψυχὴν, οὐ δὲ τὴν αὐτὴν καὶ φρένα καὶ γλῶτταν, οὕτω ῥᾳδίως ἀντιτιθεμένην καὶ ἀντερίζουσαν, ἐπλήγη μὲν τὴν ἀκοὴν, ἐξεπλάγη δὲ τὴν ψυχὴν, τὴν φωνὴν ἐσβέσθη καὶ ἀποσιωπήσας ἐφ' ἱκανὸν, οὐδὲν ἕτερον ἔσχε φθέγξασθαι ἢ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχειν δοκεῖ. Ὁ δὲ ἅγιος, Ἄγε οὖν, ἔφη, ἐπεὶ καὶ ταῦτά μοι συνομολογεῖς, μηδὲ τοῖς ἔργοις διαφωνῶν ἴσο· ἀλλ' εἰδὼς τίς τε ὁ Θεὸς, καὶ τὸ πᾶν τοῦτο ποιήσας, ἀνάστας τῇ Ἐκκλησίᾳ πρόσελθε, καὶ τὸ σημεῖον τῆς ὀρθοδόξου λάμβανε πίστεως. Ταῦτα ἐπειδὴ ἤκουσεν ὁ φιλόσοφος, μετέβαλε μέν αὐτίκα πρὸς ἀκριβῆ Θεοσέβειαν, ἐπιστραφεὶς δέ πρός τοὺς μαθητὰς καὶ τοὺς ἄλλους τῶν λεγομένων ἀκροατὰς, Μέχρι μέν, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἐν λόγοις ἦν ὁ ἀγὼν, ἀντεῖχον τῇ τέχνῃ κἀγώ· ἤνίκα δὲ λόγοι μὲν οὐκ ἦσαν, θεία δὲ δύναμις ἀντίθετος ἦν, καὶ ἀῤῥήτου τινὰ καὶ ἀπορῥήτων ἐν ἁπλότητι ῥημάτων ἐπεδείξατο τὴν ἰσχὺν, τὸ τε δὴ τὴν ἧτταν οὐκ ἐπαισχύνομαι, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἡδέως συμβουλεύσαιμι ἄν, εἴ τις μὴ τοσοῦτον σκαιὸς, ἢ περὶ τὴν ἀλήθειαν κακοῦργος ἐθέλων πιστεῦσαι Χριστῷ, καὶ τῷ γέροντι ἕψεσθαι τούτῳ, ἢ μὲν γλῶττα πάντως ἀνθρώπου, οἱ δὲ λόγοι Θεοῦ, πόσην οἴεσθε τοῦτο τοῖς μὲν ἀρειανίζουσιν αἰσχύνην, τοῖς εὐσεβοῦσι δὲ τιμὴν

XV. Ille quidem interrogavit; philosophus vero, ut qui non eamdem quam prius haberet animam, nec eamdem mentem et linguam, quæ tam facile opponeret et contenderet, auribus quidem fuit attonitus, animo vero obstupefactus; ei autem vox est exstincta: et cum aliquandiu conticuisset, nihil aliud habuit quod responderet, nisi: Hæc quoque ita mihi se habere videntur. Sanctus autem: Age ergo, inquit, quoniam hæc tu mecum confiteris, nec factis velis discrepare, sed cum scias, quis sit Deus, et quis hoc fecerit universum, surge et accede ad Ecclesiam, et accipe signum rectæ fidei. Hæc postquam audivit philosophus, status quidem mutatus fuit ad accuratam ac perfectam religionem. Conversus autem ad discipulos et alios auditores eorum quæ dicebantur: Quandiu quidem, inquit, o viri, certatum est verbis, ego quoque arte restiti. Quando vero non amplius quidem verba, sed divina virtus fuit opposita, et in verborum simplicitate arcanam quamdam et ineffabilem ostendit virtutem, tunc me non pudet esse victum. Quin etiam et mihi ipsi, et aliis libenter consuluerim, si non sit aliquis nimis sinister et perversus, aut qui se in veritatem velit improbe gerere, ut credat Christo, et hunc senem sequatur:

cui lingua quidem omnino est hominis, verba autem sunt Dei. Quantum putatis hoc Arianis quidem dedecus, piis autem honorem attulisse et voluptatem? Illi autem fuere superati, cum omnes fere quidem rectæ assensi essent sententiæ : sex vero soli relicti essent Ario, futuri mala pars et improba patris mendacii et ab initio implacabilis inimici veritatis.Tam aperte confutatis iis quorum mala erat opinio reversi sunt episcopi, victoria quidem læti,miraculo autem obstupefacti, et propter hæc ambo Deum laudantes, nempe quod et aspexissent admirabilia, et quæ erant præter opinionem, et quod vicissent Arii insaniam. Porro autem ipse quoque imperator miraculo omnino obstupefactus,Spiridonem omni honore prosequitur, et cum postulasset ut per ipsum Deum haberet propitium, eum domum dimittit.

XVI. Interim vero dum hæc agitarentur, moritur quidem sancto filia, quæ nata ei fuerat ex honorabili conjugio; et florenti ætate longe speciosiorem ostendens temperantiam, permansit virgo toto tempore, res quæ puro sponso digna est et thalamis cœlestibus.Reversus autem magnus Spiridon, cum eam ita tulisset calamitatem, ut par est virum talem : ad eum vero,qui paulo ante advenerat,accessisset quædam mulier,tristis admodum et deflens miserabiliter,quod apud filiam ejus adhuc superstitem ornamentum quoddam aureum deposuisset, cumque illa celeri morte prærepta esset, quod ejus fidei creditum fuerat, apud eam mansisset, fuit hoc sancto curæ (quidni enim. cum esset animo tam benigno?), et nisi restitueretur depositum, violatum jus esse judicabat et ei putabat fieri injuriam. Cum ergo totam suam domum diligenter scrutatus, nusquam id, quod quærebatur, potuisset invenire, quidnam fit,et quemnam affert exitum multiplex Dei sapientia? Accedit ad loculum,sicut meus Christus prius ad Lazarum, ut qui omnino esset ejus discipulus, et, quoad ejus fieri posset, res illius imitaretur. Multi autem eum sequebantur ex iis, qui cum illo versabantur. Deinde perinde ac si non in sepulcro, sed in thalamo adhuc esset viva, conveniens filiam, ea suo nomine vocata, omnibus qui cum eo aderant audientibus : Filia, Irene, inquit, ubi est ornamentum, quod apud te fuit depositum? Illa tanquam ex molli aliquo somno expergefacta, simul sanum servans et spiritum et vocem: Domine mi, inquit, in hac parte domus fuit a me repositum aureum illud ornamentum. Invasit post hæc stupor eos, qui aderant. Deinde miraculum etiam sequitur aliud miraculum : nam perinde ac si ille esset vitæ et mortis dominus, et hoc dono a Christo quem desiderabat honoratus, qui ad breve tempus propter usum eam vivificaverat, jubet rursus mori : Dormi de cætero, inquit, filia, donec communis Dominus te cum omnibus communiter excitaverit. Ipse autem cum accessisset ad illam filiæ domunculam,et, ut dixerat filia,ornamentum invenisset,

ἅμα περιποιῆσαι καὶ ἡδονήν ; Οἵ γε τοσοῦτον οἱ μὲν ἐκράτησαν, οἱ δὲ ἡττήθησαν ὡς, μικροῦ πάντων τῇ ὀρθῇ προσθεμένων δόξῃ, ἓξ μόνους τῷ Ἀρείῳ περιλειφθῆναι, μερίδα φαύλην καὶ μοχθηρὰν ἑσομένους τοῦ πατρὸς τοῦ ψεύδους καὶ τοῦ ἐξ ἀρχῆς ἀσπόνδου τῆς ἀληθείας ἐχθροῦ. Οὕτω φανερῶς τῶν κακοδόξων ἐλεγχθέντων, ὑπέστρεφον οἱ ἐπίσκοποι, ἡδόμενοι μὲν τῇ νίκῃ, ἐκπληττόμενοι δὲ τῷ θαύματι, καὶ Θεὸν δοξάζοντες ἐπ' ἀμφοτν τούτοιν, οἵς τε τὰ παράδοξα ἐθεάσαντο, καὶ οἷς τῆς Ἀρείου μανίας περιεγένοντν· καὶ ὁ κρατῶν δὲ αὐτὸς ὅλος ἐν ἐκπλήξει τῷ θαύματι γεγονὼς, πάσῃ τε τιμῇ τὸν ἄνδρα τιμᾷ, καὶ ἵλεω δι' αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἔχειν ἐξαιτησάμενος, οἴκαδε παραπέμπει.

ΙϚ' Ἐν δσῳ ταῦτα ἐτρίβετο θνήσκει μὲν τῷ ὁσίῳ ἐξάπινα ἡ θυγάτηρ· ἥτις αὐτῷ ἐκ τιμίου γενομένη τοῦ γάμου, καὶ τῆς γε καθ' ὥραν ἡλικίας παρὰ πολὺ τὸ σῶφρον ὡραιότερον ἐπειξαμένη, παρθένος τὸν ὅλον διήγαγε χρόνον, χρῆμα τῷ καθαρῷ νυμφίῳ καὶ τῶν οὐρανίων θαλάμων ἄξιον· Σπυρίδων δὲ ὁ μέγας ἐπανελθών, καὶ τὴν συμφορὰν ἐνεγκὼν ὥσπερ ἄρα τὸν τοιοῦτον εἰκὸς ἐνεγκεῖν, ἐπεὶ αὐτῷ ἄρτι ἐπιδεδημηκότι, γυνή τις προσῆλθε περιπαθῶς ἔχουσα καὶ ὀδυρομένη, ἀφ' ὧν ἔτι αὐτοῦ τῇ θυγατρὶ περιοὐσῃ κόσμιόν τι χρυσοῦν παρέθετο, κἀκείνης ὀξέαν οὕτω τὴν τοῦ θανάτου τομὴν δεξαμένης, τὸ πιστωθὲν παρ' αὐτῇ ἔμεινεν, ἐμέλησε τῷ ὁσίῳ, καὶ πῶς γὰρ οὔ ; τοιαύτη ἔχοντι φιλάνθρωπον τὴν ψυχήν, καὶ ὥσπερ εἰ μὴ ἀνασωθείη τῇ παρακαταθεμένῃ τὸ ἴδιον, ἐσφάλθαι περὶ τὸ δίκαιον κρίνοντι καὶ ἀδικεῖν τὸ μέρος αὐτὴν οἰομένῳ. Ὡς οὖν ἅπαντα τὸν αὐτῆς οἶκον ἀκριβῶς διαψηλαφήσας, οὐδαμοῦ τὸ ζητούμενον εἶχεν εὑρεῖν, τί γίνεται, καὶ ποῖον ἡ πολύτροπος τοῦ Θεοῦ σοφία τὸ πέρας ἐπάγει ; Πρόσεισι τῇ σορῷ, καθάπερ ὁ ἐμὸς Χριστος ἐπὶ Λαζάρῳ τὸ πρότερον, τούτου πάντως καὶ αὐτὸς μαθητὴς ὤν, καὶ ὡς οἷόν τε τὰ ἐκείνου μιμούμενος, εἵποντο δὲ αὐτῷ καὶ τῶν συνόντων πολλοί. Εἶθ' ὥσπερ οὐκ ἐν τάφῳ, ἀλλ' ἐν θαλάμῳ τῇ θυγατρὶ ἔτι ζώσῃ περιτυγχάνων, πρὸς ὄνομα καλέσας εἰς ἀκοὰς πάντων, οἳ ἔτυχον αὐτῷ συμπαρόντες, Τέκνον, εἶπεν, Εἰρήνη, ποῦ τὸ παρακατατεθέν σοι τουτο δὴ κόσμιον ; Ἡ δὲ εὐθέως καθάπερ ἐξ ὕπνου τινὸς μαλακοῦ διαγρηγορήσασα, καὶ ὑγιὰ σώζουσα καὶ τὴν πνοὴν ἅμα καὶ τὴν φωνὴν, Κύριέ μου, φησὶ, παρὰ τῷδε τῷ μέρει τοῦ οἴκου τὸ χρυσοῦν ἐνεῖνο κατετέθη μοι κόσμιον. Ἔκπληξις ἐπὶ τούτοις ἐλάμβανε τοὺς παρόντας. Εἶτα καὶ θαῦμά τι ἕτερον ἐπηκολούθει τῷ θαύματι. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνος ζωῆς τε καὶ θανάτου κύριος ὢν, καὶ ταύτῃ πρὸς τοῦ ποθουμένου Χριστοῦ τῇ δωρεᾷ τιμηθείς, ὁ κατὰ χρείαν ἐπὶ βραχὺ ζωώσας, θνήσκειν ἐκέλευε πάλιν, καὶ, Κάθευδε, τέκνον, ἔφασκε, τὸ λοιπὸν, ἕως ὁ κοινὸς Δεσπότης μετὰ πάντων κοινῶς ἐγερεῖ σε. Αὐτὸς δὲ παρ' ἐκεῖνον δὴ τὸν οἰκίσκον τῆς θυγατρὸς ἀφικόκενος, καὶ ἦπερ, ἔφη τὸ κόσμιον εὑρη-

κώς τε καὶ ἀνελόμενος, ἐγχειρίζει τῇ γυναικὶ, αὔξησιν οὕτω καὶ πίστωσιν τῷ θαύματι παρασχών. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τῇ νήσῳ. A et sustulisset, id tradit mulieri, sic et augens miraculum, et ejus majorem fidem faciens. Et hæc quidem in insula.

ΙΖ'. Ἵνα δὲ μηδὲ Ἀντιόχεια τῆς Σπυρίδωνος ἀρετῆς τε καὶ χάριτος ἀθέατος ᾖ μηδ' ἀμάρτυρος καὶ τοῦτο τελεῖται παραδόξως ὅσον καὶ θαυμαστῶς. Τὸ δὲ ὅπως, ὁ λόγος ἤδη δηλώσει. Ἀπολείπει μὲν ἄρτι Κωνσταντῖνος ὁ μέγας μετά γε τῆς ἀρχῆς, καὶ τὸν βίον· διαιροῦνται δὲ ταύτην οἱ τούτου υἱεῖς. Καὶ Κωνστάντιος μὲν, τῆς Ἑῴας ἄρχειν λαχὼν, εἰς τὴν μεγάλην τῆς Κοίλης Συρίας πόλιν, τὴν Ἀντιόχου φημὶ, διατρίβων ἦν· νόσος δὲ αὐτῷ ἐπισκήπτει μάλα δεινὴ, ἰατρῶν τέχνην καὶ χεῖρας ἐλέγχουσα. Τούτῳ τοι καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἀπογνοὺς, ἐδεῖτο μόνου τοῦ καὶ ψυχὰς εἰδότος καὶ σώματα θεραπεύειν. Συντονώτερον δὲ χρωμένῳ τῇ προσευχῇ, νυκτὸς B ἵσταται ὄψις, ἄγγελος ὑποδεικνύων αὐτῷ πολλῶν ἁγίων ἐπισκόπων χορόν. Οἷς ὁ βασιλεὺς ἀτενίσας ἐν μέσοις αὐτοῖς, ὁρᾷ δύο τινὰς ἱσταμένους ἐπισκόπους μὲν καὶ αὐτοὺς ἐοικότας, προστάτας δὲ τῶν ἄλλων καὶ ἀρχηγοὺς εἶναι δοκοῦντας. Τούτους αὐτῷ ὁ ἄγγελος παραδείξας, μόνους ἔλεγεν εἶναι τῆς ἐκεῖ νόσου θεραπευτάς. Ἐπεὶ δὲ καὶ ὁ ὕπνος ἀφῆκεν αὐτὸν, διεσκοπεῖτο μὲν, τίνες ἂν οὗτοι εἶεν, οὐκ εἶχε δὲ τὸν ὄνειρον συμβαλεῖν. Πῶς γὰρ, ὧν μήτε κλῆσις μήτε πατρὶς ἐκείνῳ γνώριμος ; Ἄλλως τε καὶ θατέρου τούτων φανέντος μὲν αὐτῷ κατ' ἐπίσκοπον, οὔπω δὲ τότε γενομένου τῆς ἀληθείας, ἀλλὰ τὸ μέλλον ἔσεσθαι, ὡς ἤδη φθάσαν γενέσθαι πρεστηκός. Πρὸς ταῦτα τοίνυν διαπορούμενος ὁ κρατῶν, καὶ ἅμα μὲν κινούμενος καὶ τῇ ὄψει, ἅμα C δὲ καὶ ταῖς ὀδύναις ὑποβαλλόμενος, οὐκ εἶχεν ὅ τι καὶ δράσειε. Τὸ δὲ τῆς πίστεως ἐκεῖνο θερμὸν κάλλιστα ὑπετίθει μὴ ἂν οὕτω ματαίως τὴν ὄρασιν ἐκστῆναι· ὅθεν καὶ πείθει φρονῆσαι, βασιλικόν τι καὶ γενναῖον, καὶ πρὸς τὸ νῦν ἔχον σοφίας οὐκ ἄμοιρον. Τοὺς γὰρ ἁπανταχοῦ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἐπισκόπους, ὅσοι βίου ἐτιμέλονται φιλαρέτου, ἐκέλευε συνδραμεῖν, ἵν', ὁμοῦ συνελθόντων, καὶ οἱ φανέντες αὐτῷ δύο γνώριμοι κατασταθῶσι.

XVII. Ut autem Antiochia quoque posset videre Spiridonis virtutem et gratiam, et de ea ferre testimonium, hoc quoque fit valde mirabiliter, et contra opinionem. Quomodo vero, jam ostendet oratio. Nuper quidem magnus Constantinus, relicto imperio, e vivis excesserat; id autem filii diviserant. Et Constantinus quidem, cui forte obtigerat, ut teneret imperium Orientis, in magna urbe Cœlesyriæ, nempe Antiochia, versabatur. Eum autem gravis morbus invadit, qui medicorum manus et artem reprobabat. Hac de causa aliorum omnium spe abjecta, eum precabatur solum, qui B potest curare animas et corpora. Cum vero precatione uteretur intensius, noctu in visione ei apparet angelus, ostendens ei chorum sanctorum multorum episcoporum. In quos cum imperator defixisset oculos, in medio quidem eorum videt quosdam duos stantes, qui erant ipsi quoque episcopis similes: videbantur autem esse duces et præsides aliorum. Cum eos ipsi ostendisset angelus, solos eos esse dicebat ejus morbi curatores. Cum eum vero dimisisset somnus, considerabat quidem, quinam ii essent: non poterat autem somnium conjicere. Quomodo enim, cum eorum nec nomen, nec patria ei esset nota? maxime cum alter eorum qui apparuerat ut episcopus, nondum revera erat factus: sed quod futurum erat, tanquam quod jam factum fuerat, apparuerat. Cum propter hæc ergo esset animi dubius imperator, et simul quidem visione moveretur, cruciaretur autem doloribus, nesciebat quidnam ageret. Fervor vero fidei illum optime admonebat, non adeo temere illam apparuisse visionem. Unde etiam ei persuadet, ut præclarum et imperatore dignum, et in præsentia quidem sapientia minime vacuum, caperet consilium. Quotquot enim episcopi per universum Romanorum imperium vitæ ex virtute agendæ curam gerebant, jussit convenire, ut cum simul convenissent, duo quoque, qui ei apparuerant, ei noti evaderent.

ΙΗ'. Γράμματα δ' ἂν κατὰ πᾶσαν τὴν ὑποτελῆ Ῥωμαίοις ἐπέμπετο, καὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐκάλει. Καὶ ἐπεὶ τῶν ἄλλων ἀφικομένων, οὐδεμία ἦν τῶν ζητουμένων ἐπίγνωσις, πέμπει καὶ πρὸς τὴν Κυπρίων νῆσον, Σπυρίδωνα καὶ τὴν ἐκείνου χάριν μεταπαλούμενος, ὁ δὲ προῄδει μὲν πάντα τὰ κατὰ τὸν κρατοῦντα τῷ πνεύματι, ἐσήμανε γὰρ αὐτῷ ἕκαστα δι' ὀνείρων ἡ χάρις· ἐπεὶ δὲ καὶ οἱ βασιλέως λόγοι συνωμολόγουν, οὐκ ἀβουλήτως πρὸς αὐτὸν ἀνατρέχει, ἐπαγόμενος καὶ τὸν ἄνδρα, ᾧ κατὰ τὴν ἐκείνην ὄψιν συμπαρέστη τῷ βασιλεῖ, τούτῳ Τριφύλλιος ἦν ὄνομα, οὔπω μὲν τῆς ἱερωσύνης ἠξιωμένον, ἄνωθεν δὲ καὶ πρὸ τῆς ἀνθρωπίνης ψήφου τὴν χειροτονίαν ἀπειληφότα. Εἰσῄει γοῦν ἅμα τούτῳ Σπυρίδων εἰς τὰ βασίλεια, λιτῶς πάνυ καὶ ἀφελῶς κεκαλλωπισμένος. Ἡ μὲν γὰρ ἐσθὴς δεινῶς εὐτελής· ὑπόδυτον δὲ βαίνην εἶχεν ἡ δεξιὰ, καὶ τιάραν ἡ D XVIII. Missæ sunt ergo litteræ per universam regionem, quæ parebat Romanis, et vocabant episcopos: et quoniam cum alii accessissent ii qui quærebantur, nequaquam agnoscerentur, mittit etiam in Cyprum insulam, accersens Spiridonem, et illius gratiam. Ille autem omnia quidem spiritu prævideratde imperatore. In somnis enim ei singula significabat gratia. Cum vero imperatoris quoque verba ei consentirent, non invitus ad eum proficiscitur, illum quoque virum secum ducens, qui in ea, quæ prius apparuerat, visione cum illo astiterat imperatori. Ei nomen erat Triphyllius, qui nondum quidem erat adeptus sacerdotium, a superis autem, antequam eligeretur ab hominibus, fuerat designatus. Cum eo ergo simul ingreditur Spiridon in regiam, tenuiter admodum ornatus et simpliciter. Nam vestis quidem erat admodum vilis,

in manu autem habebat virgam ex palma, et tiaram gestabat in capite. Præterea vero vasculum quoque quoddam fictile ei pendebat ex collo, ut qui, sicut mos erat, iis qui sanctam habitabant civitatem, statuisset ferre oleum sanctæ crucis.

XIX. Quoniam autem non satis erat tenuitate, et a rebus superfluis aliena simplicitate, sed etiam in ferendis injuriis moderatione suum imitari Dominum, quidam in regia, ejus irridens tenuitatem, et indecorum esse arbitrans, eum ingredi in regiam qui ita esset vestitus, illi sacræ maxillæ incussit colaphum. Fulmen autem non fuit e cœlo missum in eum qui percusserat, sed id omnino passus est, qui ipse quoque in seipso divine id erat passus. Ille vero (o generosum animum, et ad patiendum ambitiosissimum!) ei qui ipsum afficiebat injuria, præbuit et alteram, promptus ad Dominicam legem implendam: et, se promptum exhibendo ad patiendum, vincens illam nimiam celeritatem manus et impudentiam. Hoc illum insolentem et injuriosum cepit hominem, et magno pudore affecit, et maxime, quod acceperat eum esse episcopum, qui affectus fuerat injuria. Unde etiam mutatus, fit ei supplex, et petit veniam, inconsideratæ lapsum audaciæ curare contendens calore pœnitentiæ. Ille autem (didicerat enim, sicut ferre injurias, ita debita remittere: imo vero cum qui ipsi molestiam attulerat, remunerari bonis) verbis quibus potuit, eum affecit beneficio, paterne consulens, et meliorem ei reddens animam. Quo factum est, ut qui apud imperatorem primos honores obtinebant, eum reverenter prosequerentur, et, ut par erat, ducerent ad imperatorem.

XX. Non sunt autem prætermittenda, quæ interim evenerunt, quæ sunt studio digna, et quæ possunt magnam afferre utilitatem animis studiosis sapientiæ. Videns ille magnus suum discipulum Triphyllium perfectum mox futurum, et ei similem, in præsentia vero ea quæ in mundo sunt magna, et pro quibus multi esse contendendam existimant, magna esse existimantem, ut qui esset adhuc ætate juvenis, et haberet ætatem ad hoc opitulantem, et ea quidem admirantem, quæ erant in regia; vestes, inquam, splendidas, et auri nitorem, et ante omnia quidem ipsum imperatorem, qui in excelso quidem præsidebat, conspiciebatur vero terribilis, et specie insignis; cum propter hæc omnia videret eum stare sublimem et erectum, et quasi a se discessisse, ei veluti somnum solvens, et quæ vere habebat somnia, manu palpans et depellens: Sed mihi, inquit, Triphylli, illum ipsum ostende imperatorem; neque enim possum scire, quisnam sit. Is autem non intelligens, quid magnus sibi vellet Spiridon: Hic est, inquit, manu ostendens imperatorem: Quid est ergo, inquit Spiridon, hic aliis admirabilior, nisi eum etiam dixeris justiorem ob fastum et splendorem? Non æque ac quivis pauper ignotus morietur; similiter vero sepulturæ mandabitur et interibit, similiter quoque sistetur ante incorrup-

κεφαλή· πρὸς δὲ καὶ ἀγγειδιόν τι κεραμεοῦν ἐξήρτητο τοῦ τραχήλου, ὥσπερ οὖν ἔθος τοῖς τὴν ἁγίαν πόλιν οἰκοῦσιν, ἔλαιον τοῦ θείου σταυροῦ φέρειν προῃρημένοις.

ιθ'. Ἐπεὶ δὲ ἔδει μὴ τῷ ἀπερίττῳ μόνον καὶ εὐτελεῖ, ἀλλὰ καὶ τῇ πρὸς τὰς ὕβρεις ἐπιεικείᾳ τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην μιμήσασθαι, εἴς τις τῶν ἐν βασιλείοις, τῆς εὐτελείας αὐτὸν διαμυκτηρίζων, καὶ ἄκοσμον εἶναι οἰόμενος τὸ εἰς βασιλέα οὕτως ἔχοντα εἰσιέναι, ῥαπίσματι τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἔπαισε σιαγόνα. Σκηπτὸς δὲ ἄνωθεν οὐκ ἐπῆλθε κατὰ τῆς τοῦ παίσαντος κεφαλῆς, ἀλλ' ἠνείχετο πάντως, ὃ καὶ ἐφ' ἑαυτοῦ τοῦτο θεοπρεπῶς ἀνασχόμενος. Ὁ δὲ, ὢ τῆς γενναίας ἐκείνης ψυχῆς καὶ πρὸς τὸ παθεῖν φιλοτιμοτάτης! παρεχώρει καὶ τῆς ἑτέρας τῷ ὑβριστῇ, πληρωτὴς ὢν εὐτρεπὴς τοῦ Δεσποτικοῦ νόμου, καὶ νικῶν τῇ πρὸς τὸ πάσχειν ἑτοιμασίᾳ τὴν περιττὴν ἐκείνου ὀξυχειρίαν καὶ ἰταμότητα. Εἶλε τοῦτο τὸν ὑβριστὴν, καὶ ἰσχυρῶς ἐδυσώπησεν, ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ μαθεῖν ἐπίσκοπον εἶναι τὸν ὑβρισθέντα. Ὅθεν δὴ καὶ μεταβαλών, ἱκέτης γίνεται, καὶ συγγνώμην αἰτεῖται, ὀλίσθημα θράσους ἀπερισκέπτου θερμότητι μετανοίας θεραπεῦσαι φιλονεικῶν. Καὶ ὅς, μεμάθηκε γὰρ ὥσπερ τὰς ὕβρεις φέρειν, οὕτως ἀφιέναι καὶ τὰ ὀφλήματα, μᾶλλον δὲ καὶ ἀγαθοῖς ἀμείβεσθαι τὸν λελυπηκότα, λόγοις οἷς εἶχεν εὐεργετεῖ, πατρικῶς παραινέσας, καὶ βελτίω τὴν αὐτοῦ ψυχὴν θέμενος· ἀφ' οὗ δὴ καὶ οἱ τὰς πρώτας ἐκ βασιλέως τιμὰς φέροντες, δι' αἰδοῦς τὸν ἄνδρα ποιούμενοι, προέπεμπός τε καὶ εἰς βασιλέα, ὡς προσῆκον ἦν, ἄγουσιν.

κ'. Οὐ δίκαιον δὲ καὶ τὰ μεταξὺ παρελθεῖν, ἀξιοσπούδαστα ὄντα, καὶ πολὺ τὸ ὠφέλιμον ἐνθεῖναι ταῖς φιλοσόφοις ψυχαῖς δυνάμενα. Ὁρῶν ὁ μέγας τὸν ἑαυτοῦ φοιτητὴν Τριφύλλιον τέλειον μὲν ὄντα οὔπω καὶ κατ' αὐτὸν ἐσόμενον, τὸ δὲ νῦν ἔχον ἔτι τὰ μεγάλα τοῦ βίου καὶ τοῖς πολλοῖς περιμάχητα μὴ μικρὰ εἶναι ὑπειληγότα, ἅ τε δὴ νέον ἔτι, καὶ τὴν ἡλικίαν ἔχοντα πρὸς τοῦτο συνᾱιρομένην, καὶ θαυμάζοντα μὲν τὰ ἐν βασιλείοις, ἐσθῆτάς φημι λαμπρὰς, καὶ χρυσοῦ περιλάμψεις, καὶ πρὸ γε πάντων αὐτὸν τὸν κρατοῦντα, ἐφ' ὑψηλοῦ μὲν προκαθήμενον, φοβερὸν δέ τινα καὶ περίδοξον τῷ σχήματι καθορώμενον· ἐπὶ πᾶσι τούτοις μετέωρον αὐτῶν ὁρῶν καὶ οἷον ἐξεστηκότα, καθάπερ λύων αὐτῷ τὸν ὕπνον, καὶ οὓς εἶχεν ὕπαρ ὀνείρους, ἀψάμενος τῇ χειρὶ καὶ διασείσας, Ἀλλ' ἐμοὶ, ἔφη, Τριφύλλιε, αὐτὸν ἔκτεινον δεῖξον τὸν βασιλέα. Οὐδὲ γὰρ ὅστις οὗτος ἔχω μαθεῖν. Καὶ αὐτὸς τί ὁ μέγας ἠβούλετο μὴ συνείς. Οὗτος, ἔφη, τῇ χειρὶ δείξας τὸν βασιλέα. Τί οὖν, εἶπε Σπυρίδων, θαυμαστότερος οὗτος τῶν ἄλλων, εἰ μὴ καὶ δικαιότερον αὐτὸν εἴποις ἀπὸ τοῦ κόμπου καὶ τῆς περιφανείας; Οὐχὶ ὁμοίως μὲν καὶ αὐτὸς ἀγνῶτι πένητι καὶ ἠμελημένῳ τεθνήξεται; Ὁμοίως δὲ τάφῳ παραδοθήσεται καὶ φθορᾷ; παραπλησίως δὲ τῷ ἀδεκάστῳ κριτῇ παραστήσεται; Τί τὰ βέοντα ὡς ἑστῶτα τιμᾷς, καὶ τὰ μηδὲν ὄντα θαύματος

ἀίδιος, παρὸν τὰ ἄϋλα μᾶλλον ζητεῖν καὶ ἀΐδια, καὶ τῆς ἀφθάρτου καὶ οὐρανίου δόξης μόνης ἐρᾷν.

tum judicem? Cur quæ fluunt, tanquam quæ sunt stabilia, honoras; et quæ nihil sunt, habes in admiratione, cum licet potius ea quæ sunt materiæ expertia et æterna, quærere, et gloriam amare cœlestem, in quam non cadit interitus?

ΚΑ'. Ἐν ᾧ δὲ πρὸς τὸν Τριφύλλιον ἔλεγε ταῦτα, ὁ βασιλεὺς ἐξ ἀπόπτου τοῦ βήματος ἐπιβάλλει τῷ ἀνδρὶ τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ πρῶτα μὲν αὐτὸν τὸ σχῆμα καὶ ἡ ἀναβολὴ ἐπεσπᾶτο, τῇ ὁραθείσῃ μορφῇ συνάδουσα· οὕτω γὰρ ἐδόκει καὶ ὄναρ αὐτῷ ἐπιστῆναι, καὶ ἦν πάντα δὴ τὰ αὐτά, ἡ ῥάβδος, ἡ παρὰ τὸ ἐξηρτημένον τοῦ τραχήλου σκεῦος καὶ ἡ στολή. Τούτων μὲν οὖν εὐθὺς αὐτοθεν ἀνέγνω· τὸν δὲ Τριφύλλιον οὐκ εἶχεν ὅπως εἰκάσοι· οὐδὲ γὰρ ἔμελλεν αὐτῷ περιεργάσασθαι τὴν ἰδέαν· ἐπεὶ τοῦτον ἐπίσκοπον οὐχ ἑώρα, καθάπερ οἱ ὕπνοι αὐτὸν διεσήμαινον· ὅθεν καὶ τοῦ θρόνου παραχρῆμα διανίστας, χωρεῖ πρὸς τὸν μέγαν· ἡ γὰρ ἐπιθυμία τῆς ἀνορρώσεως τῶν ἄλλων ἐποίει καταφρονεῖν. Ἀμέλει καὶ βασιλικὸν ὄγκον, καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς μέγεθος, μικρὰ καὶ δεύτερα τῆς πρὸς τὸν μέγαν τιμῆς θέμενος, πάνυ ἀδόξως αὐτῷ καὶ ταπεινῶς προσφέρεται, θηρώμενος οἶκτον τῇ εὐτελείᾳ, καὶ δεικνὺς ὅσον τὸ μέσον προσκαίρου, φημὶ, βασιλέως καὶ ἀνδρὸς Βασιλεῖ δουλεύοντος αἰωνίῳ. Ὑποκλίνας οὖν ἐκείνῳ τὴν κεφαλὴν, σὺν δάκρυσιν ἱλεοῦτο, καὶ τὴν ἰσχὺν ἐζήτει τὴν παρ' αὐτοῦ, καθάπερ τι φάρμακον ἰσχυρότατον, ῥᾳδίως λύειν δυνάμενον. Ὡς οὖν ἡ χεὶρ ἐκείνου τῆς τοῦ βασιλέως ἥπτετο κεφαλῆς, καὶ ἡ νόσος παραχρῆμα ἐφυγαδεύετο, καὶ ὁ βασιλεὺς ἐνερώννυτο.

XXI. Cum hæc autem diceret Triphyllio, imperator ex excelso tribunali in sanctum conjicit oculos: et primum quidem eum attrahebat habitus et amictus, formæ, quæ visa fuerat, conveniens. Sic enim visus fuerat ei adesse in somnis, et erant omnia eadem, virga, tiara, vas e collo dependens et vestis. Eum ergo statim cognovit ex alto; Triphyllium autem non poterat conjicere; neque enim curabat ejus speciem curiose inquirere, quoniam eum non videbat episcopum, sicut somnus ei significabat. Quamobrem statim surgens e sede, vadit ad magnum Spiridonem. Desiderium enim recuperandæ sanitatis faciebat eum alia contemnere. Splendorem certe imperatorium et imperii magnitudinem postponens honori magni Spiridonis, se admodum humiliter et abjecte in eum gerit, humilitate captans misericordiam et ostendens quantum intersit inter regem qui est ad tempus, et eum qui servit Regi æterno. Ille ergo inclinato capite placat eum lacrymis, et ejus petebat preces, tanquam validissimam aliquod medicamentum, quod omnem molestiam potest facile solvere. Postquam ergo manus illius tetigit caput imperatoris, statim fugatus est morbus, et convaluit imperator.

ΚΒ'. Τίς ἂν τὰ ἐπὶ τούτοις τῶν παρόντων καὶ αὐτοῦ βασιλέως ἐκδιηγήσαιτο; ὅπως παρ' ὅλην δὴ τὴν ἡμέραν ἑορτὴν ἦγον, καὶ μικροῦ ἐσκίρτων, καὶ κάθεκτοι οὐδ' ὅλως ὑφ' ἡδονῆς ἐτύγχανον· μόνος Σπυρίδων ἐν τοῖς ἁπάντων χείλεσιν ἔκειτο. Σπυρίδων ἐκαλεῖτο μόνος, Σπυρίδων ἐωρᾶτο. Σπυρίδων ἦν πᾶσι τὸ σπουδαζόμενον. Ἆρ' οὖν τὸ μὲν σῶμα τῷ βασιλεῖ ἐῤῥώτο· τὸ δὲ καὶ τὴν ψυχὴν αὐτὸν ὑγιῶς ἔχειν, ὡς μικρόν τι καὶ παροπτέον τῷ ἰατρῷ παρεδλέπετο; καὶ ποῦ τοῦτο τῆς ἱερᾶς ἐκείνου ψυχῆς: Ἀλλὰ καὶ ταύτῃ τὸ κατάλληλον πάντως ἐτίθει φάρμακον· μεμνῆσθαι μὲν τῆς εὐεργεσίας τοῦ Θεοῦ παρῃνέσας, εἶναι δὲ καὶ πρὸς τοὺς ὑπὸ χεῖρα, τοῖς πταίουσι μὲν καὶ λελυπηκόσι συγγνωμόνικόν τε καὶ ἵλεων, τοῖς δ' ἄλλως ἔχουσιν εὐεργετικὸν καὶ φιλόδωρον, τοῖς δὲ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἐστερημένοις πατρὸς, αὐτοῖς καὶ κηδεμόνος τάξιν ἀποπληροῦντα, καὶ χεῖρα τούτοις καὶ σπλάγχνα φιλανθρωπότατα διανοίγοντα. Ὅσῳ γὰρ τῶν ἄλλων διαφέρεις, φησὶν, τοσοῦτον εἶναί σε χρὴ καὶ τὴν ἀρετὴν ὑψηλότερον. Ἐπεὶ τόν μὴ οὕτω πρὸς τοὺς ὑποχειρίους διακείμενον τύραννον μᾶλλον ἢ βασιλέα καλεῖν δεῖ, οὐ τῆς ἐξουσίας μακαριζόμενον, ἀλλὰ τῆς ὑπεροψίας ἄθλιόν γε κρινόμενον καὶ μισούμενον. Ἐπὶ πᾶσι τὰ περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀκριβῶς ἔχειν παρῄνει, καὶ μηδὲν δ μὴ δοκεῖ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ μηδὲ βραχὺ παραδέχεσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν ὁ μέγας.

XXII. Quis quæ postea consecuta sunt, narrabit, eorum qui aderant, et ipsius imperatoris lætitiam quemadmodum toto die festum agebant, et propemodum exsiliebant, et neque se præ gaudio poterant continere? Solus Spiridon erat in labris omnium, aspiciebatur Spiridon; erat id, quod studio erat omnibus. Imperatori itaque fuit quidem corpus restitutum sanitati; ut autem sana esset ejus anima, numquid ut parvum et a medico contemnendum, fuit despectum? Quomodo vero hoc fuisset dignum sacrosancta illa anima? Sed ei quoque omnino conveniens adhibuit medicamentum, ut qui suaserit quidem, ut meminisset Dei beneficii; in eos autem, qui ejus parebant imperio iis quidem qui offendebant, et aliquam attulerant molestiam, clementem se præberet et misericordem; iis vero, qui secus se gesserant, benignum et liberalem; iis autem, qui privati erant rebus necessariis, patris et curatoris munus obeuntem, manumque et viscera iis benignissime aperientem: Quantum enim, inquit, præstas cæteris, tantum te esse oportet virtute excelsiorem. Qui enim non sic est affectus in subjectos, tyrannum oportet eum potius vocare, quam imperatorem; qui non est censendus beatus propter potestatem, sed qui censetur miser et odio habetur propter superbiam. Postremo adhortatus est, ut accurate teneret et observaret ea quæ pertinent ad pietatem, et ne tantillum quidem admitteret, quod non Dei probaretur Ecclesiæ. Et hæc quidem magnus.

XXIII. Imperator autem volens eum remunerari propter acceptam ab eo curationem, dabat ei vim auri innumerabilem. Ille vero ei dixit lepide: Non sic oportebat, o imperator, odio remunerari amicitiam. Quæ enim a me propter te facta sunt, sunt revera amantis, domum relinquere, et tantum maris transmittere, et hiemis ferre difficultatem, et ventorum in aqua immanitatem. Pro horum ergo remuneratione aurum accipiam, quod est omnis mali causa, et facile perdit quidquid est justum? Quomodo non meipsum aperte accusarem, et summæ damnarem improbitatis? Hæc illo dicente, et se nihil accepturum affirmante, violentius, instabat imperator, ut daret, dedecus quodammodo existimans, ut qui beneficio esset affectus, beneficium non remuneraretur: sed expulso morbo corporis, vinceretur in animi probitate. Quocirca magis instabat, ut vinceret sic affectus eum, qui vinci non poterat. Et persuadet quidem illi, ut accipiat, non autem, ut quod datum fuerat apud eum maneat. Cum enim valere jussisset imperatorem, distribuit omnia iis qui erant in regia: reipsa docens, quomodo oporteat eos affectos esse ad opes et pecunias, si velint esse liberi. Magna enim ad eas propensio, et nimis victum esse ab earum possessione, quid est aperte aliud, quam voluntaria servitus? Hoc cum audiisset imperator, dixit se non amplius mirari, si hic vir, qui ita vivit, tam magna faciat miracula. Tantum itaque fructum percepit imperator ex verbis Spiridonis, usque adeo et benignitatem aspexit et humanitatem, ut omnibus quidem egentibus, et viduis, et orphanis, illis quidem viduitatem, his vero orbitatem, his autem etiam inopiam, magno et excelso animo recrearet et sustentaret. Porro autem omnibus quoque qui sunt partium ecclesiasticarum, sacerdotibus, inquam, et diaconis, primus lege decernit immunitatem: absurdum esse judicans, eos qui Regi immortali attributi sunt ad ministerium, regi mortali solvere vectigalia. Et hæc quidem ita se habebant.

XXIV. Vult autem oratio etiam aliorum meminisse miraculorum, quæ sunt ornata læto flore gratiarum, et cum utilitate magnam spirant jucunditatem. E regia sanctus egrediens, hospitio excipitur a quodam Christi amante. Ad eum autem accedit mulier barbara, et linguæ Græce imperita, quæ suum filium mortuum ferens in manibus, eum deponit ad sancti pedes; quin etiam ipsa quoque prona cecidit, deflens miserabiliter, et iis quidem, qui aderant, ea dicens, quæ non poterant intelligi propter barbariem, solis loquebatur lacrymis, significans se flere propter filium, et petere a pontifice, ut eum suscitaret. His frangitur vir animi misericordis, et duabus rebus moderatione scilicet, et commiseratione mulieris distrahitur. Quando enim ad ejus dolorem et viscerum ardorem aspiciebat, aggrediebatur miraculum, et incitabatur ad orandum Deum, ut puer revivisceret. Quando vero

ΚΓ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀμείβεσθαι τοῦτον τῆς θεραπείας βουλόμενος, χρυσοῦ τι χρῆμα οὐκ εὐαρίθμητον ἐπεδίδου, τὸν δὲ χαριέντως εἶπεν πρὸς αὐτόν· Οὐχ' οὕτως ἔδει, ὦ βασιλεῦ, μίσει τὴν φιλίαν ἀμείβεσθαι· ἃ μὲν γὰρ ἐμοὶ πέπραχται διὰ σὲ, φιλοῦντός ἐστιν ἀτεχνῶς, τό τε τὴν οἰκίαν ἀπολιπεῖν, καὶ τοσοῦτον διαπλεῦσαι πέλαγος χειμῶνός τε ὑπενεγκεῖν χαλεπότητα, καὶ ἀνέμων ἐν ὕδασιν ἀγριότητα. Τούτων οὖν ἐγὼ χρυσὸν εἰς ἀμοιβὴν παραδέξομαι, τὸν κακοῦ παντὸς αἴτιον, καὶ ἅπαν δίκαιον εὐχερῶς λυμαινόμενον; Καὶ πῶς οὐκ ἂν εἴην ἐμαυτοῦ προδήλως κατηγορῶν, καὶ μοχθηρίαν σαφῆ καταψηφιζόμενος; Ταῦτα ἐκείνου λέγοντος καὶ λαβεῖν οὐδὲν διατεινομένου, ὁ βασιλεὺς ἔτι μᾶλλον πρὸς τὸ δοῦναι καθίστατο βιαιότερος, αἰσχύνην ὥσπερ ἡγούμενος τὸ εὖ παθόντα μὴ ἀντεμείψασθαι τὴν εὐεργεσίαν, ἀλλὰ νόσον ἀποδαλόντα σώματος, εἰς καλοκαγαθίαν ψυχῆς ἡττηθῆναι. Ὅθεν καὶ μᾶλλον προσέκειτο νικῆσαί πως οὕτω δοκῶν τὸν ἀήττητον. Καὶ πείθει μὲν ἐκεῖνον λαβεῖν, οὐ μὴν ὥστε καὶ μεῖναι παρ' αὐτῷ τὸ δοθέν. Ὡς γὰρ τῷ βασιλεῖ συνταξάμενος ἐπανῆει, ἅπαν αὐτὸ τοῖς περὶ τὰ βασίλεια διανέμει, ἔργῳ διδάσκων, ὅπως χρὴ καὶ αὐτοὺς πρὸς πλοῦτον καὶ χρήματα διακεῖσθαι, εἴπερ ἄρα τὸ ἐλευθέρους αὐτοὺς εἶναι βουλομένοις ἐστίν. Ἡ γὰρ πολλὴ πρὸς ταῦτα ῥοπὴ καὶ τὸ λίαν ἡττᾶσθαι τῆς αὐτῶν κτήσεως, τί ἕτερον ἢ σαφὴς ἐθελοδουλία; Τοῦτο καὶ τὸν βασιλέα μαθόντα μηκέτι θαυμάζειν εἰπεῖν, εἰ ἀνὴρ οὗτος, οὕτω βιοὺς, καὶ θαυμάτων οὕτω μεγάλων αὐτουργὸς δείκνυται. Τοσοῦτον οὖν ἀπώνατο τῶν Σπυρίδωνος λόγων ὁ βασιλεύς, καὶ πρὸς φιλανθρωπίαν ἔβλεψε καὶ χρηστότητα, ὥστε δεομένοις πᾶσι, καὶ χήραις, καὶ ὀρφανοῖς, ταῖς μὲν τὴν χηρείαν, τοῖς δὲ τὴν ὀρφανίαν, τοῖς δὲ καὶ τὴν ἀπορίαν, μεγαλοψύχως παραμυθήσασθαι. Καὶ πᾶσι δὲ τοῖς τῆς ἐκκλησιαστικῆς μερίδος, ἱερεῦσί τε καὶ ὅσον ἐν διακόνοις, πρῶτος οὗτος νομοθετεῖ τὴν ἀτέλειαν, ἄτοπον εἶναι κρίνας τοὺς ἀθανάτῳ Βασιλεῖ πρὸς ὑπηρεσίαν κεκληρωμένους θνητῷ, φόρους κατατιθέναι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως ἔσχεν.

ΚΔ'. Ὁ δὲ λόγος βούλεται καὶ ἄλλων ἐπιμνησθῆναι θαυμάτων, φαιδρῷ τῷ τῶν χαρίτων ἄνθει κεκοσμημένων, καὶ πολλῆς πνεόντων μετὰ τοῦ ὠφελίμου καὶ ἡδονῆς. Ἐξιὼν γὰρ τῶν βασιλείων ὁ ἅγιος, ἐπιξενοῦται τῶν φιλοχρίστων τινὶ, πρόσεισι δὲ αὐτῷ γυνὴ βάρβαρος, καὶ γλώσσης Ἑλληνικῆς ἀμαθὴς, ἥ καὶ νεκρὸν ἑαυτῆς τὸ παιδίον ἐν χερσὶν φέρουσα, τοῖς ποσὶ τοῦτο παρατίθησι ἁγίου· καὶ αὐτὴ δὲ ἅμα προσκατεβάλλετο, οἰκτρόν τι καὶ γοερὸν ἀνακλαίουσα, καὶ ἀσύνετα μὲν τοῖς παροῦσι, διὰ τὸ βάρβαρον λέγουσα, μόνοις δὲ τοῖς δάκρυσι φθεγγομένη καὶ ὅτι τοῦ παιδὸς χάριν ὁ θρῆνος, ἔνδηλον καθιστῶσα, καὶ ὡς αἰτεῖται δὴ παρὰ τοῦ ἀρχιερέως τὴν ἀναβίωσιν. Ἐπικλᾶται τούτοις ὁ συμπαθέστατος τὴν ψυχὴν, καὶ διττοῖς πράγμασι, μετριότητι φρονήματος δηλαδὴ καὶ τῇ πρὸς τὴν γυναῖκα συμπαθείᾳ, μερίζεται. Ὅτε μὲν, γὰρ τὸ πάθος αὐτῆς, καὶ τὸν τῶν σπλάχνων ἀμπηγμὸν ἔβλεψεν, ἐπ-

εχείρει τῷ θαύματι, καὶ ὁρμῆς ἥπτετο, δεηθῆναι Θεοῦ πρὸς τὴν τοῦ παιδὸς ἀναβίωσιν· ἡνίκα δὲ πάλιν πρὸς τὸ μέγεθος ἀπεῖδε τῆς ἀξιώσεως, μέτριος ὢν τὸ φρόνημα, καὶ τὴν καρδίαν οὐχ ἥκιστα εὐλαβής, ὑπεχώρει καὶ ἀνεβάλλετο, καὶ ἰταμὸν ἔκρινε τὸ ἐγχείρημα. Διά τοι τοῦτο, σύμβουλον ἕνα τῶν μεθ' ἑαυτοῦ συμπαραλαβεῖν ἔγνω. Ἀρτεμίδωρος οὗτος ἦν, ἐν διακόνοις ἄρτι τελῶν, ἀνὴρ, ᾧ πάντα μὲν φιλοπόνως τὰ τῆς ἀρετῆς ἤσκητο, ἓν δέ τι πρὸς πάσας αὐτῷ καθαπερεί τι χρῶμα κοινὸν ἐκέκρατο, τὸ μηδενὶ ἧλον μηδαμῶς κατορθοῦντα γίνεσθαι. Τοῦτον οὖν ὁ ὅσιος ἤρετο περὶ τοῦ τί δήποτε ποιητέον αὐτοῖς. Καὶ ὅς πρὸς αὐτὸν, ὃ κἀκεῖνον ἔδει πάντως εἰπεῖν, καὶ τοῦτον ἀκοῦσαι, Τί γὰρ, φησὶν, ὦ Πάτερ, καὶ ἤρου. Τί δὲ ἄλλο ποιητέον καὶ μάλιστα σοὶ ἢ τὸν ζωοδότην ἐπικλητέον Χριστὸν, ὃς ἤδη καὶ ἐκ πολλῶν δῆλος γέγονε τῶν σῶν ἀκούειν εὐχῶν, ἄλλως τε δὲ καὶ εἰ βασιλεὺς διὰ σοῦ σέσωσται, πένητες δήπου καὶ ἄδοξοι παροπτέοι κριθήσονται ;

ΚΕ'. Πείθεται τῇ καλλίστῃ συμβουλῇ ὁ ἀρχιερεὺς, καὶ οἴκτῳ διαθερμανθεὶς τὴν καρδίαν, ὑπόπλεώς τε τῶν ὀφθαλμῶν δακρύων γενόμενος, κλιθεὶς τοῖς γόνασιν ἐπὶ γῆν, καὶ δάκρυσιν, αὐτὴν διαῤῥέξας, βοᾷ πάνυ θερμόν τι καὶ πεπονθὸς, καὶ Χριστοῦ δεῖται φιλανθρώπως τοῦ ἀγαθοῦ, τῇ ταλαιπώρῳ γυναικὶ τὸν παῖδα ζωῶσαι, καὶ μητέρα δεῖξαι κατὰ τὸ ἱερὸν λόγιον, ἐπὶ τέκνα εὐφραινομένην. Ὁ τοίνυν δι' Ἐλισσαίου καὶ Ἠλιοῦ τῷ τῆς Σαρεφθίας παιδὶ καὶ τῆς Σωμανίτιδος πνοὴν ἐνθεὶς καὶ τὸ ζῆν χαρισάμενος, αὐτὸς πάλιν καὶ Σπυρίδωνος ἤκουε, καὶ τὸ παιδίον νεκρὸν κείμενον ζῶν ἐωρᾶτο θαυμαστῶς καὶ κινούμενον, καὶ οἷα παῖς, ἐν ὀφθαλμοῖς μητρῴοις κλαυθμυριζόμενον. Δακρύων ὑφ' ἡδονῆς ἐπλήσθην ἐγὼ τὰ ὄμματα, οὕτω γάρ μου διέθηκε τὸ λεχθησόμενον τὴν ψυχὴν εἰς νοῦν ἐμπεσόν. Ἀκούοιτε δὲ καὶ ὑμεῖς. Ὡς γὰρ τὸ φίλτατον ἡ μήτηρ ζῶν ἐθεάσατο, ὦ τῶν σῶν κριμάτων. Χριστὲ, τῶν ἀῤῥήτων! τὴν ὑπερβολὴν οὐκ ἐνεγκοῦσα τῆς ἡδονῆς, παρὰ τῇ γῇ πεσοῦσα διαπεφώνηκεν Ἔδειξε τὸ πραχθὲν, ὅτι τὸ μηδὲν ἄγαν ἀτεχνῶς ἄριστον. Ἰδοὺ γὰρ οὐ θανάσιμον λύπης μόνον ὑπερβολὴν, ἀλλὰ καὶ χαρᾶς ἔγνωμεν ἀμετρίαν. Πεπόνθατε καὶ ὑμεῖς τὴν ψυχὴν, οἶδα, ἐξ ἡδονῆς εἰς λύπην μεταπεσόντες. Φύσει γὰρ ἀνθρώποις τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον· ἀλλ' ἐγγὺς ὁ μέγας εἰς χαρὰν ὑμῖν μεταβαλεῖν τὴν κατήφειαν. Πείθεται γὰρ καὶ αὖθις Ἀρτεμιδώρῳ καὶ πρὸς τὸ δοῦναι καὶ τῷ παιδὶ τὴν μητέρα, ὁ μετριόφρων ἐφέλκεται. Πρὸς οὐρανὸν οὖν ἀπιδὼν καὶ τὸν ἐν αὐτοῖς κατοικοῦντα Κύριον εἰς καρδίαν λαῶν ἐκείνου τε δεηθεὶς, τού τοῖς νεκροῖς ζωὴν ἐμπνέοντος, καὶ τῷ βουλήματι μόνῳ πάντα μεταποιοῦντος καὶ μεταβάλλοντος, τῇ κειμένῃ, Ἀνάστηθι, λέγει, καὶ στῆθι ἐπὶ τοὺς πόδας σου. Ἡ δὲ παραχρῆμα, καθάπερ ὕπνῳ μᾶλλον ἢ θανάτῳ κατισχημένη, ἀνέστη τε καὶ παρέστη αὐτῷ, καὶ τὸ παιδίον ἐπὶ τῶν ἀγκαλῶν εἵλκυσε, κἀκεῖνο ζῶν ἦν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ταῖς μητρικαῖς ὠλέ-

rursus intuebatur ad magnitudinem petitionis, cum esset modestus ac moderatus, cordeque pius et cautus, cedebat et differebat, et esse judicabat conatum impudentem. Quocirca statuit adhibere in consilium unum ex iis, qui erant secum. Is autem erat Artemidorus, qui jam erat diaconus, vir qui omnia quidem diligenter exercuerat, quæ pertinent ad virtutem. Unus vero veluti communis quidam color erat contemperatus omnibus, ut recte gerenes, nulli esset omnino manifestus. Eum ergo rogavit sanctus, quid eis esset faciendum. Ille autem dixit, quod illum omnino oportebat dicere, et hunc audire : Quid enim, o Pater, inquit, interrogasti? Quid est autem aliud faciendum, et tibi maxime, nisi Christus vitæ dator invocandus, quem jam in multis fuit evidens tuas exaudire orationes? et alioqui si per te salvus evasit imperator, pauperes et inglorii judicabuntur esse despiciendi?

XXV. Pulcherrimo consilio paret pontifex; et corde accensus misericordia, et oculos habens plenos lacrymis, genibus in terram flexis, et eam rigans fletibus, ardenter admodum clamat et miserabiliter, et bonum Christum benigne rogat, ut miseræ mulieri infantem vivificet, et matrem reddat, congruenter Scripturæ sacræ, propter filium lætantem [6]. Qui ergo per Elisæum et Eliam Sareptanæ filio et Sunamitidis immisit spiritum, et vitam est largitus [7], ipse rursus etiam audivit Spiridonem : et puer qui mortuus jacebat, conspectus est veluti plorans ante oculos matris. Lacrymis mihi sunt suffusi oculi præ gaudio. Sic enim meum affecit animum id, quod dicetur, revocatum in memoriam. Vos quoque id audite. Cum enim vivum vidit mater suum charissimum (o arcana tua, o Christe, judicia), nimiam non ferens lætitiam, in terram cadens exspiravit. Ostendit id quod factum est, nihil nimis, esse longe optimum. Ecce enim non mortalem solum esse doloris exsuperationem, sed etiam gaudii novimus immoderationem. Vos quoque, sat scio, affecti estis animo, ex lætitia mutati in dolorem. Sunt enim homines natura misericordes, sed prope adest magnus Spiridon, qui vestram tristitiam mutabit in gaudium. Rursus enim morem gerit Artemidoro, et ad hoc ut det matrem filio, vir modestus inducitur. Ad cœlum ergo intuens, et Dominum, qui in eis habitat, mente agitans, illum precatus, qui vitam inspirat mortuis, et sola voluntate omnia transmutat ac transformat, dicit ei quæ jacebat : Surge, et sta supra pedes tuos. Illa autem repente, ut quam somnus potius, quam mors, oppresserat, surrexit et ei astitit, et infantem in ulnis accepit. Ille vero, ut diximus, erat vivus, et in ulnis maternis exsiliebat. Hæc ille quidem magnus, propter insignem, ut dixi, moderationem nolebat efferri in vulgus, Artemidoro certe, et mulieri per eum, indicit silen-

[6] Psal. CXII, 9. [7] III Reg. XVII, 1 seqq. ; IV Reg. IV, 1 seqq.

tium. Sed Artemidorus post ejus mortem nefarium esse judicans, fraudare viros pios tam pulchra auditione, imo vero tam magno miraculo, id aperit, et tradit auribus fidelium. Et hæc quidem sic habent.

A ναις παρασκιρτῶν. Ταῦτα ὁ μὲν μέγας διὰ μετριοπαθείας, ὥσπερ ἔφην, ὑπερζολὴν ἀνέκφορα τοῖς πολλοῖς ἠδούλετο μεῖναι. Ἀμέλει καὶ Ἀρτεμιδώρῳ πολλὴν σιωπὴν, καὶ δι' ἐκείνου τῇ γυναικὶ ἐντέλλεται. Ἀλλ' ὁ Ἀρτεμιδωρος μετὰ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν οὐ κρίνας ὅσιον ἄκουσμα οὕτω καλλὸν, μᾶλον δὲ θαῦμα, ζημιῶσαι τοὺς φιλοθέους, δῆλον αὐτὸ ποιεῖ, καὶ πιστῶν ἀκοαῖς παραδίδωσι. Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως.

XLV. Cum eum autem sic vidisset effectum Arrianus: Sed noli, inquit, o imperator, nostram amplius differre migrationem; fortasse enim sunt hæ maligni insidiæ, ut nobis interrumpat cursum decertationis. Tunc cum de eorum mutatione spem omnem abjecisset Diocletianus, jubet alios quatuor saecos afferri cum arena, et similem Arriano mortem subire protectores, et sic ad effectum deducta est prædictio Philemonis. Ipsis vero in mare projectis, statim accedens delphinus, major quam soleat esse delphinus, et robore et magnitudine, et ceto magna ex parte similis, et natura plane aliena et admiranda, quinque simul saccos admirabiliter secure fert humeris, et tanquam quædam navis, onus vehit Alexandriam. Pueri autem (exspectabant enim adhuc in ipso littore, ut eis prædictum fuerat ab Arriano, et horam accurate observabant) postquam delphinum viderunt cum onere, stupent quidem ipsius magnitudinem: nihilominus vero, quod sacci quoque tuto fuissent adducti, adeo ut ei nullus cederet ex humeris, cum natura essent læves et lubrici. Dubitantibus autem pueris, quemadmodum dominus quidem Arrianus de solo suo corpore dixisset fore, ut id apportaretur a delphino, nunc vero præter ipsum vident alia quatuor, vox quædam divinior ab eis est audita: Venite vos, dicens, et domini vestri, et protectorum accepturi corpora. Qui enim illum ad suam vitam evocavit, eos quoque vocavit cum eo similiter. Cum ea ergo acceperitis, cum Ascla et Leonida honorifice deponite. Et sic quidem vox.

XLVI. Delphinus autem cum saccos posuisset in littore, rursus enatavit in mare. Pueri vero cum ea honorifice sustulissent, et in navem immisissent, per fluvium portabant. Cum autem tres dies et totidem noctes navigassent, appropinquant metropoli Antinoetarum, ubi oportebat eas sacras deponi reliquias. Cum eos vero somnus oppressisset, navis plenis velis advolans, momento temporis stetit in illo loco, et vox audita fuit admirabiliter: Theodorition (hoc enim erat nomen gubernatoris), hic est locus, qui est sanctorum corpora sortiturus. Ille ergo excitatus, cum invenisset navem veluti vinctam compedibus, descendit quidem de nave: celeriter autem profectus in civitatem, significat miraculum. Protinus vero publice confluunt omnes, gestantes lampades et coronas, et divinos hymnos canentes. Et cum sic eas præclare et magnifice D

illic deposuissent, uberes fructus miraculorum quotidie colligunt, ad gloriam Patris et Filii et Spiritus sancti, unius divinitatis et potentiæ, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

A λαμπρῶς αὐτὰ καὶ πολυτελῶς ἐκεῖ καταθέμενοι δαψιλεῖς τῶν θαυμάτων ἑκάστης δρέπονται τοὺς καρποὺς, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, τῆς μιᾶς Θεότητός τε καὶ δυνάμεως νῦν, καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

COMMENTARIUS

RERUM GESTARUM

SANCTI ET GLORIOSI APOSTOLI THOMÆ.

(Surius ad diem 21 Dec. ; Græce non exstat in mss. Paris.)

I. Olim quidem in terra versantes apostoli, et terram, quæ est sub cœlo, obeuntes, iis qui impietati inservierunt, prædicarunt libertatem, miraculis ad salutem ab errore abstrahentes, et fidei malagmate medicantes animas, quæ laborabant infidelitate. Postquam autem migrarunt ad Dominum, piis reliquerunt corpora, pignora salutis, ut quod cum aderant, faciebant, hoc etiam postquam migrassent, efficerent, cœlestis illius publicæ celebritatis imagines, eorum memoriæ festa nobis largientes : ut tanquam cum præsentibus et disserentibus rursus versantes, percipiamus gratiam apostolicam. Unde etiam nunc clarissimus apostolorum Thomas, per ejus memoriam nobiscum rursum versatur : Thomas, qui est fidei nostræ pater ex incredulitate, et index perfectus veritatis : qui incredulitatis occasionem amputavit incredulis, et fidem apostolorum per incredulitatem efficit firmiorem.

II. Quando enim unigenitus Dei Filius, qui est in sinu Patris, non ferens videre suum figmentum in peccati servitutem redactum, suis hac in re inflexus visceribus, visus est sicut nos, si peccatum dempseris, tunc hic quoque magnus apostolus, post aliorum discipulorum electionem, qui Jesum sunt secuti, jussus est sequi Dominum. Nam cum in Judæa a matre esset in lucem editus, habens parentes, qui vitam tenuiter agebant, ab eis alebatur et educabatur, et ad vitam formabatur similem, veluti a quodam optimo pædagogo, paupertate eruditus, et ad Domini suscipiendum præceptum aptus redditus. Libros itaque legens Mosaicos (ii enim diligenter proponebantur filiis Judæorum) componebat quidem suos mores ad honestatem : doctrina autem formabatur ad res diviniores, et a puerilibus procul remotus ludibriis, instituebatur et crescebat, donec pervenisset ad perfectam mensuram ætatis Christi. Vivens enim, sicut prius diximus, in vita paupere, et artem exercens piscatoriam, in utroque potens est cognitus : ex uno quidem formatus ad tenuitatem, quæ sunt supervacanea, minime admittentem, et doctus esse contentum solis necessariis ; ab altero autem institutus ad patientiam in laboribus, et ad hoc, ut rebus molestis et asperis sua sponte primus exerceretur.

III. Protinus itaque nulla dilatione usus est nec cunctatione, nec tardavit ad vocationem; sed adeo celeriter fuit mutatus, et vinctus voce vocantis, ut dicto citius ostenderet obedientiam. Atque sic quidem fit Verbo familiaris, et refertur in numerum reliquorum, qui vocati fuerant : fitque discipulus animi studio promptissimus, minister fidelissimus, apostolusque et œconomus probatissimus apostolatus gentium, qui fuit ei creditus. Statim autem et ad apostolatum fuit corroboratus, et divina impletus virtute, et miraculorum dives operatione, statuit cum Verbo versari perpetuo. Cum quo quidem degens toto tempore, quo vitam egit in carne, multas quidem cum eo subiit afflictiones, multas autem persecutiones et migrationes. Et aliquando quidem cum ipse a Judæis expelleretur, simul quoque cum eo expellebatur ; et cum lapidibus appeteretur, ipse quoque simul appetebatur; aliquando autem cum ipsum vellent in suam redigere potestatem, et morte afficere, paratus erat alacriter cum ipso morte affici, desiderio plenam illam vocem emittens ad Dominum : « Eamus, et moriamur cum ipso [1]. » Quando enim amicum Lazarum a mortuis suscitaturus pergebat Salvator, quando per absentiam concessit morti superare naturam, quando voluit ostendere sepulcrum somni locum, quando vinctum mortuum voluit efficere ad vocationem vivis celeriorem, tunc accedentes discipuli metum prædicabant Judæorum, lapides revocabant in memoriam, dehortabantur ne accederet : « Magister, dicentes, nunc quærebant Judæi te occi-

[1] Joan. XI, 16.

dere, et rursus vadis illuc[2] ? » Cum autem illi non possent persuadere (non enim oportebat infantiam, quæ tunc erat, discipulorum, morti opem ferre adversus Lazarum, neque impedimentum liberationis ex sepulcris, illorum cerni timiditatem), metu et desiderio distractis eorum animis, convertebantur ad animi ægritudinem. Sed Thomas prompte et alacriter solvens apostolis molestiam : « Eamus et nos, inquit, et moriamur cum ipso. » Est enim quavis vita melior, quæ cum Domino accipitur, occisio. Atque hæc quidem sic se habebant, et apostolorum animos detinebat admiratio, cogitantes condiscipuli audaciam ad mortem subeundam.

IV. Sed cum crux fixa fuisset, et mors esset suspensa, et infernus traheretur captivus, et mutata esset lex sepulcri, et mors Christi effecta esset mors mortis, surgens Salvator post erecta apud inferos adversus mortem tropæa, apparet suis amicis lugentibus et flentibus, in hoc quoque fidem faciens victoriæ : qui rerum recte gestarum illos faciens spectatores, certe nec ipsum quidem permisit esse expertem primorum miraculorum. In quadam domuncula discipulos in arctum tunc metus cogebat Judæorum : quæ quidem in loco, periculum prævidentes, manebant. In medium ergo eorum latentium accedit Jesus, non vocem emittens antequam aspiceretur, non pulsatione ostii territis eorum animis : sed pedes, qui per mare sunt, ingressi, ostiis quoque non apertis intrarunt (negabat enim suas leges natura jussa a Domino), et qui omnia fecerat, in suum templum ingreditur clausis ostiis : et qui per lignum mortem contrivit, nunc vim affert ipsi ligni naturæ. Venit ergo Christus in medium eorum, miraculo ingressus confirmans miraculum resurrectionis. Et sic quidem discipuli ipsis oculis ejus, quem desiderabant, fructum percipientes, lætitia afficiebantur. Solus autem Thomas abfuit a spectaculo : qui divino quodam, ut videtur, consilio non aderat, ut cum miraculum magis examinasset, esset præclarior præco resurrectionis Sed Salvator quidem cum sui spectaculo impertiisset apostolos, recessit protinus, perfectiorem contemplationis visionem Thomæ amico, ut videtur, reservans.

V. Cum autem reversus esset Thomas, et venisset in mentem discipulis ei dicere : « Vidimus Dominum, » ille propter id quod audiebat, lætitia affectus, quod fieri desiderabat, hoc factum esse audiens, non credebat. Solent enim ingentis lætitiæ exsuperationes esse tardiores ad ea credenda quæ dicuntur. Discipulis igitur : « Nisi, inquit, videro in manibus ejus fissuram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam[3]. » Ad hæc forte apostoli: Quid sibi vult, o Thoma, sermo incredulitatis ? Si non credit discipulus, quomodo crediderint Judæi ? Si apostolus et amicus non admittit resurrectionem, quomodo eam admiserint ii qui cruci affixerunt ? Qui Thomæ non persuaserunt, quomodo reputabuntur digni, qui admittantur a gentibus? Non te pudore afficiunt, et ad fidem attrahunt, præcedentium ingentes turbæ miraculorum: leprosus mundatus ; paralyticus integris membrorum compagibus restitutus ; cæcus videndi facultati redditus ; manus morte affecta, quæ rursus fuit ad vitam revocata ; fluctus, per quos inceditur pedibus ; et Lazarus sepulcrum exuens, tanquam vestem ? quomodo, cujus admiraris opera, ejus suspectam habes resurrectionem? Non credat Caiphas ; curiose scrutetur Nicodemus ; calumnietur Judæus. Cur dubitat Thomas de resurrectione? Sed contra discipulus videtur dicere justiora : Cur mea dubitatio est a vobis reprehendenda, o apostoli? Ad Judæos emittor præco resurrectionis ; sicut vos, proficiscor apostolus ad docendum gentes resurrectionem. Quomodo ergo, quibus non fui socius spectaculi, suscipiam æque atque ipsi legationem ? Quomodo, quorum non habeo cognitionem, ea ego docebo alios ?Quomodo lingua ea dicet confidenter, quorum testes non habet oculos ? Verbis credam solis? Sed Judæis ero in fide suspectus, meque facilitatis damnabunt et levitatis. Gentiles quoque verba non admittent ; potius autem meum ridebunt testimonium, qui ex solo auditu prædico resurrectionem.

VI. Non multum intercessit temporis, et rursus ad fuit Dominus, ingressus miraculum nunc quoque similiter ostendens, ut quæ aliis simul discipulis, ea soli quoque Thomæ largiatur. Ostendit ergo ei signa crucis, ac vulneris quod accepit in latere, ostendit signaculum. deinde : « Quia vidisti me, inquit, credidisti. Beati qui non viderunt, et crediderunt[4], » magnam nobis repositam ostendens beatitudinem, qui credidimus per sermonem discipulorum. Illud ergo divinum et admirabile spectaculum cum consecutus esset Thomas, fuit etiam causa apostolis, ut illa discerent, quæ prius non noverant ; suum enim Deum et Dominum confessus est eum quem aspexerat. Revera enim Dei est pulchrum facinus resurrectionis. Cum autem post hæc Christus a discipulis magna ex parte videri non posset, ut qui esset glorificatus incorruptione corporis, et non posset conspici mortalibus oculis, seipsum manifestum reddebat, quando volebat, et quando noverat futurum utile iis qui aspiciebant. Itaque cum Domini eis deesset conspectus, curam gerebant veteris artis, in qua fuerant educati. Illa autem erat, scapham ascendere, et in profundum maris retia demittere. Quodam vero die, dum ipsi intenti erant piscationi, apparuit eis desideratus Jesus, stans in littore, et jubens ad dexteram partem navis rete demittere. Capta est autem multitudo piscium innumerabilis ; erat enim divini jussus operatio. Tunc simul cum iis aderat etiam Thomas, et simul navigabat, et simul ope-

[2] Joan. II, 8. [3] Joan. Joan. XX, 25. [4] Ibid. 29.

rabatur, et diligenter curabat retia, et se paratissimum ostendebat ad obediendum. Experientia enim didicerat iis credere, quœ Deus fuerit operatus : et ideo una navigabat, et simul operabatur cum discipulis 5.

VII. Cum autem jam adesset tempus Assumptionis, quo cum eo quod ex nobis assumpserat, oportebat Christum ascendere ad Patrem, ipse educit mystas extra Bethaniam usque ad Olivetum ; et illic de se disserens, et ex Scripturis conjungens testimonia, cum et coram eis comedisset, et confirmasset se non esse spiritum, ut ipsi existimaverant, et deinde sublata manu eis immisisset benedictionem, ille quidem ascendit in cœlos: ipsis autem cum magno gaudio fuit reditus in Jerusalem 3, Quidni enim gauderet, et cum aliis lætaretur discipulis, sacrosanctus iste et magnus apostolus, videns verba deducta esse ad effectum, et susceptæ carnis verum esse mysterium, neque frustra in eo versatam fuisse incredulitatem ? Atque dies quidem ille a Domino præstitutus, jam finem accipiebat convenienter iis, quæ ille dicerat : et divinus Spiritus ad eos advolans, tanquam sonus quidam flatus vehementis, statim in linguas igneas dividebatur. Qui cum fuisset super unumquemque, faciebat eos loqui linguis alienis, adeo ut, qui audiebant, afficerentur magna admiratione 7. Tunc ergo hic quoque magnus apostolus cum sederet una cum reliquis discipulis, ipse quoque in igneis linguis accepit gratiam : et cum in suum habitaculum totum intromisisset Spiritum, totus fuit illius instrumentum, valde sapienter et opportune pulsatum. Sic ergo Thomas ab alto confirmatus, fuit perpetuo accinctus, promptoque et alacri animo ad prædicationem, nihil timens eorum quæ sunt terribilia, nec stupens aliquid eorum quæ sunt clara et illustria.

VIII. Cum ergo res apostolis se haberent ex animi sententia, oporteret autem Domini jussum finem accipere, qui quidem erat : «Euntes in mundum, docete omnes gentes 8,» alius quidem ex apostolis aliam orbis terræ partem sortitus est, sicut eis, qui advenerat, Spiritus, sortem definierat. Thomas igitur missus est in Indiam, quæ erat plane barbara, et in nefariis versabatur actionibus. Ipsa autem sita est longissime ab Ægypto; alluitur vero mari valde navigabili, et est quidem egena rerum necessariorum, abundat autem rebus pretiosis et ad luxum accommodatis. Eam habitat id genus, quod dictum est, quod est frequentissimum, et deditum mercaturæ, et magna ex parte nudum, et instar fetarum, quæ degunt in montibus, vitam agens. Quam ob causam corporum superficiem radii solares invadunt ardentius, valdeque incendunt, et denigrant, et efficiunt visu deformiores. Colebant autem isti simulacra facta ex omne genus materia: et quod in ea conferebatur studium, et cultura, longo temporo confirmata, inducebat consuetudinem, ratione quavis potentiorem. In hanc ergo regionem magnus ingrediens apostolus, nullum præ se tulit fastum et arrogantiam, neque elate aut gloriose quippiam est locutus, neque aliud fecit superbe et insolenter ad ostentationem : sed ornatus Christi moderatione, et pro quovis alio ornamento et lorica, ea indutus, coma sordido et trito pallidus, totus aridus et exsanguis, et plane succo carens, et ut semel dicam, non tam corpus, quam umbram corporis circumferens, sordido et trito amictus pallio, morbus lenis, sermone utilis, factis valde admirabilis, humilioribus se accommodabat, spiritus altiorum deprimens.

IX. Cum talibus moribus et vita præditus ad Indos venisset, visumque ei esset gentis ingredi interiora, postquam vidit falsam dæmonum religionem eos comprehendisse, et imis eorum animis insedisse, non statim processit ad eos refellendos, non induxit reprehensiones, non tanquam medicamento usus est austeritate ; sciebat enim, quod quæ longa consuetudine in nostris confirmata sunt animis non possunt facile deleri, et persuasione magis, quam vi mutantur. Propterea magis utitur mansuetudine, et bonis moribus, et blandis verbis, magnus et dignus, qui in honore haberetur non ex fastu et tumore, et verbis magnificis, sed ex factis et signis eis apparens, et insigni Christi, nempe humilitate, valde ornatus : quo quidem eos magis capiebat et attrahebat ad agnitionem, quod esset operibus quidem admirabilis, spiritu autem mitis et moderatus. Itaque moti admiratione Indi, rogare cœperunt quisnam esset, et cujas genere, et quænam esset ejus religio, et quod studium. Ille autem habebat enim in se Christum magistrum leniter et modeste respondit, quod esset genere quidem Judæus, discipulus autem insignis illius Moysis, illius inquam Moysis, qui cum Deo est collocutus, deinde etiam Christi Filii Dei discipulus, qui venit ad mundi salutem, et quod vitam æternam et animarum salutem veniret annuntiatum : quibus qui crediderint, erunt ineffabilium bonorum participes. Præterea narrat Christi Dei Verbi demissionem, refertque miracula quæ fecit, dum in terris in carne ageret; ipsamque passionem, quæ multis videtur probrosa ; virtutem resurrectionis, et ad cœlos ascensionem : Cujus discipulus, inquit, ego et minister admirabilium, quæ ipse fecit, miraculorum, atque œconomiæ, quæ fuit Deus et homo, creatus sum præco ; cujus annuntians in homines benignitatem, et immensam in ipsos misericordiam, ad vos usque accessi ; cujus factus sum mysta et apostolus. Et cum ipsis oculis facta sit mihi fides eorum quæ dicuntur, non vi eos qui renuunt, sed omni charitate amplector eos qui persuadentur.

X. His, et pluribus aliis divinitus prolatis verbis, Indorum populus ad mysterium introductus, suis

5 Joan. XXI, 1 seqq. 6 Luc. XXIV, 36 seqq. 7 Act. II, 1 seqq. 8 Matth. XXVIII, 18.

animis suscepit verbi semen. Deinde (ut dicam cum divino Evangelio) Domino adjuvante, et sermonem confirmante per signa consequentia, paulatim quidem abducti sunt ab idolorum libaminibus et abominationibus, ad veram autem fidem accesserunt, et sic apostolicis transformati doctrinis, Christo familiares evaserunt per baptismum: adeo, ut etiam usque ad ipsum regem pervenerit prædicatio, etiamsi non penetrarit usque ad profundum ejus mentis. Itaque qui genere quidem ad regem attinebant, cum se totos dedissent sermonibus apostoli, ab eo avelli non poterant : rex autem ipse detentus a profunda caligine ignorantiæ, et a quibus miraculis oportebat ad lucem traduci, ab eis voluntaria cæcitate ad majorem accensus insaniam, consultabat de morte apostoli. Quamobrem dicto citius in eum fert sententiam : et lanceis de medio tollitur magnus hic apostolus, qui propter Christum mortem libenter suscepit. Eum beatum quidem judicavit chorus eorum qui per ipsum crediderunt : beatum autem censuit quoque chorus eorum qui sunt in excelsis : plausitque justorum multitudo cum apostolis, videntes sacram illam et divinam animam in cœlos ascendentem, et stipatam angelorum ordinibus.

XI. Quid autem deinceps consequitur, et quid e superis providet et dispensat bonitas, homines attrahens ad pietatem? Sacrum quidem illud corpus, fidelium manibus decenter compositum, sepelitur : regis autem filius incidit in gravem morbum; et qui erat arte humana validior. Pater ergo (quidni enim, si pater?) inflectitur a natura fletibusque et lacrymis irrigatur, lamentationibus laniatur ; sed nullam inveniens mali solutionem, miraculorum apostoli recordatur, et quærebat parvam aliquam partem ex ejus reliquiis ad medendum ei qui laborabat. Postquam autem rescivit non comparere corpus apostolicum, saltem pulverem, quem illud tetigit, jussit afferre. Quod quidem cum factum esset, pater, ægrotanti filio pulvere imposito, sanum vidit eum, quem putabat moriturum, etiamsi ille modicam lucem agnitionis, quam acceperat, sua sponte repulerat, et vere erat mortuus, ut qui acerbam mortem suscepisset impietatis. Et hæc quidem quantum licuit non aberrando a veritate, composita fuerunt, et conscripta, et apostoli laudi sunt dedicata. Tantæ nobis lætitiæ causa est hodie Thomas. Per quem etiam Indorum barbaræ gentes didicerunt eam viam, quæ fert ad cœlos : et quorum corpora erant solis radiis denigrata, evaserunt candidis lætisque et alacribus animis, qui in intelligentiam cadit, sole pure ac suaviter eis illucescente : ad gloriam Patris, et Filii, et Spiritus sancti, unius, et quæ dividi non potest, divinitatis : quam decet gloria, honor et adoratio nunc, semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΔΕΚΑ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΤΩΥ ΕΝ ΚΡΗΤΗ.

MARTYRIUM SS. DECEM MARTYRUM QUI IN CRETA PASSI SUNT.

Græce apud Cornelium, *Creta sacra*, 4° Venetiis 1745 ; Latine apud Surium ad 23 Decembris.)

Α'. Ἄλλος μὲν ἄλλο τι τῆς θρυλουμένης διεξιέτω Κρήτης, ὁ μὲν τὸ κάλλος, ὁ δὲ τὸ μέγεθος, καὶ ὁ μὲν τείχη καὶ λιμένας, ὁ δὲ τῶν ὡρῶν τὴν κρᾶσιν καὶ τὸ τῶν καρπῶν εὔφορον· ἐγὼ δὲ ὃ πάντα τἄλλα νικᾷ καὶ ἣν μόνην ἄξίαν εἴποιμι τοῦ ταύτης δημιουργοῦ φορὰν, ταύτην πρὸ τῶν ἄλλων ἐρῶ. Τίς δὲ οὗτος ὁ καρπὸς καὶ τίς ὁ τοσοῦτος δῆς νήσου κόσμος ; Τίς ἕτερος ἢ ὁ θεῖος τῶν μαρτύρων χορὸς, ὁ ἐπαινούμενος ἀριθμὸς, τὸ πάντων μὲν θεαμάτων ἥδιστον, πάντων δὲ ἀκουσμάτων ὠφελιμώτατον ; οἱ δέκα, φημὶ, τοῦ Χριστοῦ στεφανῖται, οἱ ἐκ ταύτης μὲν προελθόντες, γενναιότατα δὲ καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ παρτυρήσαντες, οἳ καὶ καλά γε ὄντως ἀποδεδώκασι τὰ τροφεῖα τιμῆς ὅσης αὐτὴν ἀξιώσαντες τὸ μαρτυρι-

I. Alius quidem aliquid aliud persequatur oratione, illius quæ vulgo jactatur, Cretæ ; alius quidem pulchritudinem, alius vero magnitudinem, et alius quidem mœnia et portus, alius autem aeris temperationem et fructuum fertilitatem. Ego vero id, quod alia vincit omnia, et quam solam ejus opifice dignam dixerim feracitatem, eam dicam ante alia. Quisnam est hic fructus, et quodnam est tantum insulæ ornamentum? Quid aliud, nisi divinus chorus martyrum, et qui laudatur numerus, et quod omnium quidem est spectaculorum jucundissimum, ac acroamatum omnium utilissimum? Decem, inquam, illi pro Christo martyrii coronis redimiti : qui ex ea quidem processerunt, fortis-

sime autem pro Christo subiere martyrium : qui eam pro alimentis revera pulchre sunt remunerati, cum eam tanto honore affecerint, ut in ea per paucis jam oratio.

κῶς ἐν ταύτῃ τελειωθῆναι. Ὅπως δὲ συνελὼν ἥδη ὁ λόγος ἐρεῖ.

martyrium fuerint consummati. Quomodo vero,

II. Decius ille, qui magno fuit furore percitus, et ad persequendos Christianos omnium fuit violentissimus, is tunc sceptra tenens imperii Romanorum, hujus insulæ constituit proconsulem virum quemdam, qui eodem quoque nomine appellabatur, nempe Decius, non minus autem, quam in nomine, conveniebat in moribus. Qui cum fuisset in Creta, rem parvam existimavit, et quæ nullam haberet immanitatem et sævitiam, omnes qui sunt in ea Christianos, postquam subjecisset innumerabilibus generibus tormentorum, deinde acerbe tollere de medio. Quærebantur ergo omnes, et inveniebantur, et comprehensi ad ipsum ducebantur. Cum quibus hic quoque sacer chorus, præstantissimorum virorum denarius, veluti ex optimis eximii selecti civitatibus : quorum alios quidem maxima omnium, quæ illic erant, præbuit civitas ; alii autem orti erant ex aliis ; communiter vero simul omnes festinabant ad unam, quæ est in cælis, civitatem. Ii cum tunc stetissent ante proconsulem, quos non tunc quidem sermones libere habuerunt ? quibusnam autem factis non obscurarunt sermones ? et quodnam quidem tormentorum iter non pervaserunt ? Quodnam autem supplicium non superarunt tolerantia, cæsi, torti, per terram tracti, lapidibus appetiti, irrisi, consputati, et omne genus ferentes subsannationis ? Sed erant hæc quidem illis futurorum gymnasia, et veluti quædam præexercitationes. Postquam autem oportebat eos magna currere Olympia, temporis, inquam, tormentorum ; erat vero dies præstitutus decimo Kalendas Januarias ; et paratum quidem erat tribunal, et præsidebat proconsul, ducebantur athletæ : pleni vero erant ambo, hi quidem adimi alacritate, ille vero furore et insania. Et ille quidem erat propensus ad puniendum usque ad mortem, hi vero parati erant sustinere usque ad extremum spiritum : iracundo et cædem spirante vultu eos intuens : Quænam est, inquit, tanta amentia, quod neque ratio, neque tempus vos id docuit, quod est futurum conducibile ? Deinde perinde ac si sola, quam præ se ferebat, ira eos perterrefecisset, et jam eis, ut parerent, persuasisset : Sacrificate inquit ; sin minus, ego quidem nihil dicam amplius ; vos autem scietis paulo post, quisnam sit Decius, cui vos non vultis nunc morem gerere.

Β'. Δέκιος ὁ πολὺς τὴν μανίαν καὶ τὸ κολάζειν Χριστιανοὺς, ἁπάντων ὁ βιαιότατος οὗτος καὶ σκῆπτρα τότε Ῥωμαίοις διέπων, τῆς νήσου ταύτης ἀνθύπατον καθιστᾷ ἄνδρα τινὰ, Δέκιον μὲν καὶ αὐτὸν ὁμωνύμως καλούμενον, οὐχ ἧττον δὲ τοῦ ὀνόματος καὶ τοῖς τρόποις συνηρμοσμένον· ὃς ἐν Κρήτῃ γενόμενος μικρὸν ἔργον ἡγήσατο καὶ οὐδὲν ἔχον ὠμὸν οὐδὲ ἄγριον, τὸ πάντας τοὺς ἐν ταύτῃ Χριστιανοὺς μετὰ τὸ μύριαις ὑπελθεῖν βασάνων ἰδέαις, εἶτα καὶ πικρῶς ἀνελεῖν. Ἀνεζητοῦντο τοίνυν καὶ ἀνευρίσκοντο πάντες καὶ πρὸς αὐτὸν συλλαμβανόμενοι ἤγοντο· μεθ' ὧν καὶ ὁ ἱερὸς οὗτος χορὸς, ἡ τῶν ἀριστέων δεκὰς, λογάδες ὥσπερ ἐξειλεγμένοι τῶν ἀρίστων πόλεις, ὧν τοὺς μὲν ἡ μεγίστη πασῶν τῶν ἐκεῖ παρεῖχε πόλις, οἱ δὲ ἄλλος μὲν ἐξ ἄλλης ὥρμητο, κοινῇ δὲ ὅμως πάντες πρὸς μίαν τὴν ἐν οὐρανοῖς πόλιν ἠπειγοντο. Οὗτοι, ὡς τῷ ἀνθυπάτῳ τότε παρέστησαν, τίνας μὲν οὐκ ἐφθέγξαντο παῤῥησίας λόγους, τίσι δὲ οὐκ ἀπέκρυψαν ἔργοις τοὺς λόγους ; καὶ τίνα μὲν οὐκ ἐπῆλθον βασάνων ὁδόν ; τίνα δὲ οὐ παρῆλθον τιμωρίαν τῇ καρτερίᾳ, ἐπὶ τριάκοντα τὰς πάσας ἡμέρας αἰκιζόμενοι, στρεβλούμενοι, κατὰ γῆς συρόμενοι, λίθοις βαλλόμενοι, πρὸς δὲ γελώμενοί τε καὶ ἐμπτυόμενοι καὶ ἅπαν εἶδος μυκτηρισμοῦ φέροντες ; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκείνοις γυμνάσια τῶν μελλόντων καὶ οἷα προαγωνίσματα ἦν. Ἐπεὶ δὲ ἔδει τούτους καὶ τὰ μεγάλα δραμεῖν Ὀλύμπια τὰ τῶν καιρῶν, βασάνων, γημὶ, ὥριστο δὲ καί ἡμέρα τῶν Ἰαννουρίων καλανδῶν ἡ πρὸ δέκα, καὶ τὸ μὲν βῆμα ηὐτρέπιστο καὶ ὁ ἀνθύπατος προεκάθητο, οἱ δὲ ἀθληταὶ ἤγοντο· πλήρεις δὲ ἦσαν ἄμφω, οἱ μὲν προθυμίας, ὁ δὲ θυμοῦ καὶ ἀνοίας, καὶ τῷ μὲν κολάζειν μέχρι καὶ τελευτῆς ἡ ῥοπὴ, τοῖς δὲ ὑπομένειν καὶ τῆς ἐσχάτης ἄχρι πνοῆς ἡ παρασκευή· ὀργίλον αὐτοῖς ἐμβλέψας καὶ φονικὸν, Τίς ἡ τοσαύτη, λέγει, τῶν φρενῶν ἔκστασις, ὅστε μήτε λόγος μήτε μὴν ὁ χρόνος τὸ συνοῖσον ἡμᾶς ἐδίδαξεν ; Εἶτα ὥσπερ τῷ προσχήματι μόνῳ τῆς ὀργῆς καταπλήξας αὐτοὺς καὶ ἤδη πειθηνίους λαβὼν, Θύσατε, φησὶν, ὦ οὗτοι· εἰ δὲ μὴ, ἀλλ' ἐγὼ μὲν οὐδὲν πλέον ἐρῶ, ὑμεῖς δὲ εἴσεσθε μετ' ὀλίγον τίς ἐστιν ᾧ νῦν ἀπειθεῖτε Δέκιος.

III. Ad hæc martyres : Nos quidem, o præses, responderunt, et verbis et factis, et etiam tempore satis magnam dedimus experientiam, quod neque diis sacrificabimus, neque ad hoc alicujus alterius cedemus sermonibus. Sed neque, interpellans dixit impius, vobis, o impii, erunt curæ ulla tormenta ? Nequaquam, dixerunt sancti ; propemodum enim hoc nomine tibi habemus gratias, quod nobis dederis, ut his accipiamur epulis. Sed non sic, inquit præses, erit deinceps ; sed scietis, quanta sit maximorum deorum potentia, quos vos tam

Γ'. Πρὸς ταῦτα οἱ μάρτυρες, Ἡμεῖς, ὦ ἄρχων, ἀπεκρίναντο, καὶ λόγῳ πολλῷ καὶ ἔργῳ, ἤδη δὲ καὶ χρόνῳ τὴν πεῖραν δεδώκαμεν ὡς οὔτε θεοῖς θύσομεν, οὔτε τινὸς ἄλλου πρὸς τοῦτο λόγους ὑπείξομεν. Οὔτε μὲν ἀλλ', ἐγκόψας ὁ δυσσεβὴς, οὐδὲ τῶν βασάνων οὐδὲν ἀνόσιοι, μέλον ὑμῖν ; Οὐμενοῦν, εἶπον οἱ ἅγιοι· μικροῦ γάρ σοι καὶ χάριτας προσοφείλομεν, ὅτι ταύταις ἡμῖν ἐνευωχηθῆναι δέδωκας. Ἀλλ' οὔτι, φησὶν ὁ ἄρχων, τὸ ἐξῆς οὕτως ἔσται ἂν ἐγώ τε ὦ (?) καὶ ἡ τῶν μεγίστων θεῶν δύναμις, οἷς ἡμῖν ἀναίδην οὕτωσὶ διαλοιδορεῖσθε μηδὲ τοὺς παρεστῶτας τούτους;

αἰδούμενοι, πολλούς τε ἅμα καὶ σοφοὺς ὑπάρχοντας, οἵ καὶ πρῶτον μὲν ἐν θεοῖς Δία, ἔπειτα Ἥραν τε καὶ Ῥέαν καὶ τοὺς λοιποὺς πρεσβεύουσιν. Ἃ γὰρ τὸ πρῶτον ὑπέστητε οἱονεὶ σκιαὶ μόνον ἦσαν κολάσεων, νυνὶ δὲ τοσαύταις ὑποβληθήσεσθε τιμωρίαις ὡς μὴ τὸ ὑμῶν θράσος ὑπ' αὐτῶν συσταλῆναι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἐμβαλεῖν φόβον τοῖς ἴσην ὑμῖν τὴν ἀπείθειαν, εἴγε καὶ τοιοῦτοί τινες εἰσιν, ἐπιδεικνυμένοις.

Δ'. Πρὸς ταῦτα πάλιν οἱ ἀριστεῖς · Περὶ μὲν τοῦ Διὸς, ὦ ἄρχων, καὶ τῆς ἐκείνου μητρὸς Ῥέας μηδὲν πρὸς ἡμᾶς · ἐπεὶ μὴ πρὸς ἀγνοοῦντας ὁ λόγος · ἴσμεν γὰρ ἐκ πατέρων ἀκηκοότες καὶ γένος αὐτοῦ καὶ τυχὴν καὶ τρόπον · τὸν δὲ τάφον, εἰ βούλει, καὶ σοὶ παριόντες δείξομεν. Καὶ γὰρ τῆς τῶν Κρητῶν καὶ αὐτὸς ὡρμᾶτο · γέγονε δὲ τῶν ἐπιχωρίων τύραννος. Οὕτω δὲ ἀσελγὴς ἦν καὶ πρὸς ἡδονὰς ἐπίφορος, ὥστε μὴ γυναιξὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄῤῥεσιν ἐπιμαίνεσθαι · γόης δὲ ἄνθρωπος καὶ κακότεχνος, πανούργως ἑαυτὸν ἐξαλλάττων δι' ἀκολασίας ὑπερβολὴν καὶ δσαι ὧραι μίξεσιν ἀτόποις ἐμμιαινόμενος. Ἀμέλει καί τινες ὁμοιοπαθῶς ἔχοντες καὶ τὴν ἐκείνου βδελυρίαν ζηλώσαντες (τί γὰρ οὕτω ῥᾴον ὡς ἡ τοῦ κακοῦ μίμησις ;) θεόν τε τοῦτον ἀναγορεύουσι, καὶ νεὼς ἀνιστῶσι καὶ θύουσιν ἵνα τὸ κατὰ γνώμην αὐτοῖς καὶ θεῷ κατὰ γνώμην δοκῇ, καὶ οὕτως οὐ θεομισεῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ θεῖον, οἴμοι ! τὸ ἀσελγαίνειν νομίζηται.

Ε'. Ταῦτα τοῦ θείου φθεγγομένου χοροῦ ὁ μὲν ἀνθύπατος πρὸς τὸν ἔλεγχον ἀπερρήγνυτο, πολὺ δὲ καὶ μᾶλλον καὶ ὁ δῆμος ἐκμανὴς ἦν καὶ ὥρμα τοὺς μάρτυρας συλλαβεῖν, καὶ μικροῦ ἂν καὶ χερσὶν αὐτοὺς διεσπάσαντο, εἰ μὴ ὁ Δέκιος καὶ χειρὶ καὶ φωνῇ στήσας αὐτοῖς τὴν ὁρμὴν καὶ ἡρεμεῖν διακελευσάμενος, πικρότερον αὐτοῖς ἐκεῖνος τὸν τοῦ θανάτου τρόπον ἐμηχανᾶτο. Εἶχον μὲν οὖν αὐτίκα τοὺς ἁγίους αἱ βάσανοι · εἶχον δὲ ἄλλως μὲν ἄλλη, πᾶσαι δὲ ὁμοίως τῇ πικρότητι καὶ τῇ τῆς ὀδύνης ὑπερβολῇ. Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἀναρτηθεὶς σιδηροῖς μὲν ὄνυξι διεξαίνετο, νεῦρα δὲ διεσπᾶτο, σάρκες δὲ ἐκείνου πρὸς γῆν κατέῤῥεον · ὁ δὲ ξύλοις καὶ λίθοις ὀξέσι τὰς πλευρὰς αὐτοῖς ὀστέοις διετιτρώσκετο, ἄλλος μολίβδου βάρει τυπτόμενος τὰς ἁρμονίας τε διελύετο καὶ τὰ ὀστᾶ συνεθλᾶτο καὶ διεθρύπτετο · ἕτερος δὲ ἑτέρως · ἀλγεινὸν γὰρ καὶ ἀκοὴ μόνη τὸ δριμὰ τῶν κολάσεων. Ἐπεὶ ὥσπερ καὶ ἰδεῖν ταῦτα τοῖς συμπαθεστέροις οὐ φορητὸν, οὕτω καὶ τὸ κατὰ μέρος διεξιέναι τε καὶ ἀκούειν περὶ αὐτῶν οὐ μετρίως ὀδυνηρόν. Ἀλλ' οἱ μάρτυρες καὶ ταῦτα πάσχοντες οὕτω ῥᾳδίως, ἢτ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, ἡδέως ἔφερον, ὡς εἰκάζειν τοὺς παρεστῶτας μη, μᾶλλον ἐπὶ τοῖς γινομένοις ἀλγεῖν ἢ ὅτι μὴ καὶ πλείους ἦσαν αἱ βάσανοι δυσχεραίνειν.

Ϛ'. Συνέῤῥεον οὖν ἐπ' αὐτοὺς πάντες ὥσπερ ἐπί τι τῶν καινῶν τε καὶ παραδόξων, πιστοί τε ἅμα καὶ ὅσοι πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἐπεπήρωντο · ἀλλ' οἱ μὲν

A impudenter maledictis insectamini, neque hos qui adsunt, reverentes, qui simul sunt multi et sapientes : qui inter deos quidem primum, Jovem, deinde Junonem et Rheam, et reliquos colunt. Quæ enim primum sustinuistis, erant veluti solum umbræ suppliciorum. Nunc autem tam multis supplicis cruciabimini, ut non vestra audacia ab eis solum comprimatur, sed aliis quoque metum incutiat, qui æque ac vos sunt inobedientes, si modo ulli sunt ejusmodi.

IV. Ad hæc rursus viri fortissimi : De Jove quidem, o præses, et illius matre Rhea nihil nobis dixeris. Neque enim apud eos qui ignorant, verba facis. Scimus enim, ut qui a patribus nostris audiverimus, genus ejus et fortunam et mores. Sepul-
B crum autem, si vis, etiam præsentes indicabimus. Nam ipse quoque in Creta ortus est. Fuit vero eorum qui in ea habitabant, tyrannus. Erat autem adeo intemperans et proclivis ad libidines, ut non solum in feminas, sed etiam insaniret in masculos, præstigiis vero utebatur et malis artibus, se callide mutans propter summam intemperantiam, et singulis horis se polluens nefariis concubitibus. Quidam autem, qui eisdem laborabant vitiis, et imitati fuerant illius abominationem (quid est enim tam facile, quam mali imitatio ?) et eum deum esse pronuntiant, et ei templa excitant et sacrificant, ut quod eis placet, deo quoque videatur placere ; et sic non solum deo non invisum, sed etiam, proh dolor ! divinum existimetur se libidi-
C nose et intemperanter gerere.

V. Divino hæc loquente choro, proconsul quidem disrumpebatur, ut qui convinceretur ; multo autem magis furebat etiam populus, et impetu ferebantur ad comprehendendos martyres, et eos manibus propemodum discerpissent, nisi Decius et voce et manu eos cohibuisset : et cum jussisset eos quiescere, acerbius illis mortis genus machinebatur. Et sanctos quidem statim arripuere tormenta : alios quidem alia, sed acerbitate et magnitudine doloris similia. Nam alius quidem ex ipsis suspensus, ferreis lacerabatur ungulis : nervi vero divellebantur, carnes autem illius in terram defluebant ; alii vero lapidibus et acutis sudibus sauciabantur latera usque ad ossa ; alii quidem gravi plumbo verberato dissolvebantur compages, ossa-
D que confringebantur et conterebantur ; alius item aliter ; est enim vel solo auditu miserabilis acerbitas suppliciorum. Etenim quomodo iis qui sunt paulo misericordiores, hæc videre est intolerabile, ita etiam singillatim persequi et audire, est longe molestissimum. Sed martyres hæc etiam patientes, adeo facile, aut, ut verius dicam, jucunde ferebant, ut qui aderant, conjicerent eos non tam dolere propter ea quæ sustinebant, quam ægre ferre, quod non essent plura tormenta.

VI. Omnes itaque ad eos confluebant, tanquam ad res novas et admirabiles, tam fideles, quam quibus manca erat pietas. Sed illi quidem, ut ?

mirarentur athletarum contantiam, et suam confirmarent pietatem ; hi autem,ut irriderent eorum tolerantiam et eorum plagis quodammodo lætarentur propter insignem crudelitatem. Quamobrem non modo nulla movebantur misericordia, sed etiam præsidem et lictores magis irritabant ad sævitiam. Et hi quidem sic incitabant, ille vero jubebat, lictores autem exsequebantur.Porro autem præco quoque clamabat: Parcite vobis ipsis; parete principibus ; sacrificate diis.Martyres autem etiam in tanta copia rerum asperarum, erant omnibus simul superiores, turba, præcone, tormentis, ipso præside, et ante eos omnium principe Satana, et universis quæ eis subjiciuntur, copiis. Omnes enim, veluti signo dato, unam simul vocem tollunt : Sumus Christiani, Christi hostiæ, Christi victimæ ; etiamsi millies mori oporteat, libenter moriemur.

VII.Cum autem martyrum negotio omnia postponerentur, qui erat valde promptus Satanæ minister Decius,desperans fieri posse,ut persuaderet adhuc et cogeret, fert in eos mortis sententiam. Ducebantur itaque sancti, ut ense interficerentur, ad locum, qui parum quidem abest a civitate, ab incolis vero vocatur Alonium. Ad eum festinantes martyres, ostenderunt novum quid, et quod videbatur insolitum. In toto enim cursu martyrii,inter se unanimes et simul conspirantes,in hoc solum contendebant, quisnam eorum primus ensem subiret, et primus coronam acciperet. Hanc autem litem componit Theodulus, qui erat unus ex divino choro, dictitans quod is futurus esset primus, qui omnium ultimus excederet,cum nihil turpe et indecorum ex spectaculo aliorum sustinuerit,sed sic revera multa certamina subierit. Placuit omnibus, quod dixerat : et primum quidem ad Deum communem hymnum canunt: «Benedictus es,Domine, dicentes, qui non dedisti nos in captionem dentibus eorum, » et quæ deinceps scripsit Psalmographus[1].Deinde etiam ad locum accedentes,fecerunt unusquisque orationem : Paree, Domine, servis tuis, dicentes, et suscipe sanguinem nostrum pro nobis, pro nostris, pro nostra patria,ut ea liberetur a tenebris ignorationis, et puris oculis contempletur pietatem, et te veram lucem, o Rex æterne.

VIII. Postquam sic precati essent unusquisque, sacra et victoria insignia eis sunt amputata capita, cum se patriæ distribuissent: et sanguinem quidem infernæ,nempe illud quod interit,intereunti,spiritum autem dedissent supernæ,ei quæ semper manet, illud quod est permanens.Cum vero post consummationem recessissent lictores, quidam ex eorum cognatis,qui in eo loco remanserant,horum sacras venerabiliter componunt et deponunt reliquias. Et tunc quidem mortuos habuit, quæ illos tulerat.

[1] Psal. CXXIII, 6.

A ὥστε θαυμάσαι τῆς καρτερίας τοὺς ἀθλητὰς καὶ βεβαιοτέραν θέσθαι παρ' ἑαυτοῖς τὴν εὐσέβειαν, οἱ δὲ πρὸς τὸ μυατηρίσαι μᾶλλον τὴν ἐκείνων ὑπομονὴν καὶ οἷα ταῖς αὐτῶν πληγαῖς ἐφησθῆναι διὰ περιουσίαν ὠμότητος, δι' ἣν αἰτίαν οὐ μόνον οὐδένα οἴκτον ἐλάμβανον οὕτω πασχόντων, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀγριότητα μᾶλλον αὐτόν τε τὸν ἄρχοντα καὶ τοὺς δημίους ἠρέθιζον. Καὶ οἱ μὲν οὕτω παρέθηγον · ὁ δὲ ἐκέλευεν · οἱ δὲ ἐπετέλουν. Ἐπεβόα δὲ καὶ ὁ κήρυξ · Φείσασθε ἑαυτῶν, πείσθητε τοῖς κρατοῦσι, θύσατε τοῖς θεοῖς. Οἱ μάρτυρες δὲ καὶ πρὸς τοσαύτῃ χαλεπῶν ἀφθονίᾳ τούτων ὁμοῦ κρείττους ἦσαν, τοῦ ὄχλου, τοῦ κήρυκος, τῶν βασάνων, αὐτοῦ τοῦ ἄρχοντος, πρὸ δὲ τούτων πάντων τοῦ ἄρχοντος Σατανᾶ καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν ἁπάσης δυνάμεως. Ὥσπερ γὰρ ἐκ συνθήματος
B πάντες μίαν ἀροῦσιν ὁμοῦ τὴν φωνήν, Χριστιανοί ἐσμεν, Χριστοῦ θυσίαι, Χριστοῦ σφάγια. Κἂν μυριάκις δέῃ θανεῖν, ἡδέως ἀποθανούμεθα.

Ζ'. Ὡς οὖν πάντα τῶν μαρτύρων δεύτερα ἦν, ὁ πάνυ πρόθυμος ὑπηρέτης τοῦ Σατανᾶ Δέκιος, ἀπειπὼν καὶ τὸ πείθειν ἔτι καὶ τὸ βιάζεσθαι, τὴν τοῦ θανάτου κατ' αὐτῶν ψῆφον ἐκφέρει. Ἤγοντο οὖν οἱ ἅγιοι διὰ ξίφους θανατωθῆναι παρὰ τὸν τόπον ὃς βραχὺ μὲν ἀπεῖχε τῆς πόλεως, τοῖς ἐγχωρίοις δὲ
C Ἀλώνιον ἐκαλεῖτο. Παρὰ τοῦτον οἱ μάρτυρες ἐπειγόμενοι καινόν τι καὶ δοκοῦν ἀσυνήθες ἑαυτοῖς ἐπεδείκνυντο. Παρὰ πάντα γὰρ τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον σύμπνουν τι καὶ ὁμόψυχον ἀλλήλοις πνεύσαντες κατὰ τοῦτο μόνον ἐφιλονείκουν τίς ἂν αὐτῶν πρῶτος ὑπέλθοι τὸ ξίφος καὶ πρῶτος ἄρῃ τὸν στέφανον. Παύει δὲ τὴν ἔριν ταύτην Θεόδουλος, εἷς ὢν τῶν θείου τοῦδε χοροῦ, ἐπειπὼν ὡς Οὗτος ἂν εἴη μᾶλλον
D ἐνταῦθα πρῶτος ὃς ἂν ἀπέλθοι τῶν πάντων ἔσχατος, μηδὲν ἀγεννὲς ὑποστὰς ἐκ τῆς τῶν ἄλλων θέας, ἀλλὰ καὶ πολύαθλος οὕτως ἐπιεικῶς γενόμενος διὰ τοῦτο καὶ πλειόνων ἄρα στεφάνων ἄξιος. Ἤρεσε τοῖς πᾶσιν ὁ λόγος · καὶ πρῶτα μὲν κοινὴν πιοῦνται πρὸς Θεὸν τὴν ᾠδήν, « Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε, » ψάλλοντες, « ὃς οὐκ ἔδωκας ἡμᾶς εἰς θήραν τοῖς ὀδοῦσιν αὐτῶν, » καὶ ὅσα ἐπὶ τούτοις ὁ Ψαλμῳδός. Ἔπειτα καὶ παριόντες ἐπὶ τὸν τόπον ἕκαστος προσευχὴν ἐποιοῦντο, Φεῖσαι, Κύριε, τῶν δούλων σου, λέγοντες, καὶ δέξαι τὸ αἷμα ἡμῶν ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπὲρ τῶν ἡμετέρων, ὑπὲρ πατρίδος, ὥστε τοῦ σκότους αὐτὴν τῆς ἀγνοίας ἀπαλλαγῆναι καὶ καθαροῖς ὄμμασι θεάσασθαι τὴν εὐσέβειαν καὶ σὲ τὸ ἀληθινὸν φῶς, αἰώνιε
D βασιλεῦ.

Η'. Οὕτως ἕκαστος προσευξάμενοι τὰς καλλινίκους αὐτῷ καὶ ἱερὰς ἀπετμήθησαν κεφαλὰς, διανείμαντες ἑαυτοὺς ταῖς πατρίσι · καὶ τὸ μὲν αἷμα τῇ κάτω δόντες, τῇ φθειρομένῃ τὸ φθειρόμενον, τὸ πνεῦμα δὲ τῇ ἄνω, τῇ ἀεὶ μενούσῃ τὸ διαμένον. Τῶν δὲ δημίων μετὰ τὴν τελείωσιν ὑποχωρησάντων, τῶν συγγενῶν αὐτοῖς τινες, περὶ τὸν τόπον ὑπολειφθέντες τὰ ἱερὰ τούτων λείψανα περιστέλλουσί τε τιμίως καὶ κατατίθενται. Καὶ τότε μὲν ἧπερ αὐτοὺς ἤτεγκεν, ἐκείνη καὶ τεθνηκότας εἶχεν · ὕστερον δὲ ὁπότε ἡ τῆς εὐσε-

θείας ἰσχὺς οἱονεί τις ζώνη χρυσῆ τὸ πλεῖστον τῆς A οἰκουμένης περιεῖληφε, Παῦλος ἐπὶ τὴν νῆσον στέλλεται ἐφ' ᾧ ταῦτα πρὸς τὴν νέαν ἀγαγεῖν Ῥώμην, τὴν βασιλίδα φημὶ τῶν πόλεων· Παῦλος ἐκεῖνος οὗ πολὺ τὸ τῆς ἁγιωσύνης ὄνομα τῆς μεγαλοδόξου Ῥώμης ἀρχιερέως καὶ τῷ τρόπῳ μᾶλλον ἢ τῷ θρόνῳ τὸ ἐπίσημον ἔχων, οὗ καὶ κλῆσις μόνον μάστιξ ἦν τοῖς δαίμοσιν ἐλατήριος, οὗτος λογάδας ἐκ βασιλέως λαβὼν τοῦ ἐγχειρήματος συνεργοὺς, ἐπὶ τὸ Κρητῶν παραγίνεται ἔθνος, καὶ τὴν ἐπικειμένην ἀφελὼν τοῖς λειψάνοις γῆν, εὑρίσκει ταῦτα, Χριστὲ βασιλεῦ, ζῶσιν ἐοικότα καὶ φθορᾶς κρείττονα καθάπερ ἐνούσης ἔτι πνοῆς νοτίδος τε αὐτοῖς οἷα δὴ δρόσου ἐπικαθημένης ἐωθινῆς. Ἐκεῖθεν οὖν αὐτὰ σὺν θαύματι ἀνελόμενος τῇ λαμπρᾷ καὶ βασιλίδι τῶν πόλεων φέρων δίδωσι, καὶ νῦν εἰσιν οὗ καὶ τὰ ἱερὰ τῶν μαρτυρικῶν B νηπίων τεθησαύρισται λείψανα, κοινοὶ σωτῆρες καὶ πολιοῦχοι καὶ φύλακες ἐν πᾶσιν ἀνιαροῖς ἄγρυπνοι, ὧν γένοιτο ταῖς πρεσβείαις μετόχους καὶ ἡμᾶς γενέσθαι τῶν ἀποκειμένων αὐτοῖς ἀγαθῶν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δόξα καὶ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Postea autem, quando vis veritatis, veluti quædam zona aurea, comprehendit maximam partem orbis terrarum, Paulus mittitur in insulam, ut eas ad novam Romam deduceret, ad reginam, inquam, urbium: Paulus ille, cujus est magnum nomen sanctitatis, gloriosæ Romæ pontifex, et qui moribus magis quam throno erat insignis, cujus vel sola appellatio erat flagellum ad pellendos dæmones. Is cum accepisset aliquos delectos ab imperatore, qui ejus cœpto opem ferrent, venit ad gentem Cretensem: et cum amovisset terram reliquiis impositam, invenit eas, o Rex Christe, similes viventibus, et interitu superiores, perinde ac si inesset adhuc spiritus, et eis humor tanquam ros insideret matutinus. Cum eas ergo illinc sustulisset cum miraculo, eas tradit præclaræ et reginæ urbium: et nunc sunt, ubi sunt repositæ reliquiæ martyrum infantium, communes servatores et præsides civitatis, et vigilantes custodes in omnibus rebus molestis: quorum intercessionibus detur nobis consequi bona ipsis reposita, gratia et clementia Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri et sancto Spiritui gloria et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

ΜΑΡΤΥΡΙΟΝ

ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΟΥ ΜΕΓΑΛΟΜΑΡΤΥΡΟΣ

ΑΝΑΣΤΑΣΙΑΣ

ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΤΙΩΝ ΜΑΡΤΥΡΩΝ ΑΓΑΠΗΣ, ΕΙΡΗΝΗΣ ΚΑΙ ΧΙΟΝΙΑΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΛΟΙΠΩΝ.

—

MARTYRIUM

SANCTÆ ET INCLYTÆ MAGNÆ MARTYRIS

ANASTASIÆ JUNIORIS

ET SANCTARUM MARTYRUM AGAPES, IRENES, CHIONIÆ *ET SOCIARUM.*

(Græce ex cod. ms. Paris. n. 1496; Latine apud Surium ad diem 25 Decembris.)

—

Α'. Ἀναστασία γυναικῶν ἡ καλλίστη Ῥώμης μὲν C τῆς περιδόξου φυτὸν, γένεος δὲ περιφανείᾳ καὶ κάλλει σώματος, εὐγενείᾳ τε ψυχῆς καὶ ἠθῶν εὐκοσμίᾳ τῶν πασῶν ἐκράτει καὶ τοῖς ἁπάντων ἤδετο χείλεσιν, ἀνδρὸς μὲν πρωτιστάτου τινὸς θυγάτηρ οὖσα, παρά τινι δὲ ἀνδρὶ Χρυσογόνῳ τοὔνομα τὰ θεῖα σοφῷ παι-

I. Anastasia, mulierum pulcherrima, inclytæ quidem Romæ erat nata: generis autem splendore et corporis pulchritudine, et animæ nobilitate, et morum honestate et moderatione omnes vincebat, et labris omnium canebatur. Et erat quidem cujusdam viri prætextati filia: a quodam autem, nc

mine Chrysogono, fuit in rebus divinis instituta, cui etiam fuit postea caput coronatum corona martyrii, sicut etiam procedens declarabit oratio, cum impius Diocletianus Romana sceptra tunc teneret.

II. Cum ergo apud Chrysogonum Anastasia falsam gentilium opinionem verbis luculentis eluisset, eum qui vere est Deus, pro iis qui viderunt, cognoscit. Et nunc quidem non libere profitetur pietatem, a patre vero vel invita in matrimonium data viro gentili, nomine Publio, conante, ut dicitur, miscere ea quæ misceri nequeunt, illa partim quidem omnino sibi vindicans virginitatem, partim autem abhorrens ejus religionem, ne cum eo quidem omnino cohabitare in animum induxit, sed ut pura ad Christum accederet, et nullum ex ejus præceptis despiceret, diu noctuque meditans, ad eum omnem direxit cogitationem. Vestem quidem certe sæpe mutans, et vili pro splendida se induens, et se habitu quodammodo celans, una eam sequente ancilla, omnes obibat carceres, et a custodibus emens ingressum pecuniis, eos qui in eis pro Christo erant inclusi, et corpore propter tormenta male erant affecti, cum quanta potuit reverentia et honore curabat, pedes lavans, manus abluens, comam sordidam, quoad ejus fieri poterat, expurgans, et quod pilorum erat superfluum, prolixum autem erat propter longam in carcere inclusionem, officiose tondens, sanguinem diligenter abstergebat, vulnera mundabat : deinde etiam alligans linteis, et sanctis amplexibus suum in eos amorem indicans, et alimenta unicuique præbens necessaria, sic exibat.

III. Hæc cum fierent assidue, quoniam virum latere non potuit, resciscit etiam Publius : et protinus multi sunt adhibiti custodes Anastasiæ, qui non sinebant eam domo egredi, neque ullum ad eam ingredi ex iis qui, ut illi dicebant, mores videbantur corrumpere, et poterant ei persuadere, ut a Publii abstineret consuetudine. Illam autem et hoc quidem male habebat, quod alios omnes qui antea ab ipsa curabantur, neque posset videre, nec ab ipsis videri : quod vero plus quam alia eam cruciabat, et medium ejus cor tangebat, erat præceptor Chrysogonus ; qui cum duobus annis integris multa et varia pro Christo tormenta sustinuisset, habitabat in carcere, ita jubente Diocletiano. Ad eum crebro, quando in sua erat potestate, ventitabat. Tunc autem prohibita, per quamdam anum ei significat ea quæ evenerant, et per eam rogat ut pro ipsa precetur ; precationis vero hæc sit summa, ut ab impio quidem evadat Publio, assequatur autem opportunitatem, ut quod habet in animo deducat ad effectum, et perseveret curare eos qui martyricis decorantur vulneribus, quoad ejus fieri poterit ; quin etiam ut ipsa vitam finiat in pietatis scopo immutabili. Hæc cum significasset Chrysogono, postremo etiam de mariti profectione eum reddit certiorem. Fuerat enim illo tempore Publius missus legatus ab imperatore

A δευθεῖσα, ὃς καὶ μαρτυρίου στεφάνῳ τὴν κεφαλὴν ὕστερον ἐκόσμησεν, ὥσπερ ἄρα καὶ προϊὼν ὁ λόγος δηλώσει, Διοκλητιανοῦ τότε τοῦ δυσσεβοῦς τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος.

Β'. Παρὰ Χρυσογόνῳ τοίνυν Ἀναστασία τὴν ἀλμυρὰν τῶν Ἑλλήνων δόξαν ποτίμοις ῥήμασιν ἀποκλυσαμένη τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν ἀντὶ τῶν δοκούντων ἐπιγινώσκει. Καὶ νῦν μὲν οὐ παῤῥησιάζεται τὴν εὐσέβειαν, παρὰ δὲ τοῦ πατρὸς καὶ ἄκουσα πρὸς γάμον ἀνδρὶ Ἕλληνι ἐκδοθεῖσα, Ποπλίῳ τοὔνομα, πειρωμένου μιγνύειν, τὸ τοῦ λόγου, τὰ ἄμικτα, ἐκείνη τοῦτο μὲν τὴν παρθενίαν περὶ παντὸς ποιουμένη, τοῦτο δὲ καὶ τὴν αὐτοῦ θρησκείαν μάλα μυσαττομένη, οὐδ' ὅλως αὐτῷ συνοικεῖν ἠγάπα, ἀλλὰ τὸ καθαρὰ προσελθεῖν Χριστῷ καὶ μηδὲ μίαν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ παριδεῖν, τοῦτο μελετῶσα νύκτα καὶ μεθ' ἡμέραν πρὸς αὐτῷ πᾶσαν ἀπηύθυνε τὴν διάνοιαν. Ἀμέλει καὶ τὴν ἐσθῆτα πολλάκις ἀμείβουσα καὶ φαύλην ἀντὶ τῆς λαμπρᾶς περιβαλλομένη, καὶ ὡς οἷόν τε κρύπτουσα ἑαυτὴν ἐκ τοῦ σχήματος, μιᾶς ἑπομένης θεραπαινίδος, πάσας τε τὰς φυλακὰς περιῄει καὶ χρήμασιν ἀπὸ τῶν φυλάκων τὴν εἴσοδον ὠνουμένη τοὺς ἐν αὐταῖς ὑπὲρ Χριστοῦ καθειρχθέντας καὶ βασάνοις τὸ σῶμα πονήρως ἔχοντας, μεθ' ὅσης αἰδοῦς ἐθεράπευε καὶ τιμῆς, πόδας ῥύπτουσα, χεῖρας εὐλαβῶς ἀπονίπτουσα, κόμην ῥυπῶσαν ὡς οἷόν τε διακαθαίρουσα, καὶ τῶν τριχῶν τὸ παρέλκον ὅπερ ὁ πολὺς τῆς καθείρξεως ἐμήκυνε χρόνος θεραπευτικῶς περικείρουσα ἀπέκλυζεν, εἶτα καὶ ὀθονίοις καταδεσμοῦσι καὶ ἁσπασμοῖς ἁγίοις τὸ πρὸς αὐτοὺς ἐπιδεικνυμένη φίλτρον, τροφάς τε τὰς ἐπιτηδείους ἑκάστῳ παρεχομένη, οὕτως ἐκεῖθεν ἐξῄει.

Γ'. Ταῦτα συνεχῶς γινόμενα, ἐπεὶ μὴ εἶχε τὸν ἄνδρα λαθεῖν, μανθάνει καὶ Πόπλιος, καὶ αὐτίκα φύλακε ἦσαν Ἀναστασίᾳ συχνοί, μήτ' αὐτὴν ἐξιέναι τῆς οἰκίας ἐῶντες, μήτε μὴν παρ' αὐτὴν εἰσιέναι, τινὰ τῶν κατ' ἐκείνους παραφθείρειν τὸ ἦθος δοκούντων καὶ δυναμένων αὐτὴν πείθειν τῆς τοῦ Ποπλίου ἀπέχεσθαι συνοικίας. Τὴν δὲ καὶ τοῦτο μὲν ἐλύπει, τὸ τούς ἄλλους ἅπαντας τοὺς πρὸ τοῦ παρ' αὐτῆς θεραπευομένους μήθ' ὁρᾷν ἔτι δύνασθαι μήθ' ὑπ' ἐκείνων ὁρᾶσθαι· ὃ δὲ πλέων τῶν ἄλλων ἦλγει καὶ μέσης αὐτῆς ἥπτετο τῆς καρδίας ὁ καθηγητὴς ἦν Χρυσόγονος, ὃς δι' ὅλων ἐτῶν δύο πολλὰς καὶ βαρείας ὑπὲρ Χριστοῦ βασάνους ὑπενεγκών, εἶτα καὶ δεσμωτήριον ᾤκει, οὕτω Διοκλητιανοῦ προστάξαντος. Παρὰ τοῦτον καὶ τὰ πολλά, ὅτε καὶ ἦν αὐτῇ ἐπ' ἐξουσίας, ἐφοίτα. Τότε δὲ εἰργομένη διά τινος αὐτῷ γραὸς τά τε συμβάντα γνωρίζει καὶ πρὸς τὴν ὑπὲρ αὐτῆς εὐχὴν διὰ ταύτης ἠξίου· κεφάλαιον δὲ τίθεσθαι τῆς εὐχῆς, Ποπλίου μὲν τοῦ δυσσεβοῦς ἐκφυγεῖν, καιροῦ δὲ τυχεῖν τά τε κατὰ γνώμην εἰς πέρας ἀγαγεῖν καὶ τοὺς τοῖς μαρτυρικοῖς τραύμασιν ὡραΐζομένους ὡς οἷόν τε θεραπεύουσαν διαμεῖναι, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἐν ἀμεταθέτῳ τῆς εὐσεβείας σκοπῷ τὴν ζωὴν καταλῦσαι. Ταῦτα τῷ Χρυσογόνῳ σημήνασα τελευταῖον καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀποδημίαν γνωρίζει. Ἐτύγχανε γὰρ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Πούπλιος πρέσβυς ἐκ βασιλέως πρὸς Πέρσας ἀποσταλείς. Ἃ καὶ μαθὼν

ὁ Χρυσόγονος χαίρειν αὐτῇ καὶ τὰ ἀγαθὰ πράττειν A ad Persas. Quæ cum didicisset Chrysogonus, jubet
ἐδήλου τά τε παρόντα γενναίως φέρειν καὶ πρὸς τὸ eam gaudere et bona facere, et præsentia forti
μέλλον ἀκόλουθον καὶ τὸ πέρας προσδοκᾷν τῷ θελή- animo ferre, et in futurum voluntati quoque con-
ματι. sentaneum exspectare exitum.

Δ'. Ῥώννυται τούτοις Ἀναστασία καὶ αὐτὰ ταῦτα IV. His confirmatur Anastasia, et hæc ipsa duxit
τῆς ἡδονῆς ἐποιεῖτο πρόφασιν καὶ τῆς ἀγαθῆς ἐλπί- esse gaudii occasionem, et bonæ spei principium
δος χάριν ἃ πρὸ τοῦ συμφορὰν ἐνόμιζε τὴν τε τοῦ existimavit esse calamitatem, nempe et mariti cru-
ἀνδρὸς ὠμότητα καὶ τὴν πολλὴν ἀγριότητα τῶν φυ- delitatem, et nimiam custodum sævitiam. Qui
λάκων, οἱ πάντες μὲν ὁμοίως ἀμείλικτοι καὶ πικροὶ, erant similiter quidem omnes acerbi et immiti-
Κοδίσσιος δὲ τὴν πονηρίον διαφερώτατος, ὃ καὶ Που- gabiles : Codissius autem erat excellenti improbi-
πλίῳ γνώριμον δν τούτῳ μάλιστα στελλόμενος ἐνε- tate, qui et notus erat Publio, et cui proficiscens
τέλλετο, μήτε τὸν ἔξωθεν τοῦ θαλάμου ἀέρα ὁρᾷν hoc maxime mandaverat, ut nec extra thalamum
μήτ' ἀναπνεῖν, εἰ δυνατὸν, ἐλευθερίως Ἀναστασίαν. videre aerem, nec libere, si fieri posset, respirare
Δεινὸν γὰρ ἐποιεῖτο εἰ τῆς πρεσβείας ἐπανήκων ζῶν sineret Anastasiam. Grave enim ducebat, si rever-
ὄψοιτο τὸ γύναιον τὰς πρὸς αὐτὸν ἤδη συνθήκας ἠθε- tens a legatione, vivam videret mulierem, quæ
τηκός. Πρὸς δὲ καὶ πολλῶν χρημάτων ὁμοῦ καὶ κτη- B fœdus cum eo initum jam violaverat. Præterea
μάτων οὗτος ὀφθῆναι κύριος εὔελπις ἦν. Ἐκεῖνος vero sperabat sic quoque fore, ut multarum pecu-
μὲν οὖν κατὰ τὴν ὁδὸν ἀκόλουθον τῇ πονηρίᾳ καὶ τὸ niarum et possessionum efficeretur dominus. At-
πέρας εὑρίσκει. Θνήσκει γὰρ κινδύνῳ διαφθορεῖς, que ille quidem invenit in via, quem par erat, exi-
ἅπερ ἤλπισε ὁρᾷν αὐτὸς πρότερον σὺν δίκῃ παθὼν, tum. Moritur enim periculo perditus, quæ se spe-
καὶ χηρείας Ἀναστασίᾳ πρόξενος καταστὰς οὐ θρη- rabat facturum, ipse prius juste passus : et effectus
νεῖν, ἀλλὰ σκιρτᾷν ἐμποιούσης. Ἀναστασία δὲ τοῦ Anastasiæ conciliator viduitatis, quæ non luctum
δεσμοῦ καὶ τῶν φυλαττόντων αὐτὴν κυνῶν ἐλευθε- afferebat, sed exsultationem. Anastasia autem libe-
ρωθεῖσα (οὕτω γὰρ αὐτοὺς εἰπεῖν οἰκειότερον) ἐπὶ rata a vinculo et a canibus qui eam custodiebant
τὴν σύννομον ἀγέλην καὶ τὴν συνήθη τῆς εὐσεβείας (sic enim eos convenit appellare), ad solitum gre-
νομὴν ἐφέρετο σχῆμά τε μέτριον ὑποδῦσα πάλιν τάς gem ferebatur, et ad consueta pietatis pascua : et
τε φυλακὰς περιήρχετο καὶ σὺν πλείονι τῇ σπουδῇ modestum rursus induens habitum, obibat carce-
οὐ τὰ τραύματα μόνον καὶ τοὺς ἰχῶρας τοῖς ἁγίοις res, et magna cura ac diligentia non solum vulnera
ἐξεθεράπευεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ πρὸς τὸν ἀγῶνα τῶν ac saniem sanctis curabat, sed ad propositum
προκείμενον εὐγενῶς ἠλειφεν. Οἷον δὲ τὸν καρπὸν quoque certamen eos præclare incitabat et præpa-
ἐντεῦθεν τρυγᾷ τὸ ταύτης δηλώσει τέλως, τὸ δὲ τέλος C rabat. Qualem vero fructum hinc percipiat, decla-
πάντως ὁ λόγος τὸ δὴ νῦν ἔχον. rabit ejus finis : finem autem, oratio.

tudinem ascendisse gradum episcopatus (1): quemdam autem Theodorum fuisse ejus loco institutum, et præfectum administrationi monasterii: eumque tam præclare suo gregi præfuisse, et ad eam divinam gratiam pervenisse, ut et dæmoniacis et ægrotis, illis quidem vexantem spiritum, his vero morbum facile expellat: quin etiam cæcis oculis desideratum solem præbeat videndum, et iis qui ei subjecti sunt, monachis ita augeat exercitationem, ut nullam prætereant partem diei ac noctis, quæ non consumatur in perpetuis precibus et canticis. Horum monasterium nullis licet feminis ingredi; neque fas est eos ab ulla aspici muliere. Sed vos mei capitis comam tondete, et hos crines auferte, et virili me veste induite, et nocte ad eos ducite, vobis quidem me prope currum sequentibus, reliquis autem famulis simul præcedentibus et sequentibus, ut quando fuerimus in ipso loco, ejus quod factum est, nullum sensum omnino præbeamus. De cætero vobis curæ sit, ut cum portas ingressi fuerimus, salutem, ut par est, adipiscamur.

A Θεόδωρον δέ τινα εἰς τὸν ἐκείνου κλῆρον ἐγκατασταθῆναι καὶ τῆς μάνδρας ἐγχειρισθῆναι τὴν προστασίαν, ὃν οὕτω δὴ φιλαρέτως τοῦ ποιμνίου προστῆναι εἰς τοῦτό τε προβῆναι θεϊκῆς χάριτος ὡς καὶ δαιμονῶσι καὶ ἀσθενοῦσι τοῖς μὲν τὸ ἐνοχλοῦν πνεῦμα, τοῖς δὲ τὴν νόσον εὐχερῶς ἀπελαύνειν, οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ τυφλοῖς ὄμμασι τὸν ποθούμενον ἥλιον παρέχειν ὁρᾷν, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν δὲ μοναχοῖς οὕτω τὴν ἄσκησιν ἐπιτείνειν ὡς μικροῦ μηδὲν αὐτοὺς ἀπολειπειν μέρος ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς ὃ μὴ εὐχαῖς καὶ ᾠδαῖς ἀπύστοις ἀναλωθείη. Τούτων οὐδέποτε γυναιξὶ βάσιμος ἡ μονή, οὔτε ὀρθῆναι γυναῖκα θεμιτὸν ἐκείνοις. Ὑμεῖς δὲ ἀλλὰ τὴν κόμην γοῦν τῆς κεφαλῆς ἀποξείρατε τῆς ἐμῆς, καὶ πλοκάμους δὴ περιέλετε τούτους, ἔπειτα καὶ ἀνδρικήν μοι περιθέντες στολὴν, B νυκτὸς ἀγάγετε παρ' αὐτούς, ὑμῶν μὲν πλησίον τοῦ ὀχήματος παρεπομένων, τῶν δὲ λοιπῶν παίδων παραγόντων ὁμοῦ καὶ ἐφεπομένων ἵν', ὅταν καὶ πρὸς αὐτῷ γενώμεθα τῷ τόπῳ αἴσθησιν αὐτοῖς τὸ παράπαν μηδὲ μίαν δῶμεν τοῦ πεπραγμένου. Τὸ λοιπὸν μέλον ὑμῖν ἔστω ὅπως ἔσω τῶν θυρῶν γενόμενοι τῆς σωτηρίας ὡς προσῆκον ἐπιλαβώμεθα.

VI. Placuerunt eunuchis, quæ dicta sunt, et ea studuerunt ad effectum deducere. Porro autem felix quoque signum consequuntur. Nondum enim pervenerant, ut ingrederentur monasterium, et magnus inter episcopos Helenus venit ex Heliopoli, cum multitudine virorum, hæc veluti signo dato canentium: « Via justorum directa est, via sanctorum parata est [2]. » Hoc et iis qui C erant circa Eugeniam, auxit fidem, et effecit, ut illa mirandum in modum lætaretur. Tanquam certe nacta occasionem, eos qui circa se erant, magis accendit ad pietatem: et multa alia dicens, quæ ad tempus pertinebant, locoque conveniebant: et quod non forte fortuna, sed divina quadam providentia hæc audivisset, et ea quæ prius canebantur divini Davidis: sed illa quidem esse, quæ eam inducant ad pietatem: quæ autem nunc canuntur, quæ adhortentur ad viam virtutis. Hæc cum dixisset, et iis qui psallebant, se et suos admiscuisset, cum illis viam perfecit: quo quidem tempore et multa alia admirabilia audivit turbas de Heleno narrantes, ut ostenderent quantus esset D in miraculis, et quam cum is sæpe opus habuisset igne, visus sit ardentes carbones ferre in vestibus, illis nihil ex igne læsis: præterea autem et quæcunque alia assidue faciebat miracula, cujusmodi est hoc quoque dignum quod narretur, et mandetur memoriæ.

Σ'. Ἥρεσε τοῖς εὐνούχοις τὰ λαληθέντα, καὶ εἰς ἔργον ἔσπευδον ταῦτα προαγαγεῖν. Τυγχάνουσι δέ καί τινος αἰσίου συμβόλου. Οὔπω γὰρ ἔφθασαν ἐπιβῆναι καλῶς τοῦ φροντιστηρίου, καὶ ὁ μέγας ἐν ἐπισκόποις Ἕλενος ἐξ Ἡλιουπόλεως ἦκε καὶ σύνταγμα πλῆθη ἀνδρῶν ὥσπερ ἐκ συνθήματος ταῦτα ψαλλόντων· « Ἡ ὁδὸς τῶν δικαίων κατηυθύνθη, ἡ ὁδὸς τῶν ἁγίων ἡτοιμάσθη. » Τοῦτο καὶ τοῖς περὶ τὴν Εὐγενίαν τὴν πίστιν ηὔξησε, κἀκείνην ἡσθῆναι διαφερόντως πεποίηκεν ἀμέλει. Καὶ ὥσπερ καιροῦ δραξαμένη μᾶλλον ἔτι τοὺς περὶ αὐτὴν πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἀνεθέρμηνεν· ἄλλα τε πολλὰ καὶ τῷ καιρῷ καὶ τῷ τόπῳ συντείνοντα φθεγξαμένη· καὶ οὐ κατά τινα εὐτυχίαν, ἀλλ' ἐκ θείας προνοίας καὶ ταῦτα, καὶ τὰ τοῦ Δαυὶδ πρότερον ἀκούσαι· ψαλλόμενα· ἀλλ' ἐκεῖνα μὲν εἶναι πρὸς εὐσέβειαν ἐνάγοντα ταύτην, τὰ δὲ νῦν ὑπᾳδόμενα πρὸς τὴν τῆς ἀρετῆς τρίβον παρακαλοῦντα. Ταῦτα εἰποῦσα, καὶ τοῖς ψάλλουσιν αὐτήν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὴν μίξασα τὴν ὁδὸν ἦνυε σὺν ἐκείνοις. Ὅτε δὴ καὶ τῶν ὄχλων ἄλλα τε θαυμαστὰ περὶ τοῦ Ἑλένου διεξιόντων ἤκουσεν· ὅσος ἦν τοῖς θαύμασιν ὁ ἀνὴρ, καὶ ὅτι, πυρὸς αὐτῷ πολλάκις δεῆσαν, ἄνθρακας ἐπὶ τῶν ἱματίων ἐωρᾶτο κομίζων, οὐδὲν ἐκείνων ἀπὸ τοῦ πυρὸς βλαπτομένων. Πρὸς τούτοις καὶ ἄλλα ὅσα θαυματουργῶν αὐτὸς διετέλει ὁπότον δὴ καὶ τοῦτο λόγου καὶ μνήμης ἄξιον.

VII. Aiunt quemdam magum qui vocabatur Zareas, cum maleficæ artis summum attigisset fastigium, in illis locis esse versatum ad multorum exitium, magna et varia fraude utentem: quem inter cætera dicunt ausum esse aliquid ejusmodi

Ζ'. Φασί τινα μάγον Ζαρέαν καλούμενον αὐτὸ τῆς κακοτεχνίας φθάσαντα τὸ ἀκρότατον, τοῖς ἐκεῖ τόποις ἐπὶ λύμῃ πολλῶν ἐπιχωριασαι δεινῇ τῇ ἀπάτῃ καὶ πολλῇ χρώμενον, ὃν μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τοιοῦτόν τι τολμῆσαι θεομισέστατον φήμῃ τινὶ σπουδάσαι περι-

[2] Isa. xxvi, 7.

(1) Heliopolis scilicet. — In monasterio Heleni monachi, quos Essenos vocat Philo, perpetuis vacabant precibus et canticis.

λαβεῖν τοὺς ἐπιχωρίους ὡς αὐτὸς μὲν εἴη ἀπεσταλμέ- A
νος ὑπὸ Χριστοῦ εὐεργέτης ἀνθρώπων καὶ διδάσκα-
λος ἀγαθὸς, ψευδὴς δὲ Ἕλενος μάτην ἑαυτῷ τὸ διδα-
σκαλικὸν ἀξίωμα περιάπτων. Ἐνόμιζε γὰρ ὡς εἰ
τὸν ποιμένα τῷ ποιμνίῳ ἐνπολεμώσοι, τοῦ λοιποῦ
ῥᾳδίως αὐτοῖς ὥσπερ ἀφυλάκτοις ἐπελθὼν θρεμ-
μασι, θήραμα οὐκ εὐκαταφρόνητον τῷ πατρὶ αὐτοῦ
τῷ διαβόλῳ προσενεγκεῖν. Ταῦτα λέγων ἐκεῖνος καὶ
πιθανος ἦν ἐκ κακουργίας. Ἴστε γὰρ ὅπως ἀνυσι-
μώτατον ἡ κακία καὶ τοὺς πολλοὺς ἑλκύσαι πάνυ
ῥᾳδία· ὥστε καὶ τῷ Ἑλένῳ τὸν ὄχλον προσελθόντας
εἰπεῖν ἢ ποινὸν καὶ αὐτὸν κοινωνὸν τῆς διδασκαλίας
λαβεῖν, ἢ γοῦν πρὸς διάλογον ἀμιλληθῆναι, ἵνα τῷ
νικῶντι καὶ αὐτοὶ πρόσθοιντο. Ἀσμενος οὖν ὁ Ἕλε-
νος τὴν τῆς ἀμίλλης καταδέχεται πεῖραν· ἐθάῤῥει
γὰρ τῷ Χριστῷ. Τὸ δὲ κοινωνὸν Ζορέαν παραλαβεῖν B
ἄνθρωπον τερατείαις δαιμόνων ἐπικαυχώμενον, τοῦτο
καὶ ἀκοῇ μονῃ λαβεῖν ἀπευκτὸν ἡγεῖτο. Ὡς οὖν καὶ
ἡ κυρία παρῆν, πρὸς τοὺς λόγους ἐχώρει καὶ τὴν διά-
λεξιν. Καὶ ἰσχυρῶς μὲν πρῶτα ἐπετίθετο καὶ πυ-
κνοῖς ἅμα τὸν μάγον ἔβαλλε τοῖς ἐλέγχοις· ἐπεὶ δὲ
ἑώρα τῇ αὐθαδείᾳ ὡς ὅπλῳ χρώμενον, καὶ τὸ νικᾷν
οὐκ ἐκ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀναιδείας μᾶλλον
ἑαυτῷ περιθέσθαι φιλονεικοῦντα, ἔργῳ τὴν κρίσιν
ἐπέτρεπε, καὶ πῦρ πολὺ κατὰ μεσον τῆς πόλεως
ἀναφθῆναι κελεύει, ἐπιβῆναι δὲ τῆς φλογὸς ἀμφοτέ-
ρους, καὶ ὃς ἂν αὐτῶν ἁπαγὴς μείναι καὶ τοῦ πυρὸς
ἰσχυρότερος, τοῦτον εἶναι σαφῶς τὸν καὶ ὑπὸ Χριστοῦ
μεμφθέντα καὶ τὸν ἐκείνου κλῆρον διδάσκειν ἄξιον.

Deo maxime invisum, nempe famam sparsisse inter eos, qui illic habitabant, quod ipse quidem esset a Christo missus benefactor hominum et doctor bonus, mendax autem Helenus, auctoritatem docendi sibi falso tribuens. Existimabat enim, quod si pastorem adversus gregem ad bellum concitaret, eos deinceps, tanquam oves quæ non sunt custoditæ, aggrediens, non contemnendam prædam præberet patri suo diabolo. Hæc ille dicens, fidem faciebat sua improbitate. Scitis enim, quam sit malitia efficax et quam facile multos attrahat : adeo, ut ad Helenum turba accedens, ei dixerit, ut vel ipsum doctrinæ assumeret socium, aut certe inter se disputarent, ut ipsi ei qui vinceret, accederent. Libens itaque Helenus adit periculum cum eo disputandi. Confitebat enim in Christo. Zaream autem assumere socium, hominem qui gloriabatur dæmonum præstigiis, hoc existimabat vel solo esse auditu abominandum. Postquam ergo dies affuit præfinitus, accessit ad disputationem. Et primum quidem eum acriter est adortus, et crebris magum invasit argumentis. Postquam autem vidit eum uti arrogantia et insolentia, tanquam armis, et contendere sibi parare victoriam, non ex veritate, sed ex impudentia, permisit facto judicium ; et jubet magnum ignem accendi in media civitate, ambos autem flammam ingredi, et qui eorum maneret illæsus et igne fortior, eum esse aperte, qui a Christo est missus, et dignum esse, qui doceat illius clerum.

Η'. Ὡς οὖν ὁ λόγος ἔργου εἴχετο, καὶ ἡ φλὸξ ἤδη C
πρὸς ὕψος ἦρετο, δειλία εὐθὺς ὁ Ζορέας συνείχετο,
καὶ τὸν Ἕλενον ἐπιβῆναι πρῶτον διεκελεύετο, τοῦτο
καθ' ἑαυτὸν, ὡς ἔοικε, διανοηθείς, ὡς εἰ μὴ θαῤῥήσας
Ἕλενος αἰσχύνην ὀφλήσοι, ἢ γοῦν καταπλαγήσας
ἀποῤῥήξει τὴν ψυχήν, καὶ οὕτως ἂν ῥᾷον τὸ κρατεῖν
περιγένοιτο, ἀνταγωνιστὴν ἀποβαλόντι μάλα στερ-
ῥὸν, καὶ παρὰ τοῦτο πάντα ὑφ' ἑαυτὸν ἑλκάσαι δυ-
νατὸς γένηται. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν πεῖραν ὁ θεῖος ἀνὴρ
ὑποστῆναι πρῶτως διωμολόγησε, καὶ προσευξάμενος
ἐπέβαινε τῆς πυρᾶς· τὴν δὲ οὐκ ἐλάνθανεν ὅστι εἴη
καὶ οὐδὲ τρίχός ἐκείνου ψαύειν ἐτόλμα· τότε δὴ τὸν
μάγον φόβου καὶ δειλίας ὑποπλησθέντα μάλιστα μὲν
ἐκποδὼν γενέσθαι καὶ διαδῦναι τὴν πεῖραν φανερὸν
καταστῆναι ἢ τὴν Ἅδου κυνῆν ὑπελθόντα λαθεῖν,
ὑπὸ δὲ τοῦ πλήθους καὶ ἄκοντα συνωθούμενον ἀναγ-
καίως τὴν κάμινον εἰσελθεῖν· ἥτις αὐτὸν θᾶττον D
οὕτω περιελάμβανεν ἤδη καὶ κατεβόσκετο ὡς οὐδὲ
μίαν ὕλην ἑτέραν καυθῆναι ῥᾳδίαν· καὶ εἴγε μὴ
φθάσας ὁ μέγας Ἕλενος οἰκτείρων ὥσπερ τῆς συμ-
φορᾶς τὸν ἄθλιον ἡμίφλεκτον εὐθὺς γενόμενον τοῦ
πυρὸς ἀνεσώσατο. κἂν εἰς τέλος αὐτῇ μαγείᾳ καὶ τοῖς
σοφίσμασι διεφθάρη, καλῶς οὕτω τοῦ πυρὸς τὴν
ἀμάτην σὺν ἀληθείᾳ κολάσαντος. Ταῦτα ἐκείνων λε-
γόντων ἡ μακαρία παντοίᾳ ὑπὸ περιχαρείας ἐγίνετο,
ἥδετο, ἐξεπλήττετο, τῶν ἀπαγγελλόντων ἐδέετο
προσαχθῆναί τε ῥι' αὐτῶν καὶ συστῆναι τῷ ἐπισκό-
πῳ αὐτήν τε καὶ οὓς ἐπάγεται ἀδελφοὺς, καὶ οὕτως
ὑπὸ τῇ μονῇ τῇδε ζῆσαι κοινῇ συνδιάγοντας. Οὕτω

VIII. Postquam vero verba ad rem sunt deducta, et flamma jam fuit in altum sublata, metus quidem statim invasit Zaream, et jubebat primum ingredi Helenum, hoc apud se, ut videtur, cogitans quod vel non audens, dedecore Helenus afficietur, aut si ausus fuerit, emittet animam, et sic facile fuerit ei vincere, cum fortem amiserit adversarium, et sic omnes poterit ad se trahere. Postquam autem vir ille divinus professus est se primum subiturum periculum, et cum precatus esset, rogum est ingressus ; illum vero non latuit, quisnam esset, et nec illius quidem pilum ausus est tangere ; tunc aiunt magum illum metu et terrore repletum, recessisse quidem, et aperte ostendisse se vitare periculum, aut Plutonis paleam subeuntem latuisse : a multitudine autem protrusum, fornacem vel invitum intrasse. Quæ eum æque facile jam comprehendebat et depascebat, atque quamvis aliam aptam ad urendum materiam : et nisi magnus Helenus miseri calamitatis misertus, eum, cum jam esset semiustus, servasset, ipsa magia et callidis suis inventis omnino periisset, sic pulchre igne fraudem puniente cum veritate. Hæc illis dicentibus, beata illa præ gaudio varie afficiebatur, lætabatur, admirabatur, eos qui narrabant, rogabat ut per ipsos adduceretur, et episcopo commendaretur ipsa et fratres quos adducit, et sic in hoc monasterio communiter viverent. Ita obnixe rogans, persuadet cuiquam ex

iis qui aderant, qui vocabatur Eutropius, ut hæc omnia ei fierent, et preces deferret ad episcopum. Quando, inquit, divertit et paululum requievit, ille opportune et in otio præbet ei qui dicit, audientiam.

IX. Interim autem dum hæc inter se loquebantur, appropinquarunt monasterio, et ipsi intrarunt cum episcopo. Una vero cum eis ingressa est Eugenia, adolescenti plane similis et coma et vestitu. Cum jam autem incitatus fuisset Eutropius ad significandum de ea episcopo, quoddam somnium se obtulit Heleno, qui post divinam mysterii celebrationem ad somnum declinaverat. Erat vero hujusmodi somnium: Sculptum quoddam mulieris simulacrum videbatur a viris ferri honorifice, et id ab eis tanquam deum reputari; illum autem ægre ferentem, quod homines deciperentur, dixisse ei deæ, quæ erat apud ipsos: Itane, cum sis a Deo creato et nobis conserva, sustines ab ipsis adorari, et Deo parem reputari? Illa vero cum hoc audiisset, protinus cum adhuc portaretur, a viris quidem recessit; eum autem est secuta, tales voces emittens: At ego a te minime recedam, donec me adduxeris ad Creatorem. Hæc Helenus quidem vidit in somnis. Excitatus autem, apud se dubitabat, quonam rediturum esset, quod a se visum fuerat. Statim vero advenit Eutropius, qui tanquam de viro loquens de Eugenia: Viri, ait episcopo, tres, fratres animis, fratres corporibus, abjuratis modo rebus gentilium, in tuo grege versantur, ad Christum accedentes, et divinum baptismum rogantes assequi: et deinde tonderi, et referri in numerum horum monachorum. Cum sint autem juvenes, et a se invicem pendeant admirabiliter, hoc petunt præter cætera, ut se invicem nulla in re disjungantur, non in opere, non in habitatione, neque in aliqua alia conversatione: sed dividi non possint, qui sic sunt conjuncti in Christi nomine. Hæc mihi dixerunt, lacrymis vultum eorum rigantibus et, ut omnia tibi declararem, vehementer rogarunt.

X. Cum ex his conjecisset somnium beatus Helenus, et ut oportebat, pro omnibus Deo egisset gratias, jubet eos tres simul ei sisti in conspectum. Postquam autem accessissent, statim dextra apprehendens Eugeniam, et eam alloquens hilarius, placido et læto vultu rogavit eorum nomina, genus et patriam. Illa vero verecunde, et cum eo, qui virginem maxime decet, rubore, Nobis quidem, inquit, o divinum caput, patria et genus est gloriosa Roma; fratres autem sumus invicem. Nomen vero primo quidem est Protas; secundo autem, Hyacinthus; mihi vero, Eugenius. Jucunde autem eam intuens beatus Helenus: Merito te Eugenium, inquit, vocas, o Eugenia, ut nomen tuo respondeat spiritui, cum virilem habeas animam, et valde te masculam ostendas in omnibus: sed proposito adhuc vincas naturam, et in Christo

A μετὰ πολλῆς δεομένη τῆς προσεδρίας πείθει δὴ τῶν παρόντων ἕνα τινὰ Εὐτρόπιον οὕτω καλούμενον πάντα ταύτῃ γενέσθαι καὶ τῷ ἐπισκόπῳ τὴν δέησιν προσαγγεῖλαι. Ὁπηνίκα δὴ καταλύσας, φησίν, εἶτα μικρὸν διαναπαυσάμενος εὐκαίρως καὶ κατὰ σχολὴν ἐκεῖνος ὑπέχει τὴν ἀκοὴν τῷ λέγοντι.

Θ'. Ἐν ᾧ δὲ ταῦτα πρὸς ἀλλήλους ὡμίλουν, ἤγγισαν τῷ μοναστηρίῳ, καὶ αὐτοί τε μετὰ του ἐπισκόπου εἰσῄεσαν, καὶ τὴν Εὐγενίαν εἶψον συνεισιοῦσαν νεανίσχῳ πρὸς ἀκρίβειαν ἐοικυῖαν τῇ τε κόμῃ καὶ τῇ στολῇ. Ἤδη δὲ ὡρμημένου τοῦ Εὐτροπίου γνωρίσαι τῷ ἐπισκόπῳ τὰ κατ' αὐτὴν, ὄνειρός τις ἐφίπταται τῷ Ἑλένῳ μετὰ τὴν θείαν μυσταγωγίαν πρὸς ὕπνον κλίνοντι. Καὶ ὁ ὄνειρος· Γλυπτόν τι ἐδόκει γυναικὸς εἴδωλον ὑπ' ἀνδρῶν ἐντίμως διαβα-
B στάζεσθαι καὶ τοῦτο νομίζεσθαι παρ' αὐτοῖς ὡς θεόν· τὸν δὲ τῇ ἀπάτῃ τῶν ἀνθρώπων περιαλγήσαντα, φάναι πρὸς τὴν παρ' αὐτοῖς θεάν· Εἶτα, σὺ δὲ ἀνέχῃ κτίσμα οὖσα Θεοῦ καὶ ἡμῖν ὁμόδουλος ὑπ' αὐτῶν προσκυνεῖσθαι καὶ ἴσα Θεῷ νομίζεσθαι; Τοῦτο ἐκείνην ἀκούσασαν εὐθὺς ἔτι βασταζομένην ἀποστῆναι μὲν τῶν ἀνδρῶν, ἀκολουθεῖν δὲ αὐτῷ τοιαύτας ἀφιεῖσαν φωνάς· Ἀλλ' ἔγωγε οὐδαμῶς ἀποστήσομαί σου ἕως ἂν τῷ κτίστῃ με προσαγάγῃς. Ταῦτα μὲν ὁ Ἕλενος ἑώρα κατὰ τοὺς ὕπνους. Διεγερθεὶς δὲ διηπόρει καθ' ἑαυτὸν εἰς τί ἂν καὶ ἀποβαίη τὸ ὁραθέν. Καὶ αὐτίκα παρέστη ὁ Εὐτρόπιος, ὃς ἄρα καὶ ὡς περὶ ἀνδρὸς τῆς Εὐγενίας διεξελθὼν τὸν λόγον, Ἄνδρες, ἔφη πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, τρεῖς, ἀδελφοὶ τὰς ψυχὰς, ἀδελφοὶ τὰ σώματα, ὁμοφρόνως ἄρτι τὰ
C Εὐλήνων ἐξομοσάμενοι, ἀνὰ τὴν σὴν διατρίβουσι ποίμνην Χριστῷ προσελθόντες τοῦ τε θείου βαπτίσματος ἀξιοῦντες τυχεῖν, εἶτα κείρασθαι τὰς κόμας καὶ τοῖς ὧδε μοναχοῖς ἐγκριθῆναι. Νέοι δὲ ὄντες καὶ ἀλλήλων ὑπερφυῶς ἠρτημένοι καὶ τοῦτο πρὸς τοῖς ἄλλοις αἰτοῦνται μίαν αὐτῶν ἐν μηδενὶ γενέσθαι διάστασιν, μὴ κατὰ τὴν ἐργασίαν, μὴ κατὰ τὴν οἴκησιν, μήτε μὴν περί τινα ἄλλην ἀναστροφὴν, ἀλλ' οὕτως ἀδιαιρέτους εἶναι Χριστοῦ τῷ ὀνόματι συνημμένους. Ταῦτα πρός με εἰρήκασι δακρύων αὐτῶν τοῖς προσώποις ὑποῤῥεόντων, καὶ πάντα πρὸς σὲ διασαφῆσαι θερμῶς ἠξίωσαν.

Ι'. Πρὸς ταῦτα τῶν ὄνειρον ὁ μακάριος Ἕλενος συμβαλὼν καὶ ὅπερ ἔδει χάριν Θεῷ ὑπὲρ παντων ὁμολογήσας, ὑπ' ὄψιν αὐτῷ τοὺς τρεῖς ἅμα πρὸς αὐτὸν στῆναι κελεύει. Ὡς δὲ παρέστησαν, λαβόμενος
D Εὐγενίας εὐθὺς ἐκ τῆς δεξιας, καὶ ἱλαρώτατος αὐτῇ ἐντυψὼν ἤθει τε εὐπροσίτῳ καὶ προσώπῳ φαιδρῷ ὀνόματα τούτων καὶ γένος καὶ πατρίδα διεπυνθάνετο. Ἡ δὲ μετὰ τῆς φίλης αἰδοῦς καὶ τοῦ παρθένῳ μάλιστα προσήκοντος ἐρυθήματος, Πατρὶς μὲν ἡμῖν, ἔφη, ὦ θεία μοι κεφαλὴ, καὶ γένος ἡ μεγαλόδοξος Ῥώμη, ἀδελφοὶ ἀλλήλων ἡμεῖς, ὀνόματα δὲ τῷ μὲν πρώτῳ Πρωτᾶς, τῷ δὲ μετὰ τοῦτον Ὑάκινθος, ἐμοὶ δὰ Εὐγένιος. Ἡδὺ δὲ αὐτῇ προσβλέψας ὁ μακάριος Ἕλενος, Εὐλόγως, ἔφη, Εὐγένιον σεαυτὴν, ὦ Εὐγενία, μετακαλεῖς, ἵνα δή σοι καὶ τὸ ὄνομα πρὸς τὸ φρόνημα ᾖ ἀνδρείαν τε ψυχὴν ἐχούσῃ καὶ πολὺ τὸ ἀῤῥενωπὸν ἐν ἅπασιν ἐπιδεικνυμένῃ. Ἀλλὰ νικῴης

καὶ ἔτι τῇ προθέσει τὴν φύσιν καὶ κατισχύσεις· ἐν Χριστῷ, δι' ὃν καὶ νῦν τὰ τῶν ἀνδρῶν ὑποκρίνῃ, γυνὴ οὖσα καὶ μεταλλάττουσα διὰ τὸν πρὸς αὐτὸν ἔρωτα καὶ σχῆμα καὶ ὄνομα. Καὶ ταῦτα οὐ θριαμβεύειν τὰ σὰ βουλόμενος ὁ Θεός ἐμοὶ διεκρίνησεν, ἀλλ' ἵνα γνῷς ὅσα μέλει τῷ Θεῷ σου, μηδὲν ἀποκρύψας τῶν σῶν ἔδειξεν ὅστις τε εἶῃς καὶ ὅπως ἥκεις, καὶ τίνες οἱ περὶ σὲ καὶ οἵας δόξης ἐν τῷ βίῳ καὶ γένους ἔτυχες. Σπεῦσον οὖν, Εὐγενία, μὴ ἔλαττον τὸ τῆς ψυχῆς εὐγενὲς ἢ τὸ τοῦ σώματος ἐπιδείξασθαι. Καὶ γὰρ δή μοι καὶ τοῦτο τῶν ἄλλων οὐχ ἧττον ἐγνώρισεν ὁ Θεὸς, ὅπως αὐτῷ καθαρὸν δοχεῖον σεαυτὴν προητοίμασας τὴν μὲν παρθενίαν ἄσπιλον, τὴν δὲ καρδίαν ἄμωμον τηροῦσα, καὶ τὴν μὲν τοῦ βίου δόξαν ἀδοξίαν νομίζουσα, τὸν δὲ πλοῦτον πενίαν, λύπας δὲ τὰς ἡδονὰς, καὶ οὐδὲν ἔχουσα μέγα τὴν παρὰ ἀνθρώποις εὐγένειαν, ἐκείνης δὲ μόνης ἐρῶσα ἧς ἐκπτωτοι διὰ τὸν πρῶτον, καὶ κληρονόμοι διὰ τὸν δεύτερον Ἀδὰμ γεγόναμεν. Καὶ ταῦτα μὲν πρὸς Εὐγενίαν ὁ Ἕλενος.

ΙΑ'. Πρὸς δὲ τὸν Πρωτᾶν καὶ Ὑάκινθον. Ὑμεῖς δὲ, φησὶν, οὐδέ γὰρ, οὐδὲ τὰ ὑμῶν εὐδόκησε λαθεῖν ὁ Χριστὸς, οἵ γε τὴν μὲν τύχην δοῦλοι, τὴν δὲ γνώμην ἐλεύθεροι τυγχάνετε ὄντες, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀδέσποτον σεμνύνετε ἀξίωμα διατηροῦντες τῇ ἀρετῇ, πρὸς οὓς καὶ ὁ Χριστὸς, « Οὐκέτι ὑμᾶς καλῶ δούλους, ἀλλὰ φίλους, » φησί· μακάριοι τῆς ἐλευθερίας, μᾶλλον δὲ τῆς πρὸς Χριστὸν φιλίας καὶ οἰκειώσεως· διότι τὸν ἐκείνου ζυγὸν ὑπελθεῖν ἑλόμενοι ἐν μιᾷ τῇ πρὸς ἀλλήλους συμπνοίᾳ οὐδὲν ἐμποδὼν οὐδὲ τῇ μακαρίᾳ ταύτῃ τοῦ ἀγαθοῦ κατέστητε ἐγχειρήματος, ἀλλὰ νῦν τε αὐτῇ προθύμως συμπάρεστε, καὶ ἀπιούσῃ τοῦ βίου κἀκεῖ συμπαρέσεσθε, καὶ τῶν ἴσων αὐτῇ στεφάνων καὶ γερῶν τεύξεσθε. Ταῦτα μηδενὸς ἄλλου παρόντος ὁ ἐπίσκοπος εἰρηκὼς τὴν μὲν Εὐγενίαν ἀφίησι τῷ ἀνδρικῷ σχήματι προσμένειν, οὐδενὶ τοῦτο γνωσθέν οὔτε πρῶτον οὔτε μὴν μετὰ τὴν τοῦ ἐπισκόπου διάλεξιν. Ἧτις σύναμα καὶ τοῖς εὐνούχοις οὐ πρότερον αὐτὸν ἀνῆκεν ἕως ἐκείνου χερσὶ τοῦ θείου καταξιωθέντες βαπτίσματος τὸ σχῆμά τε ἤμειψαν καὶ τῇ τῶν μοναχῶν χορείᾳ συγκατελέγησαν. Τοιαῦτα μέν ὅσα τὸ μέχρι τοῦδε διὰ Χριστὸν Εὐγενία διεσκέψατό τε καὶ θεοφιλῶς διεπράξατο· τὰ δὲ ἐντεῦθεν ὅπως τε οἱ τεκόντες ἐπ' αὐτῇ διετέθησαν, καὶ οἷα μέν περὶ αὐτῆς ἐλογίζοντο, οἷα δὲ μετὰ ταῦτα τῶν ἐλπίδων διαμαρτόντες ἤλγησαν· διψᾶτε γὰρ, οἶδα, καὶ ταῦτα μαθεῖν· ἄξιον παρελθεῖν οὐδαμῶς.

ΙΒ'. Ἐπεὶ γὰρ ἀωρὶ τῶν νυκτῶν μηδενὸς αὐτοῖς τὸ πραχθὲν αἰσθομένου ἡ Εὐγενία μέν τοῦ ὀχήματος ἀψοφητὶ κατῆλθεν, Ὑάκινθος δέ καὶ Πρωτᾶς τῶν ἄλλων ὁμοίως ἐξεχωρίσθησαν, κενὸν δὲ τὸ ὄχημα τοῖς προπορευομένοις ἐπηκολούθησεν· οἱ προάγοντες παῖδες τοῦτο μὲν διὰ τὸν καιρὸν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὴν τοῦ πραττομένου ἐπίκρυψιν μηδὲν τῶν ὄπισθεν

A confirmeris et invalescas : propter quem nunc, cum sis mulier, te virum esse simulas, propter ejus amorem mutato et habitu et nomine. Hæc autem dico, non tibi sexum exprobrans femininum, nec te volens traducere, sed ut scias, quantæ sis Deo curæ : et quemadmodum mihi hæc omnia, de te nihil celans, ostenderit, quisnam sis, et quemadmodum veneris : et quinam sint ii qui sunt tecum, et quænam tibi in hac vita gloria obtigerit et genus. Stude ergo, o Eugenia, non minus te animo generosam ostendere quam corpore. Nam hoc quoque non minus, quam alia, mihi Deus significavit, quod te ei purum præpararis receptaculum, virginitatem quidem conservans immaculatam, cor vero, in quod non cadit reprehensio : et B hujus mundi quidem gloriam reputans ignominiam, divitias autem paupertatem : voluptates vero molestias, et nihil magni ac præclari habere eam, quæ est apud homines, notabilitatem : illam vero solam amans, a qua excidimus propter primum, et hæredes facti sumus per secundum Adam. Et hæc quidem Eugeniæ Helenus.

XI. Protæ autem et Hyacintho : Vos vero, inquit (neque enim placuit Christo, ut vos lateretis), qui fortuna quidem servi, mente autem estis liberi, et nulli domino subjectam conservatis animæ dignitatem, virtutem extollentes, et magnificientes, quibus Christus quoque dicit : « Non vos voco amplius servos, sed amicos [3] ; » beati propter libertatem, vel potius propter amicitiam et cum C Christo conjunctionem : quod cum illius jugum subire elegeritis in uno inter vos consensu et conspiratione, hujus beatæ cœpto nullum attulistis impedimentum, sed nunc quoque cum ea estis prompto et alacri animo : et cum illa e vita excedente etiam illic simul eritis, et easdem quas illa coronas et præmia consequemini. Hæc cum nullo alio præsente dixisset episcopus, Eugeniam quidem permittit manere in habitu virili, cum hoc nulli esset cognitum, neque primum, neque postquam eam allocutus est episcopus. Quæ quidem simul cum eunuchis, non prius eum dimisit, quam illius manibus divinum consecuti baptismum, et mutarunt habitum, et cooptati sunt in numerum monachorum. Quæ autem deinceps sunt consecuta, et quemadmodum deinceps parentes propter eam D sunt affecti, et quænam de ipsa quidem cogitarunt, et quantum dolorem acceperunt, cum spe frustrati essent (nam hæc quoque, sat scio, scire sitis), nequaquam par est prætermittere.

XII. Postquam enim intempesta nocte, nemine quod factum fuerat sentiente, Eugenia quidem sine strepitu descendit de curru, Hyacinthus autem et Protas ab aliis similiter sunt separati : inane vero vehiculum secutum est eos, qui præcedebant, qui præibant famuli partim quidem propter tempus, partim autem quod celatum sit id

[3] Joan. xv, 15.

quod gerebatur, nihil eorum, quæ pone fiebant, sentientes, quoniam eos sequebatur animal, et maxime Deo huic rei providentia sua opem ferente, ita recta iverunt Alexandriam. Postquam autem jam fuerunt prope civitatem, qui resciverunt quidem e domo exierunt, cum maximo gaudio suscepturi Eugeniam, anteambulonum videntes multitudinem, et alium deinceps conventum puerorum. Cum vero jam prope essent, et alacri animo ad vehiculum accurrissent, et cathedram quidem vidissent vacuam, nusquam autem Eugeniam, re inopinata et quam nunquam sperassent, obstupefacti, ad lacrymas et luctum de cætero sunt conversi, et communiter commune bonum deflebant: Quid factum est? Quid actum est? Quodnam malum inexpugnabile nobis accidit? dicentes. Deinde nomine vocabant Eugeniam, vultum ferientes manibus, plangentes, et plane tumulenti dolore. Sed hæc quidem foris faciebant amici et noti, et quibus nulla cum ea intercedebat conjunctio sanguinis. Eorum autem, qui intus erant, quis satis tragice descripserit calamitatem? Parentes enim propemodum venerunt ad laqueum, et propemodum se ense confixerunt, quid non loquentes miserabile? quid non facientes dignum lacrymis? Genas lacerabant, pulverem capiti infundebant, se humi turpiter prosternebant, acerbe exclamabant, parentes filiam, fratres germanam, servi dominam; nullus invulneratus, nullus liber ab domum absque igne incendium.

γενομένων κἰσθόμενοι, ἐπεὶ καὶ τὸ ζῶον ἀκολουθοῦν εἶχον, ἄλλως τε δέ καὶ τοῦ Θεοῦ συλλαμβανομένου τῇ περὶ τοῦτο οἰκονομίᾳ, εὐθὺ τῆς Ἀλεξανδρείας ὡς εἶχον ἦεσαν. Ἐπεὶ δέ ἤδη τῇ πόλει προσέσχον, οἱ μέν τῆς οἰκίας γνόντες ἐξῆεσαν μεθ' ὅσης ἂν εἴποις τῆς ἡδονῆς, Εὐγενίαν ὑπὲρ ἀποληψόμενοι, τῶν τε προπομπῶν τὸ πλῆθος ὁρῶντες καὶ τὴν ἄλλην τῶν παίδων ἐφεξῆς συνοδίαν. Ὡς δέ καὶ πλησίον γενόμενοι πάντες ἐκθύμως προσέδραμον τῷ ὀχήματι καὶ τὴν μὲν καθέδραν κενὴν οὕτως ἑώρων, τὴν Εὐγενίαν δὲ οὐδαμοῦ, στερρῶς τῷ ἀδοκήτῳ πληγέντες εἰς δάκρυα τὸ λοιπὸν ἐχώρουν καὶ οἰμωγάς, καὶ κοινῇ τὸ κοινὸν ἀγαθὸν ἐδάκρυον, Τί γέγονε; τί πέπραχται; τί τὸ συμβὰν ἡμῖν ἄμαχον κακόν; λέγοντες. Εἶτα πρὸς ὄνομα τὴν Εὐγενίαν ἀνεκαλοῦντο, ὄψιν χερσὶ παίοντες, χεῖρας ἀλλήλαις πατάσσοντες, περιφανῶς τῷ πάθει μεθύοντες. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν τὰ τῶν ἔξω φημὶ φίλων καὶ γνωρίμων καὶ μηδέν κοινὸν ἐχόντων ἐξ αἵματος· τῶν δὲ ἔνδον δέ τίς ἂν ἐκτραγῳδοίη τὴν συμφοράν; Οἱ γὰρ τεκόντες μικροῦ καὶ ἐπὶ βρόχον ἦλθον, μικροῦ καὶ ξίφος κατ' ἑαυτῶν ἐπεσπάσαντο, τί μὴ φωνοῦντες ἐλεεινόν; τί μὴ ὁρῶντες δακρύων ἄξιον; Ἔξαινον παρειάς, κόνιν τῆς κεφαλῆς κατέχεον, αἰσχρῶς ἑαυτοὺς τῇ γῇ κατέβαλλον, ἐπεβοῶντο πικρῶς, οἱ πατέρες τὴν θυγατέρα, οἱ ἀδελφοὶ τὴν γνησίαν, οἱ δοῦλοι τὴν δέσποιναν· οὐδεὶς ἄτρωτος, οὐδεὶς τοῦ πάθους ἐλεύθερος, ἀλλ' οὕτω κομιδῇ κατειλήφει τὸν οἶκον χωρὶς πυρὸς ἐμπρησμός.

animi perturbatione: iam vehemens invaserat

XIII. Sed postquam inutiles viderunt esse lacrymas, conversi sunt ad quærendam charissimam. Interrogabant mercatores, percunctabantur agricolas, prædiorum habitatores, et viarum custodes: sciscitabantur vates ventriloquos, et omnia dæmonum oracula, et ea placabant et colebant sacrificiis. Cum autem non inveniretur ea quæ quærebatur, parentibus unum excogitant, qui ejus quod est grave, videbantur quærere solatium. Fingunt quamdam fabulam, nihil dissimilem iis quæ canuntur apud Græcos: quod, cum dii capti essent amore Eugeniæ, eam in cœlum rapuerunt. Quod quidem patri, ut cujus aures talibus assuevissent, gratum erat et acceptum, et filiam insignibus afficiebat honoribus. Quamobrem auream ei erexit statuam, et tanquam novæ deæ cœpit sacrificare. Mater autem et fratres Avitas et Sergius non ita se habebant, sed iis quæ dicebantur, dubitantes credere, valde lugebant. Atque Eugeniæ quidem fuga, et quemadmodum non solum parentes, sed eos etiam qui ei bene volebant, affecerit, ita habet.

ΙΓ'. Ἐπεὶ δὲ ἄπρακτον τὸ δάκρυον ἑώρων, ἐπὶ τὴν ζήτησιν τῆς φιλτάτης ἦλθον. Ἠρωτῶντο οἱ ἔμποροι, περιειργάζοντο γεωργοί, χωρίων οἰκήτορες, ὁδῶν φύλακες, ἐπηρωτῶντο μάντεις, ἐγγαστρίμυθοι, πάντα τά τῶν δαιμόνων ἠρευνῶντο μαντεῖα, καὶ θυσίαις ἐθεραπεύοντο. Ὡς δὲ οὐκ ἦν τῆς ζητουμένης ἡ εὕρεσις, ἐν τοῖς πατράσιν ἐπινοοῦσιν οἵ γε παρηγορεῖν δοκοῦντες τοῦ δεινοῦ παραμύθιον· μῦθόν τινα πλάττουσι, τοῖς ἀδομένοις παρ' Ἕλλησιν οὐδὲν ἀνόμοιον, ὅτιπερ Εὐγενίας οἱ θεοὶ ἔρωτα σχόντες εἰς οὐρανοὺς αὐτὴν ἀνηρπάσαντο. Ὅπερ τῷ πατρὶ ἅτε πολλοῖς τοιούτοις ἐνειθισμένῳ τὴν ἀκοὴν εὐπρόσδεκτον ἦν, τιμαῖς τε τὴν θυγατέρα διαφερόντως ἐτίμα καὶ ἄγαλμα ταύτῃ χρυσοῦν ἀνεστήσατο καὶ ὡς καινῇ θεᾷ θύειν ἤρξατο. Ἡ μήτηρ δὲ καὶ οἱ ἀδελφοὶ Ἀβίτας τε καὶ Σέργιος οὐκ εἶχον ὁμοίως, ἀλλὰ πιστεύειν οὕτω τοῖς λεγομένοις ὀκνήσαντες ἰσχυρῶς ἐπένθουν. Πλὴν ἀλλὰ τὰ μετὰ τὴν φυγὴν Εὐγενίας, καὶ ὅπως οὐ γονέων μόνον αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων πρὸς αὐτὴν φιλίως διακειμένων καθίκετο, οὕτως ἔχει.

XIV. Eugenia autem in divinis Scripturis versabatur et meditabatur assidue, et parandæ virtutis magnam curam gerebat. Quo factum est, ut cum non plusquam duos annos transegisset in monasterio, omnes vinceret: mulier, inquam, viros. Quare res communis est virtus, et sexus nullum affert impedimentum ei qui se recte velit

ΙΔ'. Τῇ Εὐγενίᾳ δὲ πολλὴ μὲν ἡ περὶ τὴν μελέτην τῶν θείων Γραφῶν προσεδρία, πολλὴ δὲ ἡ περὶ τὴν κτῆσιν τῆς ἀρετῆς ἐπιμέλεια, παρ' ὃ καὶ μὴ πλεῖον ἢ δύο ἔτη τῇ μονῇ συνδιενεγκοῦσα τῶν πάντων ἐκράτει, γυνή φημι τῶν ἀνδρῶν. Ὥστε κοινὸν ἡ ἀρετὴ καὶ οὐδὲν ἀπὸ τοῦ γένους κώλυμα τῷ κατορθοῦν βουλομένῳ. Ἡ οὖν Εὐγενία κατ' ἀρετὴν πρωτεύουσα,

τδιον δὲ μάλιστα ταύτης τὸ ἐπιεκές τε μέτριον καὶ τὸ πρώτην οὖσαν ἐν τοῖς καλοῖς οὐδὲν ἧττον καὶ πρώτην εἶναι τῷ μετρίῳ δηλαδὴ τοῦ φρονήματος. Εὐγενίας καὶ ταῦτα γνωρίσματα, τὸ πρώτην ταύτην πάντων ἐν ταῖς συνάξεσιν ἁπαντῶσαν, ἐσχάτην αὖθις τῶν ἄλλων ἀναχορεῖν· πρὸς δὲ καὶ τῷ λυπουμένῳ παντὶ συμπάσχειν, συγχαίρειν δὲ γνησίως καὶ τοῖς εὖ πάσχουσιν· ὅπερ ἄρα καὶ πρὸς τὸ κατορθοῦν δυσχερέστερον διὰ τὰς ἐκ τοῦ φθόνου κακοηθείας· τὸ λόγον ἔχειν παντὸς ὀργιζομένου στορέσαι καρδίαν ἀνυσιμώτατον, ὥστε τὸν ἴσα καὶ θηρσὶν ἀγριαίνοντα προβάτῳ δεῖξαι τὴν ἡμερότητα παραπλήσιον. Τὸ τελευταῖον πάντων τοῦτο καὶ πρῶτον ἀτεχνῶς περιεκτικώτερον ἡ πρὸς πάντας ἀψευδὴς ἀγάπη καὶ μὴ μέχρι χειλέων ἱστῶσα τὸ φίλτρον, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ μέσης ψυχῆς συνάπτουσα.

gerere. Eugenia ergo primas partes gerebat in virtute, ejus autem maxime erat propria modestia et moderatio : et quod cum prima esset in rebus honestis, nihilo secius esset etiam prima in eo, quod essent ejus moderati spiritus. Eugeniæ hæc quoque erant signa, quibus cognoscebatur, quod cum prima omnium veniret ad synaxes, rursus ultima omnium recederet ; præterea vero misereretur etiam cujuslibet, qui aliqua afficiebatur modestia : vere autem et sincere gauderet cum iis quibus erant res secundæ, quod quidem est factu difficillius propter malignitatem, quæ oritur ex invidia : quod haberet sermonem, ad cujusvis irascentis cor sedandum, longe efficacissimum, adeo ut qui non secus ac feræ efferabatur, ejus ovi similem redderet mansuetudinem. Postremum **hoc erat**, et primum, et omnium revera capacissimum, non ficta in omnes charitas, et quæ non **amorem** ad labra usque sistebat, sed etiam a media anima emanabat.

ΙΕ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ χάρις αὐτῇ τῶν ἰαμάτων ἐπιφοιτᾷ μεθ' ὅσης τῆς ἀφθονίας, καὶ διὰ τοῦτο ὅσοις ἂν καὶ κατ' ἐπίσκεψιν νόσου παραβεβλήκοι, οὐκ ἐκ τοῦ λέγειν μόνον αὐτοῖς ἐδίδου τὰς παρακλήσεις, ἀλλὰ καὶ τοῦ λυποῦντος ἠφίει νοσήματος. Μιμοῦνται δὲ αὐτὴν ὅσα πρὸς δύναμιν Πρωτᾶς καὶ Ὑάκινθος, οὓς καὶ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν. Οὕτως Εὐγενίας βιούσης ὁ τῆς μονῆς προεστὼς μετὰ τρίτον ἔτος ἀπολείπει τὸν βίον. Ἐκάλει δὲ αὐτὴν ἡ κοινὴ τῶν ἀδελφῶν ψῆφος εἰς προστασίαν ὡς ἀνδρὶ προσέχοντες, καὶ τὸ μὲν περιὸν τῆς ἀρετῆς εἰδότες, ἀγνοοῦντες δὲ τὸ παρ' αὐτῇ κρυπτόμενον. Λαμβάνει γοῦν φόβος ἐκείνην καὶ ἀπορία· οὔτε γὰρ γυναῖκα οὖσαν προεστάνει ἀνδρῶν ἐδικαίου, καὶ τὸ παριδεῖν ἀδελφότητα κοινῶς ἀξιοῦσαν ἰσχυρογνώμονος εἶναι καὶ ἀπειθοῦς ἔκρινεν. Ἔδοξεν οὖν ἐκ τοῦ Εὐαγγελίου τί ποιητέον μαθεῖν, Θεῷ τὸ ἄδηλον ἐπιτρέψαντας. Ἐπεὶ δὲ ἀνεπτύσσετο, ἡ Δεσποτικὴ αὕτη θαυμασίως ὑπηχεῖτο φωνή· « Εἴ τις θέλει ἐν ὑμῖν εἶναι πρῶτος, ἔστω πάντων ἔσχατος καὶ πάντων διάκονος. » Τούτου ῥηθέντος τὴν μὲν προστασίαν ὑπέρχεται, καὶ μὴ βουλομένη, τῆς διακονίας δὲ ὅλη καὶ οὕτως ἑκοῦσα γίνεται, τί μὴ ποιοῦσα τῶν εὐτελῶν καὶ ὑπ' αὐτῶν ὅλως τῶν μικρῶν ἀπραξιουμένων ; ὕδωρ ἐξαντλοῦσα τοῦ φρέατος, οἰκίαν σαίρουσα, ξύλα διακλῶσα χερσὶ, καὶ τἄλλα πάντα ὅσα μᾶλλον τῶν ἐλαχίστων ἐστὶ κατὰ σπουδὴν πράττουσα· ὥστε καὶ θυρωρὸς εἶναι διὰ τὸ πρὸς τὴν ἐντολὴν εὐπειθέστατον ἡδέως ἀνέχεσθαι.

XV. Non multum intercessit temporis, et ad eam accessit gratia curationum cum maxima copia. Et ideo ad quoscunque accedebat morbi visendi gratia, non solum eos verbis consolabatur, sed etiam liberabat a morbo, qui eos cruciabat. Eam autem imitantur pro viribus Protas et Hyacinthus, de quibus antea diximus. Cum sic viveret Eugenia, præfectus monasterii tertio post anno excedit e vivis ; ipsam vero vocabat ad præfecturam fratrum commune suffragium. Eam enim pro viro habebant et virtutem quidem videbant, quæ inerat, ignorabant autem id, quod apud eam latebat. Illam itaque metus invadit et dubitatio. Neque enim æquum censebat, ut quæ esset femina, viris præesset, et communiter vocantem despicere fraternitatem, judicabat esse pervicacis et obstinati animi. Visum est ergo ex Evangelio discere, quid agendum, Deo permittente id quod erat incertum et obscurum. Postquam autem fuit explicatum, admirabiliter hæc vox Domini resonabat : « Si quis vult inter vos esse primus, sit omnium ultimus, et omnium minister [4]. » Hoc dicto, præfecturam quidem subit vel invita : se autem sic etiam dat totam ad ministrandum, quid non faciens indignum, et quæ etiam, qui sunt viles et abjecti, facere dedignantur ? aquam e puteo effodiens, domum verrens, manibus ligna frangens, et alia omnia, quæ sunt minima, diligenter faciens : adeo ut etiam esse janitorem libenter sustineret, propterea quod præcepto pareret libentissime.

Ις'. Οὕτω τὸ μέτριον διαφερόντως ἀσκήσασα, καὶ οὕτω κἀν τῇ προστασίᾳ πάλιν περιφανῶς διαλάμψασα εἶχετο καὶ ἔτι τῆς πρὸς Θεὸν φερούσης. Ὅσων μὲν οὖν θαυμάτων αὐτουργὸς γέγονεν ἑτέρου δεῖσθαι· καιροῦ σχολῆς τε ἰδίας τοῦ πράγματος δεομένου καὶ ἄλλως φεύγοντος τοῦ λόγου τὸ μῆκος διὰ τὸν κόρον· ὃ δὲ καὶ λίαν ἀναγκαῖον εἰπεῖν καὶ ὁ μαρτυρίου τέλος

XVI. Cum sic ergo insigniter exercuisset moderationem, et in præfectura rursus resplenduisset, insistebat etiam in via, quæ ducit ad Deum, « ad anteriora quidem, ut divinus dicit Paulus [5], se extendens, eorum autem, quæ retro erant, obliviscens propter promptam et alacrem operationem (2). Atque quam multa quidem fe-

[4] Matth. xx, 26. [5] Philipp. III, 13.

(2) Verba hæc, *ad anteriora quidem.... alacrem operationem*, desunt in manuscripto nostro EDIT.

cerit miracula, narrare est alterius temporis et operis, quod proprium postulat otium: maxime cum propter satietatem oratio vitet prolixitatem. Quod vero et dictu est facile, et cui consequens est finis martyrii, et habet seriem consequentem iis quæ deinceps sequuntur, hoc jam dicetur. Erat Alexandriæ quædam mulier, nomine Melanthia, quæ facultates quidem habebat multorum talentorum, Dei autem timoris et virtutis erat inops. Ea cum aliquando a diuturno et gravi morbo arrepta esset (erat enim horror, quarto quoque die accedens), ubi fama ad eam pervasit, esse virum quemdam nomine quidem Eugenium, vita autem omnibus admirandum, qui facile solvit morbos difficiles, statim omnibus aliis omissis, maxima celeritate venit ad monasterium, et vehementer rogat, ut liberetur a plaga, quæ eam premit. Misericordia itaque movetur Eugenia: et cum eam sancto oleo sanctis unxisset manibus, protinus efficit, ut evomat materiam morbi efficientem. Sicque Melanthia pure consecuta sanitatem, valens quidem revertitur: venit autem ad quemdam ex suis agris, qui etiam erat prope monasterium, et non multo post tempore, cum ex pulcro et puro argento tria vasa confecissat, ea mittit ad Eugeniam, monasterii ædi oratoriæ ea dona dedicans pro gratiarum actione. Cum autem munus oblatum non admitteret (dicebat enim non esse monachis utilem, neque convenientem argenti possessionem, sed eam esse vendendam, et pauperibus distribuendam, aut iis qui aliquid opprimuntur pondere debitorum), ipsa cum venisset ad Eugeniam, et quid non dixisset, aut fecisset ad persuadendum, persuadet ut accipiat argentum, et reponat in templo dedicatum.

A ἀκολουθεῖ καὶ τὸν εἰρμὸν ἀκόλουθον ἔχει τοῖς ἐφεξῆς, τοῦτο δὲ καὶ λεχθήσεται. Ἦν τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ γυνὴ τοὔνομα Μελανθία πολυταλάντος μὲν τὴν οὐσίαν, φόβου δὲ θείου καὶ ἀρετῶν ἐνδεῶς ἔχουσα. Αὕτη ποτὲ χρονίῳ νοσήματι καὶ βαρεῖ ληφθεῖσα (βίγος γὰρ ἦν τὸ διὰ τετάρτης ἐπισμαῖνον), ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὴν ἡ φήμη συμπεριέλαβεν ἄνδρα τινὰ εἶναι, τὴν μὲν κλῆσιν Εὐγένιον, τὸν βίον δὲ πᾶσιν ἀξιοθαύμαστον τὰ δυσχερῆ τῶν νοσημάτων εὐχερῶς λύοντα· παραυτίκα τἄλλα πάντα σχολάζειν ἀφεῖσα τῷ μοναστηρίῳ πρὸς τάχος ἐπιφοιτᾷ καὶ θερμῶς αἰτεῖται τῆς πιεζούσης μάστιγος τὴν ἐλευθερίαν. Οἴκτος οὖν λαμβάνει τὴν Εὐγενίαν, καὶ τῷ ἁγίῳ ταύτην ἐλαίῳ ἁγίαις χερσὶ περιχρίσασα, παραχρῆμα τὴν νοσηποιὸν ἐξεμέσαι ὕλην ποιεῖ, καὶ οὕτως ἡ Μελανθία καθαρᾶς τυχοῦσα B τῆς ὑγιείας ἐπάνεσι μὲν ἐρρωμένη, πρός τινα δὲ τῶν ταύτης ἀργῶν ὃς καὶ τῇ μονῇ ἐγγειτονῶν ἦν παραγίνεται, καὶ μετ' οὐ πολὺ ἀργυρίου φαιδροῦ τρία σκεύη φιλοκάλως ἀσκήσασα πέμπει τῇ Εὐγενίᾳ, τῷ εὐκτηρίῳ δῆθεν τῆς μονῆς οἷῳ δῶρα καθοσιοῦσα εὐχαριστήρια. Μὴ προσιεμένης δὲ τὴν προσαγωγήν ξέφασκε γὰρ οὐ λυσιτελῆ μοναχοῖς εἶναι οὐδ' οἰκείαν τὴν τοῦ ἀργύρου κτῆσιν, ἀλλὰ πωλεῖν δεῖ καὶ πένησι διανέμειν ἢ χρεῶν ἄλλως βάρει πιεζομένοις), αὐτὴ πρὸς τὴν Εὐγενίαν φοιτήσασα, καί τί πρὸς πειθὼ μὴ εἰποῦσα ἢ δράσασα, πείθει λαβεῖν καὶ ἀναθεῖναι τὸν ἄργυρον τῷ ναῷ.

XVII. Fuit autem pietas occasio impietatis, et verum est id quod olim dictum est, non esse ullam rem alteri tam propinquam quam virtutem vitio: et sæpe aliquis juxta eam vadens, imprudens ingreditur in contrarium. Quod etiam accidit Melanthiæ. Virtutis enim fortasse mediocrem curam gerens, imprudens, quoniam mentem non adhibuit, ad summam deducta fuit improbitatem. Jam enim effecta familiaris, cum ad eam iret assidue, et virum videret specie juvenem, et facie formosum, eam subit amor nequaquam quidem illiberalis: et paulatim demulcebatur ejus et deliniebatur animus, deinde etiam valde accendebatur, ut quæ existimaret Eugeniam ne posse quidem semper esse castam, sed neque morbi populsationem divinæ fuisse gratiæ, sed artis potius magicæ, et inimici potentiæ. Hæc quæ cor ejus occupaverant, et vehemens flamma amoris, et gravis incredulitas, persuadent, ut audax facinus aggrediatur, et res tenebrarum libere eloquatur, Res enim gravis est amor et impudentissima, Neque res est ulla adeo aditu difficilis, ad quam se non posse pervenire et eam consequi existimet.

IZ'. Ἦν δὲ ἄρα τῆς ἀσεβείας ὑπόθεσις ἡ εὐσέβεια, καὶ ἀληθὲς τὸ πάλαι ῥηθὲν, ὅτι οὐδὲν ἐγγίζον ἄλλο πρὸς ὅτερον ὡς ἀρετὴ πρὸς κακίαν· καὶ πολλάκις τις παρὰ ταύτην ὁδοίζων τῆς ἐναντίας λαθὼν εἴσω γέγονεν· ᾧ δὴ καὶ Μελανθία συμπέπτωκεν. Ἀρετῆς γὰρ ἴσως μετρίως φροντίζουσα λέληθε τῷ μὴ προσέχειν τὸν νοῦν εἰς ἄκρον μοχθηρίας παρενεχθεῖσα. Ἤδη γὰρ συνήθης γεγονυῖα καὶ συνεχῶς παρὰ ταύτην ἰοῦσα, ἄνδρα τε ὁρῶσα τῷ φαινομένῳ νεάζοντα καὶ ὄψιν περικαλλῆ, ἔρως αὐτὴν εἰσέρχεται οὔμενουν ἀγενὴς, καὶ κατὰ μικρὸν ἐθέλγετο τὴν ψυχήν. Εἶτα καὶ ἰσχυρῶς ἀνεφλέγετο νομίζουσα μηδ' ἂν Εὐγενίαν ἀγνεύειν ποτὲ δύνασθαι, ἀλλὰ μηδὲ τὴν τῆς νόσου φυγὴν θείκης γενέσθαι χάριτος· τέχνης δὲ μᾶλλον D μαγικῆς καὶ ἀντιθέτου δυνάμεως· Ταῦτα τὴν καρδίαν αὐτῆς ἐπισχόντα φλόξ τε τοῦ ἔρωτος ζαλεπὴ καὶ ἀπιστία δεινὴ πείθουσι καὶ αὐτῷ τῷ ἔργῳ ἐπιτολμῆσαι καὶ τὰ τοῦ σκότους παῤῥησιάσασθαι. Δεινὸν γὰρ καὶ ἰταμώτατον ἔρως, καὶ οὐχ οὕτως οὐδὲν τῶν ἀνεφίκτων ὃ μὴ ἐφικτὸν ἐκείνῳ δοκεῖ καὶ ἀνύσιμον.

XVIII. Cum itaque degeret in agris, ut dictum est vicinis monasterio, et perturbatione animi valde laboret, simulat se corpore esse ægrotam, et incredibili celeritate accersit Eugeniam, non fictum hunc morbum curaturam, sed veri et occulti miserabiliter futurum participem. Posiquam autem

IH'. Διαιτωμένη γοῦν ἐν ἀγροῖς, ὥσπερ εἴρηται, γείτοσι τῆς μονῆς καὶ τὴν ψυχὴν σφόδρα παθαινομένη σώματος ἀσθένειαν ὑποκρίνεται καὶ ἀπίστῳ τάχει μετεκαλεῖτο τὴν Εὐγενίαν, οὐ τὴν προσποίητον νόσον ἰασομένην, ἀλλὰ τῆς ἀψευδοῦς καὶ κρυφίου ἐλεεινῶς κοινωνήσασα. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὸ ποθούμενον

πρόσωπον εἴσω θυρῶν ἦν, ἡ Μελανθία, τὸ πάθος A ea quam desiderabat, facies fuit intra fores. Me-
ἔνδον φλεγμαῖνον οὐκ ἐνεγκοῦσα εὐθὺς ἐκ τοῦ πονη-
ροῦ θησαυροῦ πονηροὺς προίησι λόγους, καὶ πρῶτα
μὲν πρὸς ἄθεσμον ἠπείγετο μίξιν. Εἰ δὲ μὴ βούλοιο,
φησὶν, ἀλλὰ καὶ νόμῳ γάμου λήψομαί σε φανερῶς
εἰς ἄνδρα, καὶ πλούτου κύριος ἔσῃ πολλοῦ, χρυσοῦ,
ἀργύρου, ἐσθῆτος πολυτελοῦς, ἀγρῶν, κτηνῶν, ἀν-
δραπόδων, μεθ' ὧν ἕξεις κἀμὲ δούλην ἀντ' ἐλευθέρας
καὶ ὁμοτίμου, καὶ τούτων ἀπολαύσεις πάντως αὐτὸς,
ἐπεὶ καὶ ἀνδρὸς ἔρημος ἐγὼ καὶ παίδων καὶ συγγε-
νῶν. Εἰς τί γὰρ καὶ ἄνθος σώματος οὕτω καλὸν καὶ
ὥρα πάγκαλος ἀσκήσει καὶ πόνοις τηκόμενα διαμεί-
ναι ; Ταῦτα τῆς Μελανθίας θερμῷ καὶ συνεχεῖ πνεύ-
ματι δεξιούσης ἡ μακαρία καὶ καθ' ἕκαστον μὲν τῶν
λεγομένων ἔστενε καὶ τῆς διαλέξεως σφόδρα τὸ ἐμ-
παθὲς ἐμυσάττετο. Τέλος δὲ πρὸς τὴν πολλὴν αὐτῆς B
ἀδολεσχίαν ἰλιγγιάσασα καὶ κηρῷ, τὸ τοῦ λόγου, φρα-
ξαμένη τὰ ὦτα, καὶ μηδὲ ἀκούειν ἔτι ἀνεχομένη,
Ἔπίσχες, ἐξεβόησε, γύναι, ἐπίσχες, καὶ μακρὰν
ταῦτα ἄγε ἀφ' ἡμῶν· αὐτὸν γὰρ ἡμῖν τὸν ἰὸν τοῦ
παλαιοῦ δράκοντος ἀποπτύεις· οὐ προησόμεθα τὴν
ἁγνείαν, οὐ φθεροῦμεν τὴν παρθενίαν, οὐ, Θεοῦ μῆ-
τερ, ἐφ' ἣν ἐγὼ πέποιθα, καὶ Παρθένε, οὐ ψεύσομαι
τὰς, ἐμὰς συνθήκας. Εἷς ἡμῖν γάμος, ὁ πρὸς Χριστὸν
πόθος, εἷς πλοῦτος, τὰ ἐν οὐρανοῖς ἀγαθὰ, μία κτῆ-
σις, ἡ γνῶσις τῆς ἀληθείας.

ιθ'. Τούτων ἡ ἄσεμνος ἀκούσασα Μελανθία, θυμῷ
τε ἀπορρήτῳ διακαυθεῖσα (βαρὺς γὰρ ὑβρισθεὶς ἔρως
καὶ οὐδὲ καθεκτὸς ὅλως), πρὸς τὴν Ἀλεξανδρέων
ἐχώρει, λίαν δεινὰ κατὰ Εὐγενίας ὠδίνουσα. Εἶτα C
καὶ χαλεπὴν αὐτῇ συρράψασα τὴν διαβολὴν, ἐφίστα-
ται τῷ ἐπάρχῳ Φιλίππῳ, μηδὲν εἰδυῖα τῶν κατὰ τὴν
Εὐγενίαν, μήθ' ὅτι πατὴρ οὗτος αὐτῆς, μήθ' ὅπως
ἐκείνη ἐκ γυναικὸς εἰς ἄνδρα τὸ σχῆμα μεταβεβλή-
κοι. Τούτῳ τοιγαροῦν ἐπιστᾶσα μέτεισιν ἐξ ἀκολα-
σίας πρὸς τὴν συκοφαντίαν καὶ κατηγορεῖν ἄρχεται
λίαν κακοήθως καὶ πονηρῶς, Νεανίας τις, λέγουσα,
τὴν μὲν ὄψιν περικαλλὴς, τὸν δὲ τρόπον καὶ λίαν
ἐναγὴς, Χριστιανῶν ὑποκριθεὶς εὐλάβειαν εἰσῆλθε
πρός με. Μίαν δὲ κἀμὲ τῶν ἀσέμνων νομίσας εἶναι,
πρῶτον μὲν ῥήμασιν ἀπατηλοῖς, εἶτα καὶ χερσὶν ὁ
πάντολμος πρὸς βίαν ἐχρῆτο, καὶ εἰ γε μὴ γεγωνό-
τερον ἐξεβόησα καὶ στῆναι τὴν θεράπαιναν πα-
εσκεύασα δρομαίαν, ὡς μία ἂν καὶ αὐτὴ τῶν ἐξην-
δραποδισμένων ἐμιαινόμην. Οὕτως ἡ ἀναιδὴς τὸ D
ἐκείνης μῦσος τῇ καθαρᾷ περιάπτειν ἐτόλμα, καὶ
ἅπερ αὐτὴ δράσειε παθεῖν μᾶλλον προσεποιεῖτο.
Ταῦτα οὕτω ῥηθέντα ἐξέμηνεν ἰσχυρῶς τὸν ἔπαρχον
καὶ δεσμίους ἄγεσθαι παρ' αὐτὸν ἐκέλευεν οὐκ Εὐγε-
νίαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας ἅμα τοὺς σὺν αὐτῇ.
Τούτους μὲν οὖν κατὰ τὸ κελευσθὲν ἀχθέντας αἱ
φρουραὶ ἄλλον ἄλλη διεμερίζοντο. Ὠήθη γὰρ ὁ ἔπαρ-
χος μὴ, ἄν ποτε τοιαῦτα διαψεύσασθαι Μελανθίαν
γυναῖκα οὕτω τε εὐγενῆ καὶ πλούτῳ καὶ δόξῃ περι-
φανῶς ἔχουσαν, οὐκ εἰδὼς ὅτι πλούτου καὶ περιφα-
νείας ἰσχυρότερον ψυχῆς πάθος. Τοιγαροῦν οἱ δικά-
ζοντες πάντες μικροῦ τῶν ἁγίων ἐρήμην κατεψηφί-

ira, quæ dici non potest, incensa (est enim gravis
amor, et qui non potest omnino cohiberi) profecta
est Alexandriam, valde gravia parturiens adversus
Eugeniam. Deinde cum etiam difficile in eam
stuxisset calumniam, venit ad præfectum Philip-
pum, nihil sciens ex iis quæ ei evenerant : neque
quod is esset pater Eugeniæ, neque quod illa mu-
tasset habitum muliebrem in virilem. Ad eum ergo
accedens, ab intemperantia transit ad calumniam,
et eam incipit accusare admodum maligne et im-
probe, dicens : Quidam adolescens, facie quidem
formosus, sed moribus valde sceleratus, Christia-
norum simulans pietatem, ad me est ingressus :
et cum me aliquam putasset esse impudicam et
inhonestam, primum quidem verbis fallacibus,
deinde etiam manibus ad vim usus est vir audacis-
simus, et nisi altius exclamassem, et ut accurreret
ancilla, effecissem, ego tanquam captiva aliqua
polluta essem. Ita impudens mulier illi puræ aude-
bat suum ascribere flagitium. Hæc sic dicta ad
furorem valde concitarunt præfectum, et vinctos
ad se jussit adduci, non solum Eugeniam, sed
etiam omnes simul, qui cum ea erant. Atque eos
quidem, ut jussum fuerat, adductos, alium alibi
diversæ tenebant custodiæ. Existimabat enim præ-
fectus nunquam talia confictura fuisse Melan-
thiam, mulierem adeo nobilem, opibusque et gloria
insignem : nesciens divitiarum et claritatis esse
vehementiorem animi perturbationem, et quæ
potest persuadere, illa quidem parva reputare,

propter id autem, quod ei videtur in præsentia, A gratum eligere mendacium. Omnes itaque judices, absentes sanctos propemodum condemnabant : et ex iis, alii quidem æquum censebant eos subjici dentibus ferarum; alii vero in ligno suspendi ; alii autem acerbioribus generibus suppliciorum, una cum calumnia punientes pietatem.

ζοντο, καὶ τούτων οἱ μὲν ὁδοῦσι θηρίων ὑποβληθῆναι αὐτοὺς ἐδικαίουν, οἱ δὲ ἀναρτήσει ξύλων, οἱ δὲ πικροτέροις τρόποις τιμωριῶν, κολάζοντες ἅμα τῇ συκοφαντίᾳ καὶ τὴν εὐσέβειαν.

XX. Postquam autem adfuit dies judicii, congregata quidem erat magna multitudo ex omnibus, quæ circumcirca erant, urbibus ; aderat vero etiam præfectus, et in medium producebatur Eugenia, quæ gravibus tenebatur catenis : theatri autem clamores undique erumpebant, et morte esse afficiendam Eugeniam communiter pronuntiabant. Paratæ erant bestiæ, parata tormenta, rotæ, ignes, et alia genera suppliciorum, et per omnia acerbi B tortores, et ex æquo ad supplicia inferenda sævissimi et acerrimi. In suum itaque conspectum duci Eugeniam jussit judex. Quæ cum astitisset : Hoc, inquit, vobis, o omnium hominum maxime impie, jubet vester Christus, ut nec clam quidem faciatis ea quæ sunt turpissima, sed tam impudenter et violenter aggrediamini ea quæ sunt nefaria? Quis enim tuus erat animus, quando tanquam medicus ingrediens, ut qui non solum esses medicus, sed qui etiam per te posses facere miracula, ea faciebas, quæ corruptores et adulteri : et mulierem tam nobili loco natam, tam divitem, et tam honestis et moderatis moribus, tanquam scenicam quampiam, aut ex hostium regione captam, probro et dedecore afficere voluisti ? Audacis itaque tu cœpti meritas lues pœnas, et malus male peribis.

Κ'. Ἐπεὶ οὖν ἡ κυρία παρέστη, τὸ μὲν πλῆθος ἅπαν τῶν πέριξ συνήγετο πόλεων · παρῆν δὲ καὶ ὁ ἔπαρχος, καὶ ἡ Εὐγενία εἰς μέσον ἤγετο βαρυτάταις ἁλύσεσιν ἑλκομένη · κραυγαὶ δὲ τοῦ θεάτρου πάντοθεν ἀνερρήγνυντο, καὶ πάντες θανατοῦσθαι τὴν Εὐγενίαν κοινῶς ἀπεφαίνοντο. Ἡτοιμάζοντο θῆρες, ἡτοιμάζοντο στρέβλαι, τροχοί, πῦρ, ἕτερα εἴδη κολαστηρίων, καὶ διὰ πάντων οἱ πικροὶ κολασταὶ καὶ πρὸς τὰς τιμωρίας ἐπίσης ὠμότατοι, καὶ ὀξύτατοι. Ἄγεσθαι τοιγαροῦν εἰς ὄψιν αὐτῷ τὴν Εὐγενίαν ἐπέταττεν ὁ δικάζων, καὶ παραστάσης, Τοῦτο ὑμῖν, ἔφη, πάντων ἀνθρώπων ἀνοσιώτατε, ὁ ὑμέτερος ἐπιτρέπει Χριστὸς, τὸ μηδὲ κρυφῇ τὰ αἴσχιστα πράττειν, ἀλλ' ἀναιδῶς οὕτω καὶ βιαίως τοῖς ἀθεμίτοις ἐπιχειρεῖν ; Ἐπεὶ τίνα εἶχες σὺ τὴν ψυχὴν, ὁπόταν ὡς ἰατρὸς εἰσιὼν, καὶ οὐχ ἁπλῶς ἰατρὸς, ἀλλ' αὐτουργὸς θαυμάτων εἶναι δυνάμενος, τὰ τῶν λοιμῶν ἐποίεις καὶ τῶν μοιχῶν, καὶ γυναῖκα οὕτω μὲν γένους, οὕτω δὲ πλούτου, οὕτω δὲ καὶ τρόπου σώφρονος ἔχουσαν οἷά τινα τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ἢ δούλην ἐκ πολεμίας λαβὼν αἰσχῦναι προείλου ; Τοιγαροῦν τοῦ τολμήματος ἀξίαν ὑφέξεις τὴν δίκην, κακὸς κακῶς ἀπολλύμενος.

XXI. Cum tam iracunde minatus esset ei præfectus, Eugenia vultu in terram inclinato ne in præsentia ejus vultus patri evaderet manifestus : Meus, inquit, Deus non ea solum, de quibus nunc a vobis accusor, prohibet, sed ea etiam lege sancit, quæ sunt his multo excelsiora : qui me etiam nunc volens perpetuam servare castitatem, providit, ut viverem cum his, qui in pietate se exercent, monachis, quomodo in hodiernum usque diem me conservavit, ut et ipsi est perspicuum, et vobis erit paulo post. Quod autem mihi et tormenta et mortem minitaris, imprudens incussisti mihi timorem, qui non opus habet oratione. Erubescerem enim, si horum metu quærerem me defendere, et non quod timeam, ne res Christianorum apud vos male audiant et irrideantur. Verum enim vero D oportebat vos non tam faciles aures præbere accusatoribus, neque cum primum audiissetis, tam cito condemnare, sed ambobus prius auditis, deinde ferre sententiam, et si manifestum quidem exstiterit me talia fecisse, justum luam supplicium : sin autem hæc sunt falsa et aperta calumnia, unam pro omnibus peto gratiam, ut hæc mulier nihil grave patiatur, nec si de nobis quidem his pejora dixerit. Sic enim nostra lex jubet, et nos obtemperamus, ut nunquam mala pro malis, sed contra bona potius reddamus [9]. Hujus rei so-

ΚΑ'. Οὕτω τοῦ ἐπάρχου διαπειλησαμένου πρὸς αὐτὴν ὀργίλως, ἡ Εὐγενία, τὸ πρόσωπον εἰς γῆν κλίνασα, ἵνα μὴ τό γε νῦν ἔχον ὄψις οὕτως οἰκεία δήλη τῷ πατρὶ γένοιτο, Ὁ μὲν ἐμὸς, ἔφη, Θεὸς οὐ ταῦτα μόνον ἃ νῦν κατηγόρημαι παρ' ὑμῶν ἀπαγορεύει, ἀλλὰ καὶ ὑψηλότερα πολλῷ τούτων νομοθετεῖ, ὃς κἀμὲ νῦν ἀγνεύειν διὰ παντὸς βουλόμενος τοῖς ἀσκητικοῖς ἀνδράσι τούτοις συμβιοῦν ᾠκονόμησεν, ὥσπερ δὴ καὶ εἰσέτι νῦν με διατετήρηκεν, ὡς αὐτῷ τε δῆλόν ἐστι καὶ ὑμῖν ὅσον οὔπω γενώσεται. Ὅτι δέ μοι καὶ βασάνους καὶ θάνατον ἀπειλεῖς, λέληθας τὸ τοῦ λόγου ἀδεὲς δέος μοι ἐπισείων · αἰσχυναίμην γὰρ ἄν, εἰ φόβῳ τούτων ζητοίην ἀπολογεῖσθαι, ἀλλὰ μὴ φόβῳ τοῦ δόξαι τὰ τῶν Χριστιανῶν εἰς διαβολὴν κεῖσθαι καὶ μυκτηρίζεσθαι. Πλὴν ἀλλ' ἐχρῆν ὑμᾶς μὴ οὕτως εὐκόλως ὑπέχειν τοῖς κατηγόροις τὰς ἀκοὰς, μηδ' ἐκ πρώτης ἑτοίμως καταγινώσκειν, ἀλλὰ τὸ πρῶτον ἀμφοῖν διακούσαντας, εἶτα καὶ τὴν ψῆφον ἐκφέρειν, κἂν μὲν ἐγὼ τοιαῦτα δράσασα φανερὰ γένωμαι, δικαίαν ὑπόσχω τὴν τιμωρίαν, εἰ δὲ ψευδὴς ταῦτα καὶ συκοφαντία σαφὴς, μίαν ἀντὶ πάντων αἰτῶ χάριν, τὸ μηδὲν τὴν γυναῖκα ταύτην ὑποστῆναι δεινὸν, μηδ' εἰ πολλῷ τούτων χείρω διεξήει περὶ ἡμῶν · οὕτω γὰρ ὅ τε ἡμέτερος κελεύει νόμος, καὶ ἡμεῖς πειθόμεθα μηδέποτε κακοῖς τὰ κακὰ, ἀλλὰ τοὐναντίον μᾶλλον τοῖς ἀγαθοῖς ἀμείβεσθαι. Τοῦτο γοῦν μοι καὶ μόνον πιστούσθω δι' ὅρκου, καὶ οὔ τινων

[9] Rom. XII, 17.

δέηθῆσόμεθα λόγων οὐδ' ἀντιθέσεων, ἀλλ' αὐτό δὴ δείξει τὸ πρᾶγμα σαφῶς, καὶ οἱ σοὶ ὅαστα δικάσουσιν ὀφθαλμοί.

KB'. Οὕτω εἰποῦσα πρὸς τὴν Μελανθίαν ἰδιαζόντως, ἔτυχε γὰρ ἐκεῖ καὶ αὐτὴ παροῦσα, Εἰ καὶ πάντας, ἔφη, λαθεῖν δυνατὸν, ἀλλὰ τό γε σὸν συνειδὸς πάντως οὐ λήσει. Μὴ τοίνυν καὶ σεαυτὴν ἀγνοεῖν δόξῃς, καὶ ὀφθαλμῶν θείων ὀλιγωρήσῃς, οὗ πάντα τε ὁρῶσι καὶ συκοφαντίαν ἐνδίκως κολάζουσιν. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ἧττον ἐκείνη Μελανθία ἦν, οὐδ' ὑφίει τῆς ἀναιδείας, εὐθὺς ἐκέλευε παραστῆναι τὴν θεράπαιναν ἣν ἡ Μελανθία μάρτυρα ἔφη τῆς βίας. Ἐκέλευε δὲ καλεῖσθαι οὐχ ὡς τάληθῆ μαρτυρήσουσαν, (πῶς γὰρ ἂν ἡ δούλη πρὸς τὴν δέσποιναν ἀντετίθει ;) ἀλλ' ὥστε τὸ ψεῦδος ἐκ πολλοῦ διεγεγχθῆναι τοῦ περιόντος, καὶ Μελανθίαν ὀφθῆναι οὐχ ὅπως μόνην ἀλλὰ καὶ μεθ' ἑτέρων ἐλομένην συκοφαντεῖν. Παραστᾶσα οὖν ἡ θεράπαινα καὶ τῇ δεσποίνῃ χαρίζεσθαι βουλομένη, ψεῦδος τῷ ψεύδει συνείρειν οὐκ ἀμαθῶς εἶχε, Κἀμὲ, λέγουσα, ὁ μιαρὸς οὑτοσὶ πολλάκις ἐπείρα. Εἶθ' ἡ συνήθης ἀνολασία καὶ αὐτῇ ἐπιπανῆναι ἐποίησε τῇ δεσποίνῃ, ἣ μὴ βουλομένῃ βίαν ἐπῆγεν ἕως ἡ μὲν ὡς εἶχεν ἀνέκραγεν· ἐγὼ δὲ ἐπιστᾶσα καὶ ἄλλας μεταπαλεσαμένη τῶν ὁμοδούλων, μόλις αὐτὸν τοῦ αἰσχροῦ ἐπέσχομεν ἐγχειρήματος, αἵ καὶ βουλομένων ὑμῶν, εἰ μεταληθεῖεν, εἴσεσθε ὅπως τοῖς ἐμοῖς ἔσονται συνᾴδουσαι λόγοις. Τότε ὁ μὲν ἄπορχός πικρότατα διαταραχθεὶς ὕβρεσιν ἔβαλλε τὴν Εὐγενίαν, καὶ δῆλος ἦν καὶ ἐπὶ τὰς βασάνους ἤδη ὁρμήσων ὡς οὐδενὸς ἔτι λειπομένου πρὸς ἔλεγχον. Ἡ δὲ (ἀλλὰ προσεκτέον· ἡδεῖα γὰρ πρὸς ἀκοὴν ἡ διήγησις), Καιρὸς, εἰποῦσα, παῤῥησιάσασθαι τὴν ἀλήθειαν, ἵνα μὴ τὸ ψεῦδος αὐτῆς ἐπὶ πλέον κατακουχήσηται, καὶ εὐδιάβλητα Ἕλλησι τὰ Χριστιανῶν ᾖ, τί ποιεῖ; Ἀναγκάζεται διὰ τὴν πολλὴν τοῦ κατηγόρου ἀναίδειαν καὶ πέρα τι τοῦ σεμνοῦ ποιῆσαι· καὶ λαβοῦσα διαῤῥήγνυσιν ἄνωθεν τὸν χιτωνίσκον, καὶ μέρη τινὰ τοῦ ἱεροῦ γυμνώσασα σώματος ἐδείκνυ πασιν ὅτι καὶ φύσει αὕτη καὶ ἀληθείᾳ γυνή. Λέγει τε πρὸς τὸν ἔπαρχον· Κύριέ μου, σὺ μὲν ἐμὸς κατα σάρκα πατὴρ ὁ Φίλιππος, Κλαυδία δὲ μήτηρ ἐμὴ, καὶ ἀδελφοὶ οὗτοι, οἵ γε καὶ συγκαθέζονταί σοι, Ἀβίτας καὶ Σέργιος· ἐγὼ δὲ σὴ θυγάτηρ Εὐγενία, ἥτις κόσμον ἀποδυσαμένη πάντα καὶ τὰ ἐν κόσμῳ, μόνον ἀντὶ πάντων ἐνεδυσάμην Χριστόν. Ἰδοὺ καὶ οὓς εὐνούχους ὁρᾷς, Πρωτᾶς ἐστι καὶ Ὑάκινθος, οἱ καὶ παιδείας μοι καὶ βίου τοῦ κατὰ χριστὰν κοινωνήσαντες.

XXV. Nos vero alia quoque adjiciamus, non ut virum ex his recte videamus, sed ne pulcherrimis privemur narrationibus. Quidam discipuli ab eo aliquando missi ad Euxinum, retro navigare statuerunt. Cum autem, ubi terra solvissent, nocte tota fretum secassent, defessi priusquam mare C transmisissent, appellunt in quemdam locum valde asperum, et in quo navibus nullus erat portus, nec fida statio: cumque ventus spirasset vehementius, fieri non poterat ut salvi essent. Atque illos quidem somnus opprimit; ille autem apparet uni eorum dormienti. Paret is visioni, parent etiam reliqui: solvunt navem, a loco illo recedunt, in ostium Ponti navigant: et cum in tuto essent, caligo occupat aerem, et procella pontum furore agitat, et ita insurgunt fluctus, et mare conturbatur, et naves obruuntur, ut aer quidem fletibus, mare autem esset impletum naufragiis. Alii alias mittebantur ad orientem, et Marcelli adjuti precibus, tunc quidem navigarunt; cum vero visum eis esset reverti, in terram appulerunt. Et alios quidem sanos accepit civitas Ancyra. Paulum D autem unum ex his gravis morbus invasit. Comitibus autem illum quidem ægrotantem relinquere erat impium; ut eum vero secum ducerent, fieri non poterat; ut illi autem rursus cum eo remanerent, erat valde difficile. Ille valde suspirans et ejulans: Ubi sunt, inquit, o Pater Marcelle, tuæ preces? Nam tu quidem me Deo commendasti, ego autem jam pereo. Neque hoc quidem mihi grave, sed quod extra tuum gregem, et procul a meis fratribus. Hæc ille quidem dicit Ancyræ cum lacrymis; ille vero cum esset in monasterio, audi-

vit, et statim Paulus quidem convaluit. Magnus autem Marcellus accersito Cæsario, jussit horam signari : Unus, dicens, ex fratribus, qui est procul a nobis, et est gravi morbo oppressus, asserit se nihil accepisse utilitatis ex mea ad Dominum commendatione. Sed prope est Dominus omnibus, qui invocant eum in veritate, et eorum qui ipsum timent, faciet voluntatem, et eorum preces exaudiet, et eis dabit salutem. Hæc is quidem descripsit; ille vero convaluit, et reversus est. Ostensa est autem scriptura, et eadem hora inventum est Paulum convaluisse Ancyræ, et Cæsarium scripsisse in monasterio.

μὲν ῥᾷον ἐγίνετο. Ὁ μέγας δὲ τὸν ὑπογραφέα Καισάριον μετακαλεσάμενος ἐπισημήνασθαι τὴν ὥραν ἐκέλευεν, Εἷς, λέγων, τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν πόῤῥωθεν ἄρτι τελῶν καὶ νόσῳ βαρείᾳ κατάσχετος γεγονὼς, οὐδὲν ἐκ τῆς ἡμῶν ὠφελείας πρὸς Κύριον παρρησίας διατείνεται· ἀλλ' ἐγγὺς Κύριος πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ, καὶ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιήσει, καὶ τῆς δεήσεως αὐτῶν εἰσακούσεται καὶ σώσει αὐτούς. Ταῦτα ὁ μὲν ἀπεγράφετο, ὁ δὲ ἔῤῥωτο, καὶ ἐπανῆκεν. Ἡ δὲ γραφὴ ἐδείκνυτο, καὶ κατ' αὐτὴν εὑρέθη τὴν ὥραν Παῦλος ὑγιάνας ἐν Ἀγκύρᾳ, καὶ Καισάριος γράψας ἐν τῇ μονῇ.

XXVI. Deus aliquando terram vexabat fame, eaque fame, qua nescio an ulla unquam fuerit deterior. Monasterii autem horrei præfectus Malchus, qui frumentum suppeditabat pistoribus, postquam universum fere consumptum fuerat (sufficiebat enim ne ad totos quidem decem dies, et necesse erat fame perire monachos), accedit ad præclarum Marcellum, et ei renuntiat frumentum esse consumptum. A quo audivit, ut faceret quæ consueverat, et hoc ei nullæ esse curæ. Ille arbitratus eum sperare alicunde solvendam esse inopiam, absque ulla sollicitudine suppeditavit sicut consueverat. Quinque deinceps dies præterierunt : et cum nihil evenisset eorum quæ sperabat, rursus dicit, et ei causam revocat in memoriam. Audit vero eadem. Postquam autem ad alios quoque duos consumpsit, et non multum abesse videretur, quin esset universum consumptum, ille quidem rursus accedit conturbatus. Marcellus vero statim accedens ad horreum, parturiens id statim implet, et incipit parere : et quod est admirabile, et omnem superat rationem, quandiu dictus quidem Malchus metiebatur frumentum videbatur diminui, et minari futuram mox egestatem. Cum autem postridie ingrederetur, eadem magnitudo erat et idem cumulus, et apparebat perinde, ac si ne parum quid esset ablatum pridie. Quod vero hæc non essent deceptio oculorum, fidem facit tempus. Tandiu enim frumenti fuit hoc admirabile augmentum et acceptio, quandiu mansit gravis illa et infinita fames. Sed his quidem ostenditur, sanctum et nutriisse vivos, et conservasse eos qui erant in periculo. Quemadmodum autem se gesserit sanctus excitandis mortuis et fugandis dæmonibus, statim dicetur.

Κς'. Ἐκάκου ποτὲ τὴν γῆν ὁ Θεὸς λιμῷ, λιμῷ οὐκ οἶδα εἴ ποτε τούτου χείρονι. Ὁ δέ γε τῆς μονῆς ταμειοῦχος τοῦ σίτου Μάλχος τοῖς ἀρτοποιοῖς τε αὐτῶν κατηγορηγῶν, ἐπεὶ ἀνάλωτος σχεδὸν ἅπας (ἐπήρκει γὰρ οὐ δέκα ὅλας ἡμέρας, καὶ ἦν ἀνάγκη πᾶσι λιμώττειν τοὺς μοναχοὺς), προσῄει τε τῷ γενναίῳ καὶ τὸ ἀνηλῶσθαι αὐτῷ τὸν σῖτον ἀγγέλλει. Ἤκουε δὲ πράττειν τὰ εἰωθότα καὶ μηδέν αὐτῷ περὶ τούτου μέλλειν. Ὁ δέ νομίσας ἄλλοθεν αὐτῷ πόθεν ἐλπίζειν τὴν ἀπορίαν λυθήσεσθαι, ἄφροντις, ὥσπερ εἴωθεν, ἐχορήγει. Πέντε ἐξῆς παρῆλθον ἡμέραι, καὶ μηδὲν ὧν ἤλπισεν ἀπαντῆσαν, φράζει πάλιν, καὶ περὶ τῆς αἰτίας ἀναμιμνήσκει. Ἀκούει δὲ τὰ αὐτά. Ὡς δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλας ἡμέρας δύο ἐξεδαπάνα καὶ τὸ μηδὲν ἔτι ληφθῆναι οὐ πόῤῥω που εἶναι ἐωρᾶτο, ὁ μὲν πάλιν τεταραγμένος πρόσεισιν· ὁ δὲ ἐπιστὰς τῇ σιτοθήκῃ, ὠδίνων αὐτὴν εὐθέως πληροῖ καὶ τόκου ἤρχετο· καὶ τὸ δὲ θαυμαστὸν καὶ λόγου παντὸς ὑψηλότερον, ἕως μέν ὁ δηλωθεὶς Μάλχος ἐμέτρει, ἐλαττούμενόν τε τὸν σῖτον ἑώρα καὶ ἀπειλοῦντα ὅσον οὔπω τὴν ἔνδειαν, ἐπεὶ δὲ τῆς ὑστεραίας εἰσίοι, ὁ αὐτὸς ἦν ὄγκος τε καὶ σωρὸς καὶ ὥσπερ οὐδὲ μακρὸν χθὲς ὑφαιρεθέντος ἐδείκνυτο. Ταῦτα ὡς οὐκ ὀφθαλμῶν ἦν ἄλλως ἀπάτη, πίστις ὁ χρόνος. Μέχρι γὰρ τοσούτου τῷ σίτῳ ἡ ἄῤῥητος αὕτη ἐπίδοσίς τε καὶ αὔξησις μέχρις οὗ καὶ ὁ ἄπειρος ἐκεῖνος καὶ χαλεπὸς ἐπεῖχε λιμός. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔστι δεικνύειν ζῶντας τὸν ἅγιον διατρέφειν καὶ κινδυνεύοντας διασώζειν· ποῖος δὲ καὶ νεκροὺς ἐγείρειν καὶ δαίμονας ἀπελαύνειν ὁ μέγας οὗτος ἐτύγχανεν, αὐτίκα δὴ καὶ ῥηθήσεται.

XXVII. Ægrotabat quidem, et in lecto decumbebat, nomine Paulus, habitu monachus. Is cum extremum jam duceret spiritum, mittit ad sanctum, et rogat ut veniat. Postquam autem, via confecta, qui missus fuerat, venit ad monasterium, et fuit coram magno Marcello, quoniam ille tunc de rebus disserebat gravibus, et de sacris tractabat dogmatibus, contendens cum antistite Chalcedonis, et qui missus fuerat, est reversus, et qui ægrotabat, erat mortuus. Cum ergo jam peracta essent, quæ fiunt mortuo, et paratus esset ad efferendum (hoc autem non alia de causa provisum fuerat a superis, quam ut majorem casum, et majus miraculum, et

Κζ'. Νοσῶν τις ἦν καὶ κλινοπετὴς ὄνομα Παῦλος, τὸ σχῆμα μοναχός. Οὗτος ἤδη περὶ τὰς ἐσχάτας ἀναπνοὰς ὤν, πέμψας αἰτεῖται πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν ἅγιον. Ὡς δὲ τὴν ὁδὸν ὁ πεμφθεὶς ἀνύσας κατελάμβανε τὴν μονὴν καὶ εἰς ὄψιν ἦλθε τῷ μεγάλῳ, ἐπείπερ ἐκεῖνος τὸ τηνικαῦτα σπουδαίων εἴχετο διαλέξεων καὶ τοῖς ἱεροῖς ἐνέκειτο δόγμασι, τῷ προέδρῳ Χαλκηδόνος διαμιλλώμενος, ὅ τε πεμφθεὶς αὖθις ἐπανῆει, καὶ ὁ νοσῶν ἤδη τεθνηκὼς ἦν. Ἐπεὶ οὖν καὶ τὰ ἐπὶ νεκρῷ πάντα τετέλεσται, καὶ ἕτοιμος ἦν πρὸς τὴν ἐκφορὰν (τοῦτο δὲ οὐκ ἄλλως προῳκονόμητο ἄνωθεν ἀλλ' ἵνα τὸ μεῖζον πάθος καὶ τὸ θαῦμα μεῖζον καὶ Μαρκέλλου τὴν ἀρετὴν μείζονα δείξῃ), ὡς ἤδη

πέρας ἐλάμβανεν ἡ διάλεξις, ἅπεισι παρὰ τὸν νοσοῦντα· καὶ νεκρὸν ἰδὼν ἐκεῖνον καὶ πρὸς τὴν ἐκφορὰν ἕτοιμον, ἔπαθε μὲν τὴν ψυχὴν, καὶ δάκρυα τῶν παρειῶν κατέχεεν, οὐ μὲν ὑφῆκε τῆς πρὸς Θεὸν παρρησίας, ἀλλὰ καὶ χεῖρας ἅμα καὶ ὄμματα καὶ ψυχὴν πρὸς αὐτὸν ἀνατείνας ἐφ' ἱκανὸν οὕτω προσηύξατο. Εἶτα οὐκ εἰς ἑπτὰ μὲν ἐμφυσᾷ, ὡς πάλαι ὁ ζηλωτὴς Ἠλίας, χειρὸς δὲ μόνον ἐπιτίθησι τῷ νεκρῷ, καὶ οἱ παρόντες ἄλλως αὐτὸν καὶ οὐχ ὡς νεκροῦ τοῦ κειμένου πειρασθῆναι νομίσαντες λέγουσιν ὅτι τέθνηκεν. Ἅμα δὲ τοῦτο εἶπον ἐκεῖνοι, καὶ νεκρὸς εὐθὺς ἐξανίστατο καὶ φθεγγόμενος καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἐμέμνητο θεαμάτων εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι φοβερωτάτων. Οὕτως ἐκεῖνος, ἵνα τι παὶ τολμήσω, καὶ ἡλίου φανεὶς παρρησιαστικώτερος οὐκ ἠθέλησε τὸ εἰς αὐτὸν ἧκον δῆλον τοῖς πολλοῖς τὸ θαῦμα γενέσθαι· ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τε τῷ ἀναστάντι καὶ τοῖς θεασαμένοις ὥσπερ ὁ ἐμὸς Ἰησοῦς τὴν σιωπὴν παραγγέλλει, τοσαύτην εἰσφέρων σπουδὴν τοῦ τὴν παρὰ ἀνθρώπων δόξαν διαφυγεῖν ὅσης ἄρα τῆς παρὰ Θεοῦ τυγχάνειν αὐτὸς ἔμελλεν· ὅθεν οὐδὲ λαθεῖν ἀφῆκε τὸ γεγονὸς ὁ δόξῃ περιβάλλων ἀεὶ τοὺς αὐτὸν δοξάζειν προῃρημένους. Οἱ γὰρ ὀφθαλμοῖς ταῦτα παραλαβόντες, ὀλίγα τῶν ἐπιταγμάτων φροντίσαντες, ἐπεὶ οὐδὲ κρύπτειν ἠβούλοντο καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῦ τοιούτου φθονεῖν πολλαῖς ἃ εἶδον παραπέμπουσιν ἀκοαῖς, μηδ' αὐτὸ τοῦτο κρύψαντες, ὅτι καὶ μέγα οὕτω τελέσας παρήγγειλε σιωπᾷν.

A Marcelli virtutem majorem ostenderet), ubi factus fuit disserendi finis, venit ad ægrotum : et cum illum vidisset mortuum, et jam paratum ad efferendum, motus quidem est animo, et ex ejus genis fluebant lacrymæ : neque remisit tamen suam ad Deum fiduciam, sed cum manus simul et oculos et animam ad eum sustulisset, est aliquandiu precatus. Deinde non septies quidem inspirat, sicut olim zelator Elias, sed solum manum imponit mortuo. Qui autem aderant, alia eum velle putantes, et non ut mortuum tentare, dicunt : Est mortuus. Simul atque vero illi hoc dixerunt, surrexit mortuus : videnque ostensus est et loquens, et eorum quæ illic erant, meminit spectaculorum. Sic ille, qui, si audendum sit dicere, vel sole clarior apparuerat, nolebat, quod ad se attinebat, multis apertum fieri miraculum : sed et ei qui surrexerat, et iis qui aspexerant, sicut meus Jesus, præcipit silentium : tantum afferens studium fugiendæ gloriæ, quæ est ab hominibus, quantam ipse erat a Deo consecuturus. Quocirca nec permisit ut lateret id quod factum fuerat, is qui gloria semper circumdat eos qui ipsum glorificare voluerunt. Nam qui ea oculis aspexerant, ejus jussa parum curantes, cum nec vellent celare, nec aliis tantum bonum invidere, ea quæ viderant ad multorum aures transmittunt : nec hoc ipsum quidem celantes, quod cum rem tam magnam fecisset, eos jusserat silere.

B

ΚΗ'. Πλὴν ἀλλὰ τὸ μὲν νεκροὺς ἐγείρειν οὕτως εἶχε ῥᾳδίως (1). Δεῖ δὲ καὶ τὴν κατὰ δαιμόνων αὐτοῦ δύναμιν ἐπίδηλον αὐτοῦ καθιστᾷν. Προσέφερον αὐτῷ τε δαιμονῶντας ὁμοῦ τέσσαρας, χαλεποῖς δαίμοσι καὶ πονηροτάτοις κατειλημμένους· καὶ ὁ μὲν τῆς προσευχῆς, οἱ δὲ τῆς μανίας εὐθὺς ἦρχοντο. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον βλάσφημά τε εἰς αὐτὸν ἐφθέγγοντο καὶ τοὺς ἄνδρας ἰσχυρῶς ἐξετάραττον· ἔπειτα διὰ τῆς εὐχῆς ἀκμαιότερον ἰσχυούσης ἀοράτως ἐκεῖνοι δεχόμενοι τὰς πληγὰς δημοσιεύουσι τὰς ὀδύνας καὶ βοᾷν ἄρχονται· Κέλευσον ἡμῖν ἐξελθεῖν, ἐπειδὴ καὶ τὴν καθ' ἡμῶν ἐξουσίαν αὐτὸς εἴληφας· λίαν ἐπιβούλως τοῦτο καὶ κακοτέχνως ἐκεῖνοι· δηλώσει γὰρ τὰ ἐξῆς. Συνεὶς οὖν τὴν ἐπιβουλὴν ὁ μέγας οὔτ' ἐπεστράφη πρὸς τὸ ῥηθὲν, οὔτε μὴν ἐπετίμησεν, ἀλλ' εἰς οὐρανὸν νόμον βλέπων τῆς εὐλῆς εἴχετο καὶ οὐδὲν ἄλλο ἢ, Σῶσον τὸ σὸν πλάσμα, Χριστὲ, ἐπιπολὺ δεόμενος ἔλεγε. Καὶ οἱ μὲν αὖθις κελευσθῆναι ἠξίουν· ὁ δὲ οὐκ ἐπείθετο, ἀλλὰ κατ' αὐτῶν τὴν θείαν ἐκάλει δύναμιν, καὶ οὕτως ἠλαύνοντο, καὶ οἱ ἄνδρες ἐν ταυτῷ τῆς μάστιγος ἀπηλλάττοντο. Ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν αἰτίαν ἠρώτων οἱ τότε παρόντες, τί δή ποτε μηδὲν τοῖς δαίμοσιν ἑτοίμως ὑποχωρεῖν ὁμολογοῦσιν ἐξ ἀρχῆς ἐπέταττεν, ἐκεῖνος, Ὅτι με, φησὶ, τὴν κατ' αὐτῶν ἐξουσίαν εἰληφέναι λέγοντες οὐδὲν ἄλλο ἐποίουν ἢ κενοδοξίας βρόχοις με συλλαβεῖν ἔσπευδον. Καὶ τὰ μὲν τῶν τεσσάρων ἐκείνων ἀνδρῶν οὕτως. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ Λάζαρός τις ἀνὴρ δαιμονίου καὶ αὐτὸς

XXVIII. Oportet autem ejus quoque virtutem ostendere adversus dæmones. Attulerunt ad eum aliquando quatuor simul dæmoniacos, quos sævissimi et pessimi invaserant dæmones. Et ille quidem precari, illi autem statim cœperunt insanire. Atque primum quidem in eum loquebantur blasphema, et homines vehementer conturbabant. Deinde cum preces magis vigerent et invalescerent, illi etsi non viderentur plagas accipientes, dolores in publicum proferunt, et clamare incipiunt : Jube nos exire, quoniam in nos accepisti potestatem : insidiose quidem illi hoc et maligne : etenim ostendent hæc, quæ deinceps sequuntur. Cum itaque intellexisset insidias magnus Marcellus, neque conversus est ad id quod dictum fuerat, neque eos increpavit, sed ad cœlum solum intuens, perseverabat in oratione, et nihil aliud quam, Serva tuum figmentum, o Christe, diu rogans dicebat. Et illi quidem rursus rogabant ut juberet ; ille autem non obtemperabat, sed in eos divinam virtutem invocabat : sicque expulsi sunt, et viri simul liberati sunt a plaga. Cum autem causam rogarent, qui tunc aderant, cur dæmonibus se cessuros confitentibus ab initio nihil præcepit, ille respondit : Quoniam dicentes me in eos accepisse potestatem, non aliud agebant, quam quod vanæ gloriæ laqueis me conarentur implicare. Et illorum quidem quatuor virorum res ita se habuerunt. Paulo post au-

C

D

(1 Verba Πλὴν ἀλλὰ . . . . ῥᾳδίως non legebat interpres apud Surum.

tem Lazarus quoque quidam, qui corripiebatur furore dæmoniaco, et linguam diu ore exsertam et pendentem habebat, sicut canes, et spumam deinde exspuebat, eamdem quoque consecutus fuit curationem. Nam cum primum eum sanctus benignis vidit oculis, et precatus est ei suæ plagæ curationem, statim conspectus est sanus, et liberatus est a dæmone, qui eum occupabat. Et quid opus est illius cuncta dicere? Facilius enim est stellas numerare, aut maris fluctus metiri, aut aliquid aliud aggredi, quod fieri non potest, quam illius res omnes invenire. Verumenimvero pauca quædam de illius etiam moribus adducenda sunt in medium, ut sciamus, quod a quo hæc gerebantur, illa quoque ei omnino debebantur : et simul quæ

A μανίᾳ κάτοχος ὢν καὶ τὴν γλῶτταν ἐκπολὺ τοῦ στόματος ἴσα καὶ τοῖς κυσὶν ἐκκρεμῶν καὶ ἀφρὸν ἔπειτα παραπτύων, τῆς αὐτῆς καὶ οὗτος ἀπέλαυσε θεραπείας. Ἅμα γὰρ ὀφθαλμοῖς αὐτὸν εἶδε φιλανθρώποις ὁ ἅγιος, καὶ ἴασιν ἐπηύξατο τῆς πληγῆς, ὑγιὴς εὐθὺς ἐωρᾶτο, καὶ τοῦ συνέχοντος δαίμονος ἀπηλλάττετο. Καὶ τί δεῖ λέγειν τὰ ἐκείνου πάντας ῥᾷον γὰρ ἀστέρας ἀριθμεῖν ἢ κύματα θαλάσσης μετρεῖν ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀδυνάτων ἐπιχειρεῖν ἢ τὰ ἐκείνου πάντα πειρᾶσθαι διὰ τέλους ἐρεῖν. Πλὴν ἀλλὰ καὶ μικρά τινα πάλιν καὶ τῶν ἐκείνου τρόπων εἰς μέσον θετέον, ἵν' ἴδωμεν ὅτι ᾧ ταῦτα ἐπράττετο, κἀκεῖνα πάντως ὠφείλετο, καὶ ἅμα προϊὼν εἰς μῆκος ὁ λόγος τῷ ποικίλῳ διαφεύγοιτο πρόσκορές.

in longum producitur oratio, varietate vitabit satietatem.

XXIX. Hic magnus Marcellus cum aliis bonis quæ habebat, sanctorum quoque reliquiarum tenebatur magno et vehementi amore, eas existimans esse dona cœlestia, et revera plurimi facienda : et qui aliquid tale ad eum deferebat, appellabatur servator et benefactor, et videbatur esse missus ex ipsis cœlis. Deus itaque qui in hoc prompto et alacri animi studio ei opem ferebat, multos ex multis locis adducebat, qui hunc ejus amorem consolarentur, et dona quæ erant maxime optanda, offerebant ei tanquam amico : partim quidem ex Persis, partim autem ex Illyrico, partim ex iis quæ erant ubique regionibus. Ille vero quemadmodum cum magna sua delectatione, ita cum summo honore et reverentia ea excipiebat : simul quidem hinc ostendens suum amorem in communem Dominum, eorumque mortem laudans et beatam prædicans, et similem, si fieri potuisset, cupiens consummationem. Quale autem esset ejus desiderium sciens Deus, et volens ei gratificari, ei sæpe prius ostendit, et prius significavit, hoc aut illo die venturum aliquem, qui ei sit allaturus ea quæ desiderat. Ille vero et ipse se præparabat, et curabat ut esset totus ejus grex paratus, et ita vehementi ardentique motu cordis, et supinis, ut aiunt, manibus pretiosas suscipiebat reliquias. Verumenimvero ne hoc quidem æquum est prætermittere. Ad eum venit aliquando quispiam, et quasdam ei sacras tradidit reliquias, dicens eas esse martyris Ursicini. Ille autem magnifice quidem eas excepit, et consuetum eis festum celebravit. Cum vero staret ad preces nocturnas, talis eum subiit cogitatio, ne qui hoc donum ei attulerat, de eo esset mentitus, et non essent reliquiæ martyris Ursicini. Simul atque hæc cogitavit, quidam ex iis qui una cum eo fungebantur officio, tanquam a Deo afflatus accurrens : Ne temere, inquit, o Pater, dubites. Magni enim Ursicini hæ sunt veræ reliquiæ. Ita divina providit gratia, ut curaretur quod is animo dubitabat, ne dubitatione ejus ardor frigesceret. Atque hæc erat quidem ejus diligentia in parandis reliquiis.

B ΚΘ'. Οὗτος ὁ μέγας Μάρκελλος μετὰ τῶν ἄλλων ὧν εἶχε καλῶν καὶ περὶ τὰ τῶν ἁγίων λείψανα πολὺν ὤδινε τὸν ἔρωτα καὶ θερμὸν, δῶρα ταῦτα νομίζων οὐράνια καὶ ἀτεχνῶς ἄξια τοῦ παντὸς, καὶ ὅ γέ τι τοιοῦτον αὐτῷ κομίζων σωτὴρ ἐκαλεῖτο καὶ εὐεργέτης, καὶ ἐξ αὐτῶν ἐδόκει πεμφθῆναι τῶν οὐρανῶν. Τοιγάρτοι καὶ Θεὸς αὐτῷ τῆς προθυμίας συνεφαπτόμενος πολλοὺς πολλαχόθεν ἦγε τὸν ἔρωτα παραμυθουμένους καὶ τοῖς ποθεινοτάτοις αὐτὸν ὡς φίλον δώροις δεξιουμένους, τοῦτο μὲν ἐκ Περσῶν, τοῦτο δὲ ἐξ Ἰλλυριῶν, τοῦτο δέ καὶ ἐκ τῶν ἀπανταχοῦ. Ὁ δὲ ὡς ἂν εἴποις καὶ μεθ' ὅσης αὐτὰ τῆς ἡδονῆς, μεθ' ὅσης δὲ τῆς τιμῆς καὶ τῆς αἰδοῦς ὑπεδέχετο, ὁμοῦ μέν ἐντεῦθεν τὸ πρὸς τὸν κοινὸν Δεσπότην φίλτρον ἐπιδεικνύων, ὁμοῦ δὲ καὶ ζηλῶν αὐτοὺς τοῦ θανάτου καὶ τῆς ὁμοίας εἴ γε δυνατὸν ἐπιθυμῶν τελειώσεως. Τοῦτον αὐτοῦ τὸν πόθον εἰδὼς οἷος ἦν ὁ Θεὸς καὶ χαρίζεσθαι βουλόμενος πολλάκις αὐτῷ καὶ προδείκνυ καὶ προεσήμαινεν, ὅτι τῇσδε τῆς ἡμέρας καὶ ἀφίξεταί τις κομίζων αὐτῷ τὰ ποθούμενα. Ὁ δέ αὐτός τε παρασκευάζετο καὶ ἅπαν τὸ ὑπ' αὐτῷ ποίμνιον θεώμενος εὐπρεπὲς, οὕτω θερμῷ κινήματι τῆς καρδίας καὶ ὑπτίαις, ὃ λέγεται, ταῖς χερσὶ τὰ τίμια ὑποδέχετο. Πλὴν ἀλλ' οὐδέ τοῦτο παραλιπεῖν ἄξιον. Ἦκέ τις πρὸς αὐτόν ποτε, καὶ ἱεροῖς τισι τοῦτον ἐδεξιοῦτο λειψάνοις· ταῦτα δέ, λέγων, τοῦ θείου μάρτυρος εἶη Οὐρσικίνου. Ὁ δὲ ἐδέψετο μὲν μεγαλοπρεπῶς, καὶ τὴν εἰωθυῖαν αὐτοῖς ἑώρταζεν ἑορτήν. Περὶ δὲ τὰς νυκτερινὰς ἑστῶτα εὐχὰς τοιοῦτος αὐτὸν ὑπέκρουσε λογισμὸς, μή ὁ τὸ δῶρον τοῦτο προσενεγκὼν αὐτοῦ κατεψεύσατο, καὶ οὐ τοῦ μάρτυρος εἴη Οὐρσικίνου τὰ λείψανα. Ἅμα ταῦτα διελογίσατο, καί τις αὐτῷ τῶν συλλειτουργούντων ὥσπερ ἔνθους γινόμενος προσδραμὼν, Μὴ μάτην, ἔφη, Πάτερ, ἀμφιβάλλε· Οὐρσικίνου γὰρ ἀληθῶς ταυτί τὰ λείψανα. Οὕτως ἡ χάρις οἰκονομεῖ θεραπευθῆναι αὐτῷ τὰ κατὰ νοῦν ἐπιδοιαζόμενον ἵνα μὴ τὸ περὶ τὰ καλὰ θερμὸν αὐτοῦ καὶ διάπυρον ἀμφιβολίας τρόποις ψυχρότερον καταστῇ. Ἀλλὰ περὶ μὲν τὴν τῶν θείων λειψάνων κτῆσιν οὕτως εἶχεν ἐπιμελῶς.

XXX. Divitias autem et pecunias ita despiciebat,

Δ'. Πλούτου δὲ τοσοῦτον καὶ χρημάτων ὑπερεώρα

ὡς καὶ προλαβὼν ὁ λόγος καὶ νῦν δὲ ἔτι σαφέστατα ἀ- A ut et quæ præcessit, et quæ nunc sequitur, apertius declaratura est oratio. Nam cum Marcellus ab initio omnes reliquisset facultates, atque adeo ab ipsa etiam domo discessisset, et qui erat ei frater secundum carnem, accepisset illius hæreditatem, et paternorum omnium bonorum effectus esset dominus, et tota sua vita eis esset usus, is cum esset moriturus, relinquit Marcellum hæredem omnium suarum divitiarum. Ille autem ea, quæ sibi relicta fuerant, non solum sua non esse duxit, sed nec iis utendum sibi censuit ad commune monasterii. Illinc cum monachi peterent, ut agrum emeret, ille eis dixit se nullum nosse agrum uberiorem et fertiliorem, quam spem in Christum. De bonis ergo paternis quid statuit, et de iis quæ ad illum pertinebant, quonam modo providet? Ea consumit, of- B ferens aliis monasteriis, quæ laborabant inopia, tam vinorum quam mulierum. Et hæc quidem illis adimunt egestatem.

γνωριεῖ. Μαρκέλλου γὰρ ἐκ προσιμίων πάντα τὸν βίον ἀπολιπόντος, καὶ αὐτῆς δὲ τῆς οἰκίας ἀπαναστάντος, ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ κατὰ σάρκα τὸν ἐκείνου κλῆρον παραλαβὼν καὶ πάντων ὁμοῦ τῶν πατρῴων κατασταὶς κύριος, εἶτα καὶ διὰ πάσης ἀπολαύσας αὐτῶν τῆς ζωῆς, ἐπειδὴ θνήσκει, ἔμελλε τοῦ πλούτου παντὸς κληρονόμον καταλιμπάνειν τὸν Μάρκελλον. Ὁ δὲ οὐ μόνον ἴδια οὐκ ἔθετο τὰ καταλειφθέντα, ἀλλ' οὐδὲ πρὸς τὰ κοινὰ τῆς μονῆς ἔκρινεν αὐτοὺς χρῆσασθαι. Ἔνθεν τοι καὶ ἀγρὸν ὠνήσασθαι τοῖς μοναχοῖς αἰτουμένους οὐδένα μᾶλλον ἐκεῖνος ἔφη τῆς εἰς Χριστὸν ἐπλίδος ἀγρὸν εἰδέναι πολυφορώτερον. Τί οὖν ἔγνω περὶ τοῦ πατρῴου πλούτου, καὶ πῶς τὰ κατ' ἐκεῖνον οἰκονομεῖ; Ἑτέροις φέρων ἀναλίσκει φροντιστηρίοις ἐνδεῶς ἔχουσι καὶ ἀπορουμένοις, ὅσα τε ἐν ἀνδράσι καὶ γυναιξὶν ἦν. Καὶ ταύτῃ μὲν ἐκεί- B νοις διαλύει τὴν ἀπορίαν.

XXXI. Quæ vero fecit in magna Dei ira, in qua totam, civitatem, Constantinopolim inquam, conservavit, quis sustinuerit quidem silentio prætermittere? Quis est autem adeo tardus et hebes, qui non cupiat audire? Magno illo Leone imperii sceptra administrante, in hac civitate oritur incendium (2), et incendium eorum, de quibus ulla fit mentio, maximum et sævissimum. Cum autem jam incepisset calamitas, de ea auditionem accipit magnus Marcellus: et cum statim cœlum suspexisset, et multum lacrymasset, dividit supplicium: imo vero maximam ejus partem allevat. Nam partem quidem ignis ejus exstinguunt lacrymæ; altera vero pars relicta est Byzantinis ad disciplinam: existimatum enim fuerat fore, ut totam depasceret civitatem. Ille vero cum partem quidem repressisset, partem autem præscivisset, Hei mihi! dicit tristi voce. Dolebat enim, quod non totum cessare fecisset, sicut magnam nostrorum peccatorum multitudinem: et quod visum esset Deo, serpere ignem a mari usque ad mare, et tanquam telum, medium quidem dissecare, ab iis autem, quæ sunt ex transverso, abstinere; quod etiam factum est. Et ignis cum accepisset initium ab eo, quod dicitur Neocorium, instar cinguli totam cinxit civitatem; cessavit vero ad mare, quod est ex adverso, veluti ostendens, quod is quidem pervasisset civitatem, ad hoc autem redactus esset per Marcellum.

ΑΑ'. Τὰ δὲ περὶ τὴν μεγάλην θεομηνίαν ἐν ᾗ πόλιν ὅλην, τὴν Κωνσταντίνου λέγω, διέσωσε, τίς μὲν ἀνάσχοιτο σιωπῇ παρελθεῖν; τίς δὲ οὕτως ὀκνηρὸς ὃς οὐκ ἀκοῦσαι προθυμηθείη; Λέοντος τοῦ μεγάλου τὰ τῆς βασιλείας σκῆπτρα διέποντος ἐμπρησμὸς γίνεται κατὰ τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ἐμπρησμὸς τῶν πώποτε μνημονευομένων ὁ μέγιστός τε καὶ χαλεπώτατος. Ἤδη δὲ ἀρχὴν ἐχούσης τῆς συμφορᾶς ἀκουστὴς ὁ μέγας αὐτῆς γίνεται καὶ εἰς οὐρανοὺς εὐθὺς ἀναβλέψας καὶ δακρυσας πολὺ μερίζει τὴν τιμωρίαν, μᾶλλον δὲ τὸ πλεῖστον αὐτῆς κουφίζει. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ πυρὸς τὰ ἐκείνου σβέννουσι δάκρυα, τὸ δὲ εἰς παιδείαν ὑπελείφθη τοῖς Βυζαντίοις· ὅλην γὰρ ὑπεί- C ληπτο διανεμηθῆναι τὴν πόλιν. Ὁ δὲ τὸ μὲν στήσας, τὸ δὲ προγνοὺς, Φεῦ! ἔφη περιωδύνῳ φωνῇ· ἤλγει γὰρ μὴ τὸ πᾶν ἔπαυεν ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, καὶ δοκεῖ τῷ Θεῷ ἀπὸ θαλάττης ἑρπῦσαι τὸ πῦρ, καὶ ὥσπερ βέλος τὸ μὲν μέσον διατεμεῖν, τῶν ἐκ πλαγίου δὲ φείσασθαι, ὃ δὴ καὶ γέγονε, καὶ τὸ πῦρ ἐκ τοῦ καλουμένου Νεωρίου (*sic*) τὴν ἀρχὴν εἰληφὼς δίκην ζώνης τὴν πόλιν ὅλην διέζωσεν, εἰς δὲ τὴν ἀντικρὺ κατέπαυσε θάλασσαν ὥσπερ παραδεικνύων ὅτι αὐτὸ μὲν καθ' ὅλης ἐχώρει τῆς πόλεως, εἰς δὲ τοσοῦτον διὰ Μάρκελλον περιέστη.

XXXII. Cum duorum adhuc aut trium meminerimus, reliqua linguis aliorum, prout potuerint, dicenda relinquemus. Et primum, quam ingentes essent ei spiritus, qui in potentes quidem deprimi non poterant, in eos vero qui erant modesti ac moderati, facile inclinabantur. Iis autem, quibus flebat injuria, erat adjutor invictus. De Ardaburii et Asparis, quæ erat illo tempore, potentia, nihil est dicendum: neque de crudelitate æquali potentiæ, atque adeo majori. Hic ergo, qui erat adeo potens et crudelis, Ardaburius irascebatur cuidam

ΑΒ'. Δύο ἔτι ἢ τριῶν ἐκείνου μνησθέντες, τὰ λοιπὰ D γλώσσαις ἑτέρων ὡς δυνατὸν κἀκείνοις λέγειν τὰ περὶ αὐτοῦ καταλείψομεν. Καὶ πρῶτον οἷος ἦν τὸ φρόνημα πρὸς μὲν τοὺς δυνατοὺς ἀταπείνωτος, πρὸς δὲ τοὺς μετρίους καὶ λίαν ἐπικλινόμενος, σύμμαχός τε τοῖς ἀδικουμένοις καὶ βοηθὸς ἄμαχος. Ἀρδαβουρίου καὶ Ἄσπαρος οὐδὲν δεῖ λέγειν τὴν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ἰσχὺν, οὐδὲ τὴν ἴσην, μᾶλλον δὲ καὶ πλείω τῆς ἰσχύος ὠμότητα. Οὗτος οὖν ὁ ἰσχυρὸς οὕτω καὶ ὠμὸς Ἀρδαβούριος χαλεπαίνει τῶν ὑπὸ χεῖρα Ἰωάννῃ τοὔνομα. Ὁ δὲ πάντας τοὺς ἄλλους

(2) Anno 465. De hoc incendio Marcellin. in Chron. et Acta Danielis Stylitæ, 11 Decembr., cap. 27.

ex iis,qui erant in ejus potestate, nomine Joanni. Ille vero omnibus aliis,atque adeo ipso imperatore prætermissis, ut qui non essent satis potentes, unum novit refugium Marcelli tabernaculum; et id subit,et sub eo latet, tanquam sub aliquo tuto propugnaculo Ille autem cum rescivisset, petebat, ad ipsum mittens,hominem sibi tradi. Cum vero non obtemperaret,cœpit minari. Cum Marcellus autem minas non curaret, ei vim attulit : missisque militibus, qui et viribus valebant, et erant multi numero,jussit quærere eum qui confugerat,et si non pareret, uti armis.Atque ille quidem cum sic jussisset,eos dimisit.Illi autem profecti, et verbis, ut jussi fuerant,usi,quoniam non parebat, monasterium circumsidebant. Hæc facta sunt vespere : magnus vero Marcellus rogavit eos, an vellent manere,et se eis dixit alimenta daturum. Cum autem mansissent,suppeditavit alimenta. Et res quidem ita transiit usque ad vesperam. Cum nox autem adventasset, qui foris quidem erant, enses jam quatiebant terribiliter.Monachi autem hæc videntes et audientes,sanctum circumsistentes,pro ensibus eum verbis feriebant: Quid ergo ? dicentes, tibi omnes propter unum peribimus? Idque morte violenta et acerba? et tuis filiis erit tibi præferendus externus ? et tibi a fundamentis cum templo peribit monasterium? Non dimittes,non cito præbebis eum qui queritur, qui malis huc pervenit pedibus ? Cum sic per totam noctem eum et hostes et amici etiam acriter invaderent,tempusque frustra conterreretur,et supplex non traderetur,mane autem statuissent milites uti gladiis, et jam essent aggressuri, tunc Christi athleta suam contra objecit potentiam.Eis vero præter opinionem apparet adversaria, non phalanx quidem, sed divina quædam et cœlestis potentia, in orbem ab igne circumscripta,et arma inexpugnabilia,nempe crucis Christi imaginem in medio referens, longe magis refulgentem,quam ignis, qui erat circumcirca. Hæc ergo terribilis potentia, quæ apparuerat ex ipso fastigio monasterii, emittebat gravia tela adversus milites : quæ quidem erant ignis fulgura intolerabilia. Quibus cum non solum resistere, sed ne ea quidem contra intueri possent, gladios in terram projecerunt,et ipsi ceciderunt, et voces ad Deum placandum accommodatas,prout unusquisque poterat,emittebant.Quas cum ii qui erant intus,sensissent, canere cœperunt, et fuerunt ipsi quoque testes miraculi, quod evenerat præter opinionem. Hoc effecit, ut crudelissimus Ardaburius suorum morum oblivisceretur,et causa fuit,ut præter sententiam benignus videretur, ira sua in Joannem remissa.

XXXIII.Cum in Ardaburii inciderim mentionem, illius quoque meminero, quemadmodum vir ille divinus futurum quoque ejus vitæ exitum prædixerit. Cum se post orationem somno aliquando dedisset,ei apparet visio.Illa autem erat hujusmodi : Pugnabant inter se leo et draco.Sed draco quidem

καὶ αὐτὸν βασιλέα ὡς ἀδυνάτους παραδραμὼν μίαν εἶδε καταφυγὴν τὴν Μαρκέλλου σκηνὴν, καὶ ὑπὸ τούτῳ ὥσπερ ὑπὸ προβάλῳ δύνει καὶ κρύπτεται. Ὁ δὲ μαθὼν ἐζήτει πέμπων ἔκδοτον αὐτῷ δοθῆναι τὸν ἄλθρωπον. Ὡς δὲ οὐκ ἦν ὁ πειθόμενος, τῶν ἀπειλῶν ἤρχετο. Ὡς δὲ οὐδὲ τούτων ἐκεῖνος ἐφρόντιζεν, ἐπῆγε τὴν βίαν καὶ πέμψας ὁπλίτας ἰσχύϊ τε καρτεροὺς καὶ πλήθει πολλοὺς ἐκέλευεν οὕτω τὸν προσπεφευγότα ζητεῖν, ἀπονεύοντος δὲ καὶ τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι. Ὁ μὲν οὖν οὕτω προστάξας ἀπέπεμπεν. Οἱ δὲ ἀπελθόντες καὶ λόγοις κατὰ τὸ κελευσθὲν χρησάμενοι, ἐπεὶ μὴ ἔπειθε τὸ φροντιστήριον, οἷα δὴ πολιορκοῦντες ἐκύκλουν. Δείλης ὀψίας ἐπράττετο ταῦτα, καὶ ὁ μέγας ἠρώτα παρὼν εἴ γε δὴ παραμένειν αὐτοὶ βούλοιντο καὶ τροφὰς ἐκεῖνον παρέχειν. Ἔπει οὖν καὶ παρέμενον, ἐρχορήγει καὶ τὰς τροφάς. Καὶ τὰ μὲν ἄχρις ἑσπέρας οὕτω διῆλθε. Καὶ τῆς νυκτὸς δὲ καταλαβούσης οἱ μὲν ἔξω τυγχάνοντες ἤδη τὰ ξίφη φοβερὰ ἐπέσειον. οἱ μοναχοὶ δέ ταῦτα ὁρῶντές τε καὶ ἀκούοντες περιστάντες τὸν ἅγιον λόγοις ἀντὶ ξιφῶν ἔπληττον, Τί οὖν ; οἰχησόμεθά σοι πάντες διὰ τὸν ἕνα, λέγοντες, καὶ τοῦτα βιαίῳ θανάτῳ καὶ χαλεπῷ, καὶ προτιμητέος μᾶλλον ὁ ξένος ἔσται τῶν τέκνων τῶν σῶν, καὶ ἐκ βάθρων ἀπολεῖται σὺν αὐτῷ δὴ τῷ ἱερῷ καὶ τὸ φροντιστήριον ; Οὐ προήσῃ, οὐχὶ παρέξεις εὐχερῶς τὸν ἐπιζητούμενον, τὸν κακοῖς ἄρα ποσὶ τὰ ὧδε καταλαβόντα ; Οὕτω διὰ πάσης νυκτὸς τῶν τε πολεμίων αὐτῷ καὶ τῶν φίλων δεινῶς ἐπιτιθεμένων, ὡς μάτην ὅ τε χρόνος ἐτρίβετο καὶ ὁ ἱκέτης οὐκ ἐξεδίδοτο, ἔγνωστο δὲ τοῖς στρατιώταις περὶ τὸν ὄρθρον τοῖς ὅπλοις χρήσασθαι καὶ ἤδη καταπροσβάλλειν ἔμελλον. Τότε καὶ ὁ ἀριστεὺς τοῦ Χριστοῦ τὴν οἰκείαν ἀντιπροσῆγε δύναμιν. Ἀντίπαλος γὰρ παρὰ δόξαν αὐτοῖς ἐπιφαίνεται φάλαγξ μὲν οὔ, θεία δέ τις καὶ οὐρανία δύναμις εἰς κύκλον περιγραφεῖσα πυρὼς καὶ τὸ ἄμαρψον ὅπλον τὸν τοῦ Χριστοῦ σταυρὸν ἐν μέσῳ ἀπεικονίζουσα πολλῷ μᾶλλον ἢ τὸ τοῦ κύκλου πῦρ ἀπαστράπτοντα. Αὕτη τοιγαροῦν ἡ φοβερὰ δύναμις ἐξ αὐτῆς δὴ τῆς τοῦ φροντιστηρίου ἄκρας ἐπιφανεῖσα, δεινὰ κατὰ τῶν ὁπλιτῶν ἠφίει τὰ βέλη, ἃ δὴ καὶ ἦσαν ἀνυπόστατα τοῦ πυρὸς ἀστραπαί, αἷς μὴ ὅτι γε ἀντιτάττεσθαι, ἀλλὰ μηδὲ ἀντιβλέπειν ἔχοντας εἰς τὴν γῆν τὰ ξίφη ἐῤῥίπτουν καὶ αὐτοὶ κατέπιπτον καὶ φωνὰς πρὸς τὸ θεῖον ἱλαστηρίους, ὡς ἕκαστος εἶχεν, ἠφίεσαν, ὧν καὶ οἱ ἔνδον αἰσθόμενοι ἐξήρχοντό τε καὶ μάρτυρες καὶ αὐτοὶ τοῦ παραδόξου θαύματος ἦσαν. Τοῦτο καὶ τὸν ὠμότατον Ἀρδαβούριον ἀκλαθέσθαι τοῦ ἑαυτοῦ τρόπου πεποίηκεν, ὀφθῆναί τε παρὰ γνώμην φιλάνθρωπον παρεσκεύασεν, ἀνέντα τὴν ὀργὴν Ἰωάννῃ καὶ τὸν θυμὸν σβέσαντα.

ΑΓ'. Ἀρδαβουρίου μνησθεὶς κἀκείνου μνησθήσομαι, ὅπως ὁ θεῖος οὗτος ἀνὴρ καὶ περὶ τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ προηγόρευσεν. Ὕπνῳ ποτὲ ἑαυτὸν ἀνέντι μετὰ τὴν προσευχὴν ὄψις ἐφίσταται. Ἦν δὲ λέον καὶ δράκων ἦσαν ἀλλήλοις μαχομενοι · ἀλλ' ὁ μὲν δράκων μεγέθει μέγιστος ὢν τῷ οὐραίῳ τὸν

λέοντα κατηκίζετο, ὁ δὲ λέων ἤλγει μὲν καὶ τῇ ἀλ- A
καίᾳ πρὸς ἄμυναν διηγείρετο καὶ, τὸν δράκοντα κύ-
κλῳ περιιὼν, σκιαμαχῶν ἦν καὶ μηδὲν λυμαινόμενος,
ἕως αὐτός μὲν ταῖς πληγαῖς ἐκκαμὼν ἀδρανὴς ὅλος
ἐπὶ γῆς ἔκειτο· εἶτα μετὰ βραχὺ πάλιν ἀνακτησά-
μενος καὶ ὥσπερ ἔκ τινος ὕπνου διαναστὰς κατὰ τοῦ
δράκοντος πάνυ ῥάγδαιον καὶ μανικὸν ἤλατο καὶ δια-
φυλάξας ὅλων τῇ γαστρὶ δίδωσι. Τοῦτο Μάρκελλος ὁ
θεῖος ἰδὼν καὶ ἀκριβέστατα συμβαλὼν μετ' οὐ πολὺ
παγγενῆ προέφη Ἄσπαρά τε καὶ Ἀρδαβούριον
πανωλεθρίους τῷ βασιλεῖ δοθήσεσθαι. Ἀλλὰ ταῦτα
μὲν ὕστερον· ἃ δὲ μεταξὺ τούτων ἐπράττετο.

ΛΔ'. Πολλῶν ἄρα συμβεβηκότων αὐτοῖς τε καὶ
βασιλεῖ τῶν ἔχθρας ἐχόντων πρὸς ἀλλήλους καὶ B
ὑποψίας, δυσμένεια μὲν ἐξ ἀμφοτέρων ἐτίκτετο, καὶ
εἰς ἔργα χαλεπὰ προὐήρχοντο. Ἐπεὶ δὲ κίνδυνος μέν
ἐπήρτητο καὶ παρ' ἀλλήλων δεινὸς, ἡ νίκη δὲ οὐδ'
ὁποτέρῳ τούτων εὐχερὴς ἦν, ἐπὶ κοινὰς ἀμφω συμ-
βάσεις τρέποντσι ἐφ' ᾧ τὸν Ἄσπαρος μὲν υἱὸν, Ἀρ-
δαβουρίου δὲ ἀδελφὸν, τὴν θυγατέρα τοῦ βασιλέως
πρὸς γάμον ἀγόμενον ἀναδειχθῆναι Καίσαρα. Τοῦτο
δέ ὁ λαβὼν ἕτερός ἐστιν, ὡς ἄν εἴποι τις, ὑποβασι-
λεύς· ἀλουργίς τε γὰρ αὐτῷ κατάχρυσος καὶ τἄλλα
τῆς βασιλείας παράσημα, ὅτι μὴ μόνης τῆς χρυσῆς
στεφάνης οὐ πάντα ἐχούσης τὰ τῆς βασιλείας σύμ-
βολα. Ἔμελλεν οὖν οὗτος ταύτην τὴν ἀξίαν λαβὼν
ζῶντι μέν βασιλεῖ πάντα κοινῇ συμπράττειν, τελευ-
τήσαντος δέ πρῶτος αὐτὸς καί μόνος τὴν ἀρχὴν
λαμβάνειν, καὶ ὥσπερ ὀφειλόμενον αὐτῷ τὰ σκῆπτρα C
δέχεσθαι. Ἐτάραττε δὲ τὴν Ἐκκλησίαν τὸ πραγμα,
καί οὐ μικρῶς ἐθορύβει, εἰ πάλιν Ἀρειανὸς μέλλει
κατ' αὐτῆς εἰσπηδᾷν. Ἦν γὰρ δὴ καὶ Ἄσπαρ καὶ
παῖδες αὐτοῦ καὶ ὅλος οἶκος τὴν Ἀρείου μανίαν δια-
φερόντως ἀποδεχόμενοι. Οὕτω θορύβων ὄντες μεστοὶ
πρὸς συστάσεις ἐχώρουν κοινὰς, καί ὑπὸ ἡγεμόσι
Γενναδίῳ καί Μαρκέλλῳ ταττόμανοι τὸν Ἱππόδρομον
κατειλήφασιν εἶρξαι βασιλέα τῆς ἀτόπου ταύτης
ὁρμῆς, προθυμούμενον μέν αὐτὸν, ἄλλως δέ ἠττώμε-
νον τῶν Ἄσπαρός τε καί Ἀρδαβούρίου καιρῶν. Ὡς
οὖν οὕτως ἡ τοῦ Χριστοῦ στρατιὰ παρεσκεύαστο,
δείκνυσιν αὐτοῖς ὁ Θεὸς καί τὸν στρατηγὸν, καί ὅτι
τοσοῦτον ἦν Μαρκέλλῳ τὸ διαφέρον πρὸς τοὺς ἄλλους
ἱερέας τε καί ἀρχιερεῖς ὅσον στρατηγοῦ καί βασι-
λέως τὸ μέσον, εἰ βούλει δέ, καί στρατιώτου πρὸς
στρατηγὸν ἐναργές τοῦτο σύμβολον. Ὡς γὰρ ἐπο- D
ρεύοντο, ἐώρων ὅσοις δὴ καί τὰ τοιαῦτα ὁρᾷν ἄξιον
νεανίσκον τινὰ μεγέθει μέν μέγιστον, κάλλει δέ
ὑπερπεπεστάτῳ κομῶντα καί ἐξωσμένον ζώνῃ χρυσῇ,
λευκὸν μέν οὕτω τὴν θέαν ὡς καί χιόνος κρείττω
δοκεῖν, φλογώδη δέ οὕτως ὡς ἀπαστράπτειν καί
φῶς. Χλαῖνα δέ αὐτῷ καί χιτὼν, καί ταῦτα χιόνος
ὄντα λευκότερα. Τοῦτον οὖν ἐώρων ἐξ εὐωνύμων τῷ
μεγάλῳ συμπορευόμενον καθάπερ τινὰ ὑπασπιστὴν
καλὸν ἅμα καί φοβερὸν, καί τὴν χεῖρα οἷον ὑπέχοντα
τὸν πρεσβύτην ἀνέχειν, καί σὺν ὅσῃ τῇ αἰδοῖ θερα-

cum esset ingenti magnitudine, cauda leonem verberabat et torquebat; leo vero dolebat quidem, et ad se cauda defendendum excitabatur, et draconem obiens inaniter depugnabat, et eum nihil lædebat, quousque ipse quidem defessus plagis, humi totus jacebat afflictus et imbecillus. Deinde cum se rursus paululum recreasset, et veluti a quodam somno surrexisset, magno et vehementi impetu in draconem insiliit, eumque pronum in ventrem prostravit. Hoc cum divinus vidisset Marcellus, et accurratissime conjecisset, prædixit haud ita diu post Asparem et Ardaburium esse cum toto genere interituros ab imperatore. Sed hæc quidem postea. Quæ autem interim facta sunt, sunt hujusmodi:

XXXIV. Cum multa accidissent inter eum et imperatorem, quæ inter se invicem inimicitias alebant et suspiciones, ex utrisque quidem natum est odium; cum autem utrinque magnum a se invicem immineret periculum, neutri vero eorum facilis esset victoria, convertuntur ad communia ineunda fœdera: nempe, ut Asparis quidem filius, frater autem Ardaburii, cum duxisset uxorem filiam imperatoris, Cæsar crearetur. Hoc autem qui accepit, est alius, ut dixerit quispiam, subimperator: est enim ei et aurata purpura, et alia insignia imperii, nisi solum, quod aurea corona non habet omnia signa imperii. Is itaque accepta hac dignitate, cum vivente quidem imperatore erat omnia facturus communiter: eo autem mortuo, ipse primus et solus accepturus imperium, et tanquam debita sibi sceptra sumpturus. Ea res vere non parum conturbabat Ecclesiam, si rursus sit imperium Arianus invasurus. Aspar enim, et ejus filii, et tota domus, Arii insaniam mirandum in modum amplectebatur. Cum itaque essent pleni tumultu, communiter convenerunt, et ducibus Geladio et Marcello venerunt in Hippodromum, ut ab inhonesto et indigno hoc cœpto arcerent imperatorem: qui ipse quidem ad hoc quoque erat prompto et alacri animo, sed cedebat tempori Asparis et Ardaburii. Cum ergo sic paratus esset Christi exercitus, eis quoque Deus ostendit ducem: et tantum interesse inter Marcellum et alios sacerdotes et pontifices, quantum inter exercitus ducem et imperatorem: atque adeo, si velis, inter militem et ducem; hoc fuit evidens signum: Nam inter ambulandum videbant ii qui digni erant ea videre, juvenem quidem statura maximum, forma vero pulcherrimum, et zona cinctum aurea, aspectu quidem tam candidum, ut nivem videretur superare: tam lucidum autem, ut luce coruscaret. Lanea vero ei erat et tunica, eaque nive candidior. Eum ergo videbant a sinistris simul cum magno Marcello ambulantem, veluti quemdam satellitem, pulchrum simul et terribilem, et manum veluti supponentem, sustinuisse senem, et cum maxima reverentia non destitisse ei inservire. Cum autem ingressi essent

(3) Vide Baronium ad an. 479.

in eum locum, in quo solebat sedere imperator. Erat quidem sic quoque Marcellus omnia iis qui erant Ecclesiæ; quin etiam ipse quoque libere loquebatur ad imperatorem, et illis addebat animum, et quodammodo eos adhortabatur ad certamen pro Christo suscipiendum. Atque illi quidem cum omnia effecissent propter quæ venerant, quæ quidem erant, ut Asparis filius aut rectam disceret opinionem, aut nec dignitatem Cæsaris acciperet (hæc enim eis pollicitus est imperator), lætantes exierunt. Ille autem rursus adolescens, et altissimus, et splendidissimus, visus quidem est adhuc adesse et versari cum Marcello. Cum vero eum deduxisset usque ad portas, de cætero evanuit ex oculis. De quo nullus dubitavit ex iis qui aderant, sed evidens fuit omnibus eum fuisse Dei ministrum, virili habitu indutum, qui missus fuerat, ut esset custos et satelles Marcelli. Sed ab eo quidem fuit habitus in tanto honore. Haud ita multo post acceperunt finem ea, quæ is prædixit. Ardaburius enim simul cum patre et fratre, et aliis non paucis ex iis qui erant ejusdem sententiæ, cum ebibisset ultimam fæcem iræ Domini, raptus est ab hominibus, leoni draco, imperatori juste traditus impius.

XXXV. Unum adhuc restat convenienter meæ promissioni: quod ubi adjecero, finem imponam orationi. Lucianus quidam Constantis filius, viri qui multum poterat consilio, despectis humanis omnibus, monasterium ingressus, brevi tempore per Marcellum multos eorum qui consenuerant in exercitatione, longe a tergo reliquit: quem dicunt a nullo unquam esse visum nec irascentem, neque multa loquentem, sed neque ulli præbentem iræ occasionem. Is, quando bonus pater Marcellus excedebat, astans, et plusquam alii lacrymans, rogabat, hanc sibi dari gratiam; ea autem erat, ne eum despiceret hic solum, neque sineret eum esse ipsi longo tempore superstitem, neque enim se posse amplius recte vivere, sicut neque navem tuto navigare, quæ amisit gubernatorem. Et ille quidem hæc: Marcellus vero cum vidit eum magna affectum tristitia: Esto, inquit, bono animo: nam cum ego excessero, tu quoque consequeris, et insistes vestigiis ejus, quem desideras. Cum sic dixisset, paulo post finem accepit quod dictum fuerat. Nam cum ille decessum ægre ferret, et totus deinceps quinque dies et noctes ad fossam magni Marcelli mansisset, post illum mori, vitam, sine eo autem superstitem, mortem acerbam existimans, ad eum in somnis venit magnus Marcellus, conversum ad sepulcrum, et: Cur, inquit, te afflictas et quereris de tarditate, et non credis? Ego Deum pro te precatus, effeci id quod tibi expedit, et statim ad me venies. Fuit ita; et tertio post die e vita excedit Lucianus, cum solos octo dies fuisset magno Marcello superstes.

XXXVI. Quam multa Marcelli, quæ sunt hujusmodi, alia quidem majora, alia autem non omnino inferiora? quot linguæ suffecerint ad narrandum, et quot libri ad ea quæ scriberentur, suscipienda?

πεύοντα μὴ ἀφίστασθαι. Ἐπεὶ δὲ καὶ εἴσω γίνοιντο ἔνθα δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς εἰώθει καθίζεσθαι, ἦν μὲν καὶ οὕτω Μάρκελλος τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τὰ πάντα γινόμενος. Πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν κρατοῦντα πολλὰ παρρησιαζόμενος κἀκείνους ἐπιθαρσύνων καὶ οἷον πρὸς τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ ἀγῶνα ἐγκελευόμενος, οἱ μὲν δὴ καταπραξάμενοι πάντα δ' ἃ καὶ ἦκασιν, ἅτινα ἦν τὸν Ἄσπαρος υἱὸν ἢ τὴν ὀρθὴν μεταθεῖναι δόξαν, ἢ μηδὲ τὴν ἀξίαν λαβεῖν Καίσαρος (ταῦτα γὰρ ὁ κρατῶν αὐτοῖς ἐπηγγείλατο), ἐξῆεσαν χαίροντες. Κἀκεῖνος πάλιν ὁ νεανίας ὁ ὑψηλότατος καὶ εὐπρεπέστατος καὶ λαμπρότατος θεαθεὶς, παρὼν μὲν καὶ ἔτι καὶ τῷ Μαρκέλλῳ συνὼν ἐωρᾶτο καί τι προσομιλῶν· ἄχρι δὲ τῶν πυλῶν αὐτὸν παραπέμψας τὸ λοιπὸν ἀθέατος ἦν, οὐδενὶ τῶν παρόντων ἀμφισβητήσιμος, ἀλλὰ πᾶσι δῆλος γινόμενος ὅτι Θεοῦ λειτουργὸς ὢν, σχῆμά τε ἀνδρὸς ὑπελθὼν, φύλαξ ἐπέμφθη καὶ δορυφόρος Μαρκέλλῳ. Ἀλλὰ τοῦτο μέν οὕτος διαφερόντως τετίμητο. Μετ' οὐ πολὺ δέ καὶ ἃ προεῖπε τὸ τέλος ἐδέχετο. Ἀρδαβούριος γὰρ πατρί τε ἅμα καὶ ἀδελφῷ καὶ ἄλλοις οὐκ ὀλίγοις τῶν ὁμοδόξων τραγίαν τῆς ὀργῆς ἐκπεπωκὼς ἐξ ἀνθρώπων ἀνήρπαστο, τῇ λέοντι ὁ δράκων, τῇ βασιλεῖ ὁ δυσσεβὴς δικαίως παραδοθείς.

ΛΕ'. Ἔν ἔτι λείπεται κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν, ὅπερ ἄρτι προσθεὶς τέλος ἐπιθήσω τῷ λόγῳ. Λουκιανός τις Κώνσταντος υἱὸς ἀνδρὸς μέγα ἐν τῇ βουλῇ δυνηθέντος, οὗτος τῶν ἀνθρωπίνων πάντων ὑπεριδὼν καὶ τὰ τῶν μοναχῶν ὑπελθὼν, ἐν χρόνῳ βραχεῖ διὰ Μαρκέλλου πολλοὺς καὶ τῶν ἐν ἀσκήσει γεγηρακότων ὀπίσω τέθεικεν, ὃν φασιν ὑπὸ μηδενὸς ὀφθῆναι μηδέποτε μήτ' ὀργιζόμενον μήτε πολλὰ φθεγγόμενον, ἀλλὰ μὴν μηδέ ἄλλῳ ἀφορμὴν ὀργῆς παρεχόμενον. Οὗτος οὖν, ἡνίκα ὁ χρηστὸς αὐτῷ Πατὴρ ἐξεδήμει Μάρκελλος, παραστὰς πλέον τῶν ἄλλων δεδακρυμένος ἠξίου καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν ἐσχάτην δοθῆναι χάριν· ἡ δέ ἦν μὴ περιιδεῖν αὐτὸν ἐνταῦθα μόνον μηδὲ καταλιπεῖν πολὺν ἐπιβιῶναι χρόνον· μηδὲ γὰρ δύνασθαι ζῆν ἔτι καλῶς, ὥσπερ οὐδὲ ναῦν ἀσφαλῶς πλεῖν τὸν κυβερνήτην ἀποβαλοῦσαν. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα, ὁ δέ ὡς λίαν αὐτὸν ἑώρα περιαλγῆ, Θάρσει, ἔφη· ἐμοῦ γὰρ ἀπελθόντος καὶ αὐτὸς ἀκολουθῶν ἕσῃ καὶ κατὰ πόδας ἀφίξῃ τοῦ ποθουμένου. Οὕτως εἰπόντος πέρας μετὰ μικρὸν ἐδέχετο τὸ ῥηθέν. Ὡς γὰρ ἐκεῖνος λίαν βαρέως τὴν τελευτὴν ἔφερε καὶ ὅλων ἓξ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν πέντε παρὰ τὸν τοῦ μεγάλου τάφον διέμεινε, τὸ ἐπ' ἐκείνῳ θανεῖν ζῆν, τὸ δέ χωρὶς αὐτοῦ περιεῖναι πικρὸν ἡγούμενος θάνατον, ἐφίσταται ὁ μέγας αὐτῷ πρὸς ὕπνον ἐπὶ τῷ τάφῳ τραπέντι, καί· Ἰνατί, φησὶ, δυσχεραίνεις, καὶ μέμφῃ βραδυτῆτι, καὶ ἀπιστεῖς; Ἐγώ σου τοῦ Θεοῦ δεηθεὶς τὸ πρᾶγμα ἐν τῷ λυσιτελεῖ τέθεικα, καὶ ἥξεις ὅσον οὐκ ἤδη πρός με. Γέγονε ταῦτα, καὶ εἰς τρίτην ὁ Λουκιανὸς ἀπολείπει τὸν βίον, ὅλας ὀκτὼ μόνας ἐπιζήσας τῷ μεγάλῳ ἡμέρας.

ΛΣ'. Πόσα ταιαῦτα Μαρκέλλου, τὰ μέν κρείττω, τὰ δέ πάντως οὐχ ἧττω; Πόσαι ἂν ἀρκέσωσι γλῶσσαι, πόσαι δέ χεῖρες, πόσαι δέ βίβλοι πρὸς τὴν τῶν γραφομένων ὑποδοχὴν, ὅσα καὶ ὑπὲρ ἑξήκοντα τὴν

ἄσκησιν παρατείνας ἔτη ἐν συνεχεῖ ἐνήργει τὰ θαύ- A
ματα ; Τίνος μὲν ἐκεῖνος οὐκ ἐν ἀγῶσι καρτερὸς, τίνος δὲ οὐ πρὸς ἀγῶνας ὠφελιμώτερος ; Καὶ τίνος οὐκ ἦν τοῖς σφαλλομένοις ἐπιεικέστερος, καὶ περὶ τὴν θεραπείαν ἐπιμελέστερος ; Τίς οὕτω τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἐκδικητὴς, τοῖς ἀδικοῦσι δὲ μὴ συγχωρεῖν ἀδικεῖν ὅλως, ἀλλὰ καὶ ἀντιπράττων καὶ μὴ τοῖς ἐκείνων εὐδοκῶν θελήμασιν ; Οὕτος ἐν παντὶ τῷ βίῳ τὴν μὲν ὅλην νύκτα σχεδὸν καὶ τῆς ἡμέρας τὸ πλεῖστον ᾠδαῖς τε καὶ εὐχαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τοῦ Θεοῦ λειτουργίαις ἐδίδου, τὸ δὲ λοιπὸν τρισὶ τούτοις ἐμέριζε, Καὶ πρῶτον μὲν αὐτῷ προσῄεσαν οἱ τοῖς λογισμοῖς διοχλούμενοι, οἷς δήπου καὶ τὸ ἁρμόδιον ἑκάστου προσῆγε φάρμακον, τὰ μὲν αὐτῷ τῆς θείας Γραφῆς, τὰ δὲ καὶ τῆς ἐκ πείρας χορηγούσης συνέσεως. Μετ' ἐκείνους τῶν ἀδικουμένων ἦν ἡ προσ- B
έλευσις. Ἐπιστείλας δὲ καὶ ὑπὲρ αὐτῶν ἄρχουσι, δικάζουσιν, αὐτοῖς ἐκείνοις ἀδικοῦσιν, εἰ χρεία ἦν καὶ τῷ βασιλεῖ κἀκείνῳ γὰρ αἰδέσιμος ἦν, καὶ πειθομένῳ ἐχρῆτο πρὸς ὅπερ ἂν ὁ μέγας ἠβούλετο)· εἶτα καὶ πρὸς τοὺς νοσοῦντας ἐτρέπετο καὶ πάντας περιερχόμενος τά τε πρὸς τὴν ἀναγκαίαν χρείαν καὶ τὰ πρὸς θεραπείαν ἐπῆγε τῷ σώματι. Οὕτως οὐδὲν ὅλως τῷ Μαρκέλλῳ ἀπῆν ὧν τοῖς ὑμνουμένοις τῶν πάλαι παρῆν. Ἀλλ' ἦν αὐτῷ προφητῶν μὲν ἡ τοῦ πάντα προρᾷν χάρις, πατριαρχῶν δὲ ἡ τοῦ πάντα θαρρεῖν πίστις, Μωσέως μὲν ἡ πραότης, Ἰησοῦ (*sic*) δὲ ὁ ζῆλος καὶ ἡ δικαία κατὰ τῶν ἀνθρώπων ἀδικούντων ὀργὴ, τῶν δὲ μαθητῶν Πέτρου μὲν ἡ θερμότης, Ἰωάννου δὲ ἡ θεολόγος γλῶσσα καὶ ἡ μετὰ C
παρθενίας τῶν ῥημάτων βροντὴ, καὶ Παύλου ἡ ἀκάθεκτος περὶ τὸ δόγμα, σπουδὴ, καὶ ἡ διὰ τῆς καὶ θαλάττης διαδρομὴ τοῦ κηρύγματος. Πάντων δὲ ἅμα ἡ τῶν θαυμάτων πηγὴ καὶ τὸ τούτοις ἀεὶ ῥεῖν κατὰ τοὺς ἀεννάους τῶν ποταμῶν.

Qui cum exercitationem ultra sexaginta annos produxerit, miracula assidue faciebat. Quo non fuit quidem ille in certaminibus fortior ? Quo non autem ad certamina utilior ? et quo non fuit in eos qui labebantur, mitior, et in præstando officio diligentior? Quis sic defendit eos,qui afficiebantur injuria? iis autem, qui injuriam faciebant, omnino non permittens, sed resistens, et eorum voluntati minime assentiens ? Sic in tota vita, totam quidem noctem, diei vero plurimum, dabat canticis et precibus et aliis Dei ministeriis, reliquum autem his tribus dispertiebat. Et primi quidem ad eum accedebant, qui vexabantur cogitationibus : quibus dabat unicuique medicamentum conveniens, ei partim quidem divina Scriptura ea suppeditante, partim autem prudentia et experientia. Post illos accedebant, qui erant affecti injuria. Cum vero pro eis litteras scripsisset ad præsides, judices,ad illos ipsos,qui faciebant injuriam, et si opus erat, etiam ad ipsum imperatorem (nam illi quoque erat reverendus, et obtemperabat ad id, quod magnus volebat Marcellus), convertebat deinde ad ægrotantes, et omnes obiens, eis exhibebat quæ eis erant necessaria ad alimentum,et ad curandum corpus. Sic nihil omnino aberat Marcello, quod aderat iis qui olim laudabantur.Sed erat ei prophetarum quidem gratia omnia prævidendi:patriarcharum autem fides, quæ efficiebat, ut fidenti esset animo in omnibus : Moysis quidem mansuetudo, Josue autem zelus, et justa ira adversus eos, qui faciunt injuriam : discipulorum vero, Petri quidem ardor : Joannis autem lingua theologica,et quod cum virginitate est verborum tonitru ; et Pauli vehemens in dogmate studium, et per terram et mare prædicationis disseminatio. Omnium vero simul fons miraculorum, et quod ea semper fluerent, non secus ac perennes fluvii.

ΑΖ'. Τούτου, εἰ καὶ μόνα τὰ περὶ τὴν τελευτὴν ἦν, πόσης ἂν εὐχῆς ἔργον ἄξιον ἦν ; Ὅσοις μὲν τὰς ἔχθρας διήλλαξεν. ὅσοις δὲ τὰς ἀμφισβητήσεις διέλυσεν, ὅσα δὲ καίτοι τὰ ἔσχατα πνέων ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας τὰ ἀγαθὰ διεπράξατο ; Ὅτε οὖν καὶ τῶν σαρκίνων δεσμῶν διαλυομένων τῷ ποθουμένῳ ἔμελλε προσεγγίζειν καὶ τοῦ πρώτου κάλλους πρώτας καὶ τὰς ἐλλάμψεις δέχεσθαι, παρῆσαν αὐτῷ συχνοὶ μὲν καὶ τῶν ἄλλων μοναστῶν, πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἱερωμένων, οὐκ ὀλίγοι δὲ καὶ τῶν πλούτῳ καὶ δόξῃ τῇ κατὰ κόσμον περιφανῶν, οἷς καὶ πολλὰ περί τε ψυχῆς καὶ σώματος καὶ τῆς ἐκεῖθεν ζωῆς φιλοσοφήσας τε καὶ διαλεξάμενος καὶ πᾶσι κατὰ τὸ προσῆκον ἑκάστῳ καὶ τῆς ἡλικίας παραινέσας καὶ τῆς ἀξίας, εἶτα καὶ ἐπευξάμενος καὶ τελευταῖον εἰπὼν ὑπνῶσαι βραχὺ βούλεσθαι καὶ ὑποχωρῆσαι τούτους παρασκευάσας, οὕτω τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἀφῆκε ψυχὴν, ἧς τὸ καθαρὸν σῶμα καὶ τίμιον χερσὶν ὁσίαις περισταλὲν ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος ναὸς ὑποδέξεται, ὃν αὐτὸς ἐκ βάθρων ἱδρύσατο, καὶ ἱερὸν οὕτως φροντιστήριον συνεστήσατο, εἰς δόξαν Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

XXVII. Hujus vel solum dicere decessum, quam fuerit optandum! Quam multorum reconciliavit inimicitias ? Quam multorum composuit controversias ! Quam multa bona uno die fecit in extremo spiritu? Quando certe ei carnis dissolvebantur vincula,et ei quem desiderabat,erat appropinquaturus,et primæ pulchritudinis primas suscepturus illuminationes ; aderant autem multi ex iis qui se in pietate exercebant, et multi monachi, et multi ex iis qui erant consecrati : non pauci vero ex iis qui mundanis opibus et gloria erant insignes. Cum quibus postquam multum est philosophatus D
et locutus de anima et corpore, et de ea quæ est illic victa, et unumquemque est adhortatus,prout conveniebat uniuscujusque ætati et dignitati, et deinde est etiam precatus, et postremo dixit se velle parum dormitare, et eos jussit secedere, sacram illam sic emisit animam : cujus mundum corpus et venerandum, sanctis manibus compositum,sacrum illud templum suscipit, quod ipse excitavit a fundamentis, et vere sacrum constituit monasterium, ad gloriam Patris, Filii, et Spiritus sancti, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

MARTYRIUM

SANCTÆ MARTYRIS ANYSIÆ

QUÆ EST THESSALONICÆ.

(Latine ap. Surium ad diem 50 Decembris ; Græce non exstat in mss. Paris.)

I. Tempore tyranni Maximiani, puella quædam nomine Anysia, nobili loco nata Thessalonicæ, alebatur apud divites et fideles parentes, erudita in timore Domini, magis virtutibus quam ætate proficiens. Et primum quidem parentes eam magis dogmatibus pietatis nutrivere, quam lacte. Postquam autem ætatem transiit puellarem, videreturque puellæ gravitas et decus majus quam sperassent, eam solidioribus disciplinis erudiebant. Illa vero cum, ut quæ bono esset ingenio prædita, facile apprehenderet, fructus dignos disciplinæ actione proferebat: cumque vere cœlestes et angelicos plane haberet spiritus, insignis pulchritudo micabat ex oculis. Magna autem ex parte domi latebat. De juventute vero sæpissime conquerebatur, dicens : O insidiosam ætatem, quæ aut lædit, aut læditur. Pulchra res est senectus. Hei mihi ! longitudo temporis me mœstitia afficit, quæ tandiu separat a cœlestibus. Et ut semel dicam, nunquam intermittebat Christum vocare ad suum auxilium, et genua flectens, solum aspergebat lacrymis.

II. Interea autem cum parentes decessissent, accepta hæreditate, cogitabat, quomodo uteretur iis, quas habebat, divitiis. Erant vero congesti maximi auri et argenti thesauri, amplæ possessiones, multi pecorum greges, servorum et ancillarum multitudo innumerabilis, vestis sumptuosa et magnifica, et ex auro contexta, et serica, mundus aureus, exornatus omni genere gemmarum, magnitudine resplendens et pulchritudine. Hæc videns sanctissima Anysia, dicebat : Quomodo salvæ esse poterimus in tantis terrenis copiis? Quomodo caput draconis exuemus? Age adversus ipsum utar ejus inventione. Ille quotannis se exuens, renovatur ; exuamus ergo nos quoque varias divitias. Eæ enim divitiæ magis puniunt eos qui illis male utuntur ; eos, qui ipsas accumulaverunt, multant rabie immedicabili: parcos autem et illiberales suis laqueis et retibus implicant. Agrorum possessio suggerit indignationem, et infidam vectigalium exactionem, proferens trutinas falsas et falsa pondera. Vestes docent se perperam et nequiter gerere, resolvique et diffundi deliciis. Torques et monilia efficiunt, ut cervix superbe erigatur, et ut quæ laudibus trahitur, videri desideres. Age ergo piis pie utamur, beato Matthæo parentes. Dominatum in eas obtineamus secundum naturam, priusquam eæ dominentur nobis præter naturam ; efficiar vere domina, eas sancte administrans simul et declinans ea quæ ex eis oriuntur, vitia, et custodiam excogitans tutissimam, in viduarum, orphanorum et mendicorum ventrem tanquam thesaurum eas recondens. Idoneus fidejussor, Dominus universorum, non ad duplum usque solummodo augebit sortem, sed ad centuplum usque cum vita æterna mihi fœnus adjiciet. Pie consumamus, tuto enim recipiemus. Venumdatis omnibus crucem acquiramus, Christum expediti sequamur, ipsam terram statim cum terra relinquamus, cœlos cum angelis habitemus. Fugiamus periculosam vitam, et probris plenam : et desideramus certamen, quod superat rationem. Cum iis quæ non patiuntur interitum, permutemus ea, in quæ cadit interitus. Maxime venerandæ sunt nuptiæ, quæ corruptionem nequaquam conciliant : permaneamus integræ, ei qui formavit, purum figmentum conservemus, a reprehensione alienum Christi custodiamus signaculum. Agnoscat Dominus sigilla virginitatis, clausum inveniat hortum, cum accesserit. Præbeamus fontis fluenta minime perturbata. Nunc cum sunt nundinæ, negociemur. Persecutio et afflictio mihi gloriam concilient. Præsides et supplicia in paradisi delicias, custodia et flagella in Christi nuptialem thalamum introducant. Non solum sunt virorum coronæ, sed etiam mulierum.

III. Et hæc dicens, orabat cum lacrymis : Domine, Jesu Christe, lux vera, fons immortalitatis, radix incorruptionis, qui mysterium virginitatis in utero concepisti, qui matris nomen nulla labe inquinatum custodiisti, bone Domine, præsta ne virginum chorum deseram, ne excludar thalamo, sed me refer in numerum virginum prudentum, et dignare me, Domine, ut lampadem ferens, victis, quæ inquinari nequeunt, certaminibus glorificer. Hæc cum dixisset sanctissima Anysia, statim omnia venumdedit, non tanti quanti erat unumquodque, nec ut solet fieri in contractibus, exquisite examinans: sed hoc solum dicebat emptori : Est mendicorum et egenorum; da justum pretium, ut simul quoque aliquam tibi offeras mercedem emens, et effectus justus dominus. Hæc autem dicebat, non quod vellet multiplicatum accipere pretium, sed in hoc quoque habens zelum pietatis, et ei qui emebat, mer-

eadem consilians. Non enim tantam curam gerebat venditionis, quantum curabat, ut recte et ex virtute nil possideret. Cumque omnia in aurum redegisset, illa ea per se dabat, non solum præbens, sed alia etiam officia adhibens, in omnem custodiam ingrediens, et quemlibet qui in vinculis erat damnatus, consolans, ejus qui tortus fuerat, vibices infusionibus curans et unctionibus, quemlibet ægrotantem et in lecto decumbentem invisens, et ejus curam gerens : compita et vicos obiens, et iis qui in eis jacebant, manum præbens, dicebat : Ne deliciæ sint mihi divitiæ, quæ non aquæ quidem gutta digne habentur in tempore judicii. Non sationis laborem, sed messis divitias, visione apprehendebat. Et cum ad obolum usque omnia distribuisset, et nihil sibi reliquisset, se in quadam continebat domuncula, quæ superius habebat tabulatum, operans manibus, et quo opus habebat, sibi alimentum suppeditans, convenienter sententiæ beati Pauli apostoli, qui dicebat: « Otiosus autem non manducet [1]. » Christiano vero germanum, et quod impediri non potest, nutrimentum, sit labor suarum manuum.

IV. Hæc cum dixisset, precibus deinceps vacabat et orationi, jejunium quasi carnis quodammodo expers producens. Deinde validissimæ se assuefaciens exercitationi, diem quidem consumebat in lectionibus, noctem autem in psalmis et precibus; pro lecto, solo, pro veste stragula, storea et sacco utens; brevissimo somno contenta, a phantasia libero et insomniis. Dicebat enim : Malum est mihi, dormire, cum meus inimicus vigilat. Plures vero fundebat lacrymas, quam erat potus quem bibebat; et gemitus ac suspiria erant plura, quam verba. Vincta autem erat tanto Domini desiderio, ut existimaret ipsa dum genu flecteret, et in nudam terram figeret oculos, se pedes tenere Servatoris; et genibus labra admovens, illius genua osculari, et capillos pandens, se pulverem qui inerat, excutere. Horum vero cogitatio ei fontes movebat lacrymarum. Tanto autem studio contendebat ad Christum, ut vellet resolvi, et esse cum Domino. Quoniam autem nolebat seipsam occidere, et rursus properabat ad cœlestia, quid facit? Jejunio corpus paulatim consumebat, multum de vita suffurans abstinentia.

V. Manu autem pectus pulsans orabat, dicens : Domine Deus omnipotens, Pater unigeniti tui Filii Jesu Christi, Domini et Dei et Servatoris nostri, qui sedes in throno gloriæ, cui assistunt mille millia angelorum ministrantium, et decies mille millia servientium tuo nutui, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates : quem laudant Cherubim, et glorificant Seraphim, ter sanctum hymnum sine fine dicentes; qui spiritus, qui non obedierunt, in tartari profundum condemnasti; qui draconem qui defecit, alligasti catenis, qui proprio suo reti eum implicasti, qui ejus sedem in terram dejecisti, qui a cœlestibus mysteriis eum exterminasti, qui a beata vita eum alienasti, qui insolentem ejus exsultationem depressisti et abjecisti, qui de ejus pompa per ignominiam crucis triumphasti, qui ex impolluto tuo sinu Deum Verbum, qui est ante sæcula, et Servator animarum nostrarum, ex Spiritu sancto et Maria Virgine natum, ad nos misisti : qui id quod errabat, per ipsum convertisti, et quod erat imbecillum, confirmasti, et quod contritum, curasti : te invoco ego humilis et peccatrix ancilla tua ex toto corde meo, qui novisti quæ erant in corde uniuscujusque : qui ignem, qui jactus erat in mundum ab unigenito tuo Filio, et in corde meo accendisti ; qui fidei, quæ in me est, scintillam in lampadem ejus, quæ est erga te, dilectionis mutasti ; adsis mihi indignæ, et serva me, quoniam te desidero, et te quæro, et te sequor totis meis viribus. Domine, suscipe precationem meam, quam offero tibi corde contrito et spiritu humili, propter quam, o Domine Jesu Christe, fuisti in crucem actus, propter quam colaphis cæsus, propter quam acetum et fel bibisti, et tertio die surrexisti, et in cœlos ascendisti, et sedisti a dextris Patris. Ne me dedecore affeceris, ne me a tuarum ancillarum numero rejeceris, sed dignare me fieri perfectam Christianam, et consummari in signaculo sanctæ crucis tuæ ; imperti me tua passione, voluntatem tuam in me operans, ut digna reddar, quæ appaream ante tuum tribunal. Tu me tuam conserva : « confige a timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui. Averte oculos meos, ne videant vanitatem [2], sed potius eos aperi, rogo te, et considerabo mirabilia de lege tua [3]. In te projecta sum ab utero matris meæ. Tu es Deus meus; pater meus et mater mea dereliquerunt me. Tu suscepisti me, Domine. Dirige gressus meos, ne dedecore afficiar ancilla tua : sed fac mecum signum in bonum, et imple desiderium meum [4] : quoniam ante te est omne desiderium meum, et gemitus meus non est a te absconditus [5]. » Adjuva me, et non inveniatur macula in ancilla tua. Tibi enim meipsam offero per aram confessionis humilitatis meæ, tanquam in holocaustis arietum et taurorum, nempe eorum qui prius decertarunt propter nomen tuum, et in denis millibus agnorum pinguium, qui secuti sunt agnum tuum immaculatum : per quem tibi, et cum quo tibi, cum Spiritu sancto, gloria et honor et potentia in sæcula sæculorum. Amen.

VI. Postquam autem precata esset, surrexit, et totum corpus suum cruce signavit. Hæc videns maculosus draco, non tulit puellæ angelicam et cœlestem vitam, videns eam jam spiritu in cœlis habitantem, et ad passionem martyrii toto animo accensam; sed in eam stridebat dentibus, et ejus cellam movere assidue cogitabat, et ut eam everteret, furebat ; sed videns eam signo crucis undique munitam, plagis quæ sub obtutum non cadebant, pulsatus, re-

[1] II Thess. III, 10. [2] Psal. CXVIII, 37. [3] Psal. XXV, 7. [4] Psal. CXIII, 133. [5] Psal. XXXVIII, 10.

fugiebat, eique et torporis et desidiæ morbum immittebat. Illa autem intensa et perpetua oratione, perinde ac sepia palæstræ, ejus statim infringebat insidias. Rursus vero dicebat veritatis inimicus : Heu quid mihi accidit infelici ? Qui angelos e superis detraxi, et gigantes subjeci, nunc illudor a pueris et puellis. Morte enim tanquam vita lætantes, et per ipsam coronati currentes ad cœlos, de cætero mihi fecerunt mundum inhabitabilem. Me consolabatur sanguis martyrum, qui interimebantur, sed fides eorum decertationis, et eorum quæ geruntur prædicatio, transmutavit integras civitates et gentes. Templa diruuntur, conticescunt oracula, abolita sunt mysteria, torpescunt mystæ, qui prius exsultabant : ad meum, ut videtur, exitium crucem fixerunt. Jam mihi præsagit animus futurum, ut regia mea plane dissolvatur. Nam qui sunt in tormentis hilares, et in sepulcris terribiles, urunt, flagellant, et me undique persequuntur, et quod a me fuerat excogitatum, evasit accessio majoris supplicii. Inveni tamen quid agam. Protinus ergo tale quid in eam excogitat, existimans se sua invidia ac malignitate, ejus, quæ extollebatur, gloriam obscuraturum : ut cum essent viles et abjectæ personæ, quæ eam interimerent, vilem quoque et abjectam videretur efficere ejus decertationem, et quod nec scriptis mandata essent, et carcerent forma judiciorum, oblitterarentur etiam tropæa encomiorum. Non intelligens malignus, apud Deum magis esse bono proposito, quam verbis, atque adeo in eam incitat eos, qui tunc rerum potiebantur.

VII. Maximianus itaque, cum magnam occidisset multitudinem, per se quidem interficiendo satiatus, et non secus atque immanes feræ, quæ homines devorant, præ carnium multitudine nauseans et caligans, speciem parcentis præ se tulit, dicens indignos esse Christianos, qui occidantur ante oculos imperatoris. Cur enim præbeam occasionem, ut scriptis mandentur eorum supplicia, et eorum instruam scriptores, qui ea ad perpetuam transmittunt memoriam, et eos qui eodem morbo laborant, ad eamdem fidem deducam ? Cur non instar pecudum eos trado iis qui debent occidere, simul et sceleratos diisque inimicos exterminans, et efficiens, ut mortis eorum memoria mandetur silentio ? Hæc cum dixisset, proponit edicta, quæ jubebant, ut liceret volenti sine periculo occidere quemlibet Christianum. Occidebantur itaque innumerabiles, et propheticum implebatur elogium, quod dicit: « Propter te morte afficimur toto die ; reputati sumus tanquam oves occisionis [6]. » Tunc autem cogitatio venit in mentem Anysiæ, ut iret ad Dominum. Id autem arat angelus, qui eam vocabat ad passionem martyrii.

VIII. Cumque ingrederetur portam Casandrioticam, excitatus est tumultus in populo. Deinde cum eam vidisset quidam ex satellitibus imperatoris, et esset ab ejus sauciatus pulchritudine, vel ab ipso potius diabolo incitatus, ei factus obviam, Sta, inquit, et dic, quo vadis. Illa autem videns ejus insolentiam et immoderationem, et mente agitans tentationem, digito fecit in fronte signum crucis. Ille vero plane fera, et quavis fera sævior, non reveritus est generosum et decorum silentium, sed se contumelia affectum et despectum arbitratus, cum eum apprehendisset, cum voce aspera eam agrestius interrogabat, quænam esset, et quo proficisceretur. Agna autem Christi, volens non solitum devitare conspectum, voluit eum brevi responso superare : Sum Christi ancilla, et vado ad Dominicum. Ille autem insolens impulsus ab eo qui in ipso habitabat, dæmone, dixit : Sed non sinam te illuc proficisci, sed te abducam ad diis libandum. Solem enim hodie colimus : et simul hoc dicens, velum traxit, volens ejus vultum detegere. Illa autem generose et fortiter resistens, et in ejus faciem inspirans, dixit : Increpabit te Christus Jesus, diabole. Ille vero illa sufflatione et nomine Christi motus ad iram, quæ cohiberi non poterat, stricto quem ferebat gladio, ejus latus eo transadegit. Quæ statim cum tremore et palpitatione membrorum in terram cadens, eam sancto sanguine reddidit purpuream. Quotquot autem astabant, eam circumdantes, primum quidem eam deplorabant, miserti ejus ætatis, et, tale quid posse accidere, cogitantes. Deinde apud se murmurabant, imperatorem et impium ejus decretum vituperantes. Venerandas autem et sanctas sanctæ reliquias, qui harum rerum studio tenebantur, viri pii Christiani, et qui in sanctos zelo erant incitati, cum sustulissent, et justa eis, ut par erat, fecissent, deposuerunt circiter duobus stadiis a porta Casandriotica, a sinistra viæ publicæ domum oratoriam ei ædificantes.

Hæc autem sustinuit sancta, imperante Maximiano, in nos vero regnante in infinita sæcula Christo Jesu, Domino nostro, cum quo Patri cum sancto Spiritu honor et potentia, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

[6] Psal. XLIII, 22.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΗΣ ΟΣΙΑΣ

ΜΕΛΑΝΗΣ ΤΗΣ ΡΩΜΑΙΑΣ.

—

VITA ET CONVERSATIO

SANCTÆ MELANÆ ROMANÆ.

(Latine apud Surium ad diem 31 Dec. ; Græce ex cod. ms. 1553, seculi XIV.)

—

Α'. Ἦν ἄρα καὶ τοῦτο τῆς μεγίστης τῶν πάλαι καὶ περιφανεστάτης ἐν πόλεσι Ῥώμης μὴ μόνον τῷ κάλλει κοιμᾶν μηδὲ τῇ θέσει νικᾶν, μηδὲ τροπαίοις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι σεμνύνεσθαι, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τοῖς γε δὴ ὑπὲρ Χριστοῦ ἀνδρισαμένοις ἐγκαλλωπίζεσθαι, ὅσον ἐν ἀνδράσι καὶ ὅσον ἐν γυναιξί, καὶ ταύταις μᾶλλον ὅσῳ καὶ κατ' ἄνδρας ἰσχυρῶς ἠγωνίσαντο, καὶ τοῖς ἄλλοις παράδειγμα βίου πρὸς ἀρετὴν ἑαυτὰς κατεστήσαντο· ὧν μία τίς ἐστι καὶ ἡ μακαρία Μελάνη, ἣν ὁ λόγος ὑπόθεσιν ἀρτι προεστήσατο καὶ τὰ ἐκείνης λέγειν ἀπ' ἀρχῆς ὥρμηται. Ἦνεγκε μὲν γὰρ αὐτὴν ἡ οὕτω καλλίστη καὶ ὀνομαστὴ Ῥώμη, γένος δὲ ταύτης καὶ τοῦτο περιφανέστατον. Πρῶτοι γὰρ ἐτύγχανον οἱ γονεῖς αὐτῆς τῆς Ῥωμαίων βουλῆς. Ἔφυ δὲ ἐξ ἀγαθῶν ἀγαθή· εὐσεβεῖς μὲν γὰρ κἀκεῖνοι καὶ ἀρετῆς ἐρασταί.

I. Fuit ergo hoc quoque earum quæ olim fuerunt civitatum maximæ et clarissimæ Romæ, non solum efferri pulchritudine, neque situ vincere, neque tropæis et aliis omnibus gloriari, sed multo magis sibi placere, et se magnificare propter eos, qui pro Christo se fortiter gesserunt, tam viros quam mulieres, et has magis, quod non secus ac viri fortiter decertarunt, et se vitæ exemplum ad virtutem aliis constituerunt. Ex quibus una fuit beata Melana, quam sibi nunc argumentum proposuit oratio, et aggressa est res illius dicere ab initio. Eam enim tulit celeberrima et clarissima Roma. Fuit autem ejus quoque genus clarissimum. Erant enim ejus parentes primi senatus Romanorum. Orta est autem bona ex bonis. Nam erant illi quoque pii et virtutum amatores.

Β'. Ἤδη δὲ ὥραν ἄγουσαν γάμου σωφροσύνης ἐπιθυμία αὐτὴν τῆς καθ' ἡλικίαν ὁρμῆς ἐκράτει, καὶ τοὺς τεκόντας ἠξίου μήποτε αὐτὴν εἰς ὁμιλίαν ἀνδρὸς ἀγαγεῖν, ἀλλ' ὥσπερ τὸ εἶναι, οὕτως αὐτῇ καὶ τὸ παρθένον μεῖναι χαρίσασθαι. Οἱ δὲ ἐπὶ μόνῃ ταύτῃ τὸν βίον σκλεύοντες καὶ τοῦ γένους διάδοχον ἐξ αὐτῆς ἔχειν ἐλπίζοντες ἔτος ἤδη τεσσαρεσκαιδέκατον ἄγουσαν καὶ ἄκουσαν ἀνδρὶ ἐκδιδοῦσιν. Ἦν δὲ καὶ ὁ νυμφίος ἄρα τό τε γένος καὶ τὴν ἡλικίαν καὶ τἄλλα πάντα τῇ Μελάνῃ παράμιλλος, γενονὼς μὲν ἐξ ὑπάτων, ἄρτι δὲ τὸν ἔφηβον παραλλάττων· Ἀπεινιανὸς τῷ νυμφίῳ τὸ ὄνομα, ἔτος ἐγγιστά που ἄγων ἑπτακαιδέκατον. Οὕτω τῶν γάμων αὐτοῖς τελεσθέντων ἡ θαυμαστὴ Μελάνη καὶ μετὰ τοὺς γάμους δεινῶς ἔτι μᾶλλον ἦρα τῆς σωφροσύνης, καὶ σφοδρῶς αὐτὴν ὁ τῆς ἁγνείας ἔρως πυρπολῶν οὐκ ἀνίει, πολλὴ δὲ ἦν καὶ τὸν ἄνδρα ταῦτα παραινοῦσα τοῖς λόγοις· καὶ ἐπειδὴ μὴ ἤρκουν οἱ λόγοι καὶ δάκρυα συνεπράττοντο εἰς πειθώ, τοιαῦτα λέγουσιν· Εἰ μὲν, ὦ φίλτατε ἄνερ, τὰ αὐτὰ καὶ σοὶ σινδοκεῖ, καὶ ἄμφω κατὰ τὸν τῆς σωφροσύνης νόμον οἰκήσομεν, μακάριοι τῶν γάμων ἡμεῖς, ἀμφω τε καὶ δι' ἀλλήλων σωζόμενοι καὶ προφασιν ἀλλήλοις τῆς καλλίστης ὁδοῦ γινόμενοι· εἰ δὲ σὲ τὸ νέον τῆς ἡλικίας

II. Cum ergo jam esset nubilis, desiderium continentiæ vicit ejus, quæ ex ætate erat, appetitionem, et rogavit parentes, ne unquam eam jungerent matrimonio, sed sicut ei, ut esset, ita etiam ut virgo maneret, concederent. Illi autem cum propter hanc solam hujus vitæ agitarentur fluctibus, ei parantes divitias, et sperantes se successorem generis ex ea habituros, quartum decimum annum jam agentem vel invitam collocant in matrimonio. Erat vero ejus sponsus, et genere, et ætate et aliis omnibus cum Melana conferendus : natus quidem ex consulibus, et modo excedens ex ephebis. Sponsi autem nomen erat Apenianus, agens annum circiter decimum septimum. His autem sic celebratis nuptiis, admirabilis Melana etiam post nuptias adhuc vehementius amabat continentiam, et amor castitatis non intermittebat eam acrius urere : multis vero verbis maritum suum ad hoc exhortabatur, et cum verba non sufficerent, ei quoque ad persuasionem opem ferebant lacrymæ, hæc dicenti : Si quidem, o marite charissime, eadem tibi quoque videntur, et ambo habitabimus convenienter legi continentiæ, beati nos erimus propter nuptias, et ambo per nos invicem salvi erimus, et

erimus alter alteri viæ pulcherrimæ occasio. Sin autem juventus et ætas propensior ad voluptates non permittit ut hoc feras, at tu me sinas, et ne cœptum meum et institutum prohibeas : mei autem corporis et meæ libertatis merces erunt omnes possessiones, omnes famuli, et vestes, et domus, et quæcunque alia sunt in meis facultatibus. His omnibus tibi cedo, dummodo meipsam redimam. Ille vero neque universum concedens, neque ejus totam aversans voluntatem: Nunc quidem, o uxor, inquit, non possunt hæc fieri: postquam autem generis et facultatum habuerimus successorem, nec ego bono tuo instituto deero. Grave enim esset, si in divino desiderio vir feminæ cedere conspicerer. Sed tunc ambo hanc viam eligentes, non secus ac in matrimonio, ita in vita ex Deo agenda inter nos conspirabimus.

A ταῦτα μὴ φέρειν ἐᾷ, σὺ γοῦν ἀλλ' ἐμὲ ἔασον, καὶ μὴ κώλυε τοῦ ἐπιχειρήματος. Μισθὸς δὲ σοὶ τοῦ ἐμοῦ σώματος καί τῆς ἐλευθερίας πάντα μὲν χρήματα, πάντα δὲ κτήματα, πάντες δὲ οἰκέται καὶ ἐσθὴς καὶ οἶκοι καὶ τἄλλα ὅσα τῆς ὑπάρξεώς ἐστι τῆς ἐμῆς. Τούτων σοι πάντων παραχωρῶ, μόνον εἰ ἐμαυτὴν ὠνήσομαι. Ὁ δὲ μήτε τὸ πᾶν διδοὺς μήτε τὸ ὅλον τοῦ βουλήματος ἀποτρέπων, Νῦν μέν, ἔλεγεν, ὦ γύναι, ταῦτα οὐ δυνατά· ἐπειδ' ἂν δὲ καὶ διαδόχως τοῦ γένους; καὶ τῆς οὐσίας κτησώμεθα, οὐδὲ ἐγώ σου τῆς ἀγαθῆς γνώμης ἀπολαιγθήσομαι· χαλεπὸν γὰρ, εἰ ἀνὴρ γυναικὸς ἐλάττων τῆς περὶ Θεὸν ἐπιθυμίας ὀφθήσομαι· ἀλλ' ἄμφω τότε τὴν ὁδὸν ταύτην ἐλόμενοι, ὁμοίως ὥσπερ νῷ γάμῳ, οὕτω κἀν τῇ κατὰ Θεὸν διαγωγῇ ἀλλήλοις εἰσπνεύσομεν.

B

III. Aquiescunt ambo ei, quod dictum fuerat. Procedente autem tempore, nascitur eis puella. Ea cum primum lucem aspexit, castitatis Soli fuit consecrata, Melana offerente primitias Domino, qui ipsam dederat : ut sic vel consuetudinem habens matrimonii videretur plurimum tribuere virginitati. Deinceps vero seipsam contrabens, moderate et temperanter vivebat. Non vestem gestabat splendidam, non corpus suum fovebat lavacris : et si quando a marito aut a parentibus cogeretur, ibat quidem ad balneum, cum autem vultum solum lavacris abluisset, ut eorum qui jubebant voluntati satisfaceret, non sinebat reliquum corpus calidis foveri. Ut vero deinceps lateret, emebat auro ancillis persuasis. Cum autem multa etiam fecisset, ut viro persuaderet, ut esset ejusdem instituti, ubi non vidit eum obtemperare, sed cupere etiam fieri parentem aliorum liberorum, de fuga cogitat, et statuit ipsum maritum et patrem, quin etiam suas quoque facultates relinquere. Sed cum quidam viri boni et virtutis amantes sentientes, id prohiberent, dicentes illud Apostolicum, « Quid enim scis, mulier, an virum tuum salvum facies [1] ? » mansit quidem, ægre ferens eam, qua tenebatur, necessitatem: cilicium autem intra sumptuosam et splendidam vestem, tanquam præludium exercitationis, perpetuo ferebat, quando cum marito non habebat consuetudinem. Cum vero omnium falleret oculos, suam amitam latere non potuit. Sed ipsa quidem cum cognovisset, eam increpabat, et indumentum irridebat. Ea vero nihil ægre ferens ipsius asperitatem, hoc gravius ferebat, quod non posset omnes latere. Quocirca multis lacrymis et precibus, ut res taceatur, impetrat.

Γ'. Στέργουσιν ἀμφότεροι τῷ λεχθέντι· τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, καὶ παιδίον αὐτοῖς τίκτεται θῆλυ. Τοῦτο ἅμα τε τὸ φῶς εἶδε, καὶ ἅμα τῷ τῆς ἁγνείας Ἡλίῳ καθιερώθη, τῆς Μελάνης ἀπαρχὴν αὐτὴν τῷ ὄντι Κυρίῳ προσαγαγούσης, ἵν' οὕτω καὶ γάμῳ προσομελοῦσα τῇ παρθενίᾳ φανείη τὸ πλέον νέμουσα, καὶ τὸ ἐξῆς συστέλλασα ἑαυτὴν σωφρονικῶς ἦν βιοτεύουσα. Οὐχ ἱσμάτιον ἐκείνην ἐκόσμει λαμπρόν· οὐκ ἐτεράπευε τὸ σῶμα λουτρόν. Κἂν εἴποτε δὲ παρὰ τοῦ ἀνδρὸς ἢ τῶν τεκόντων ἐκβιασθείη, ἀπῄει μὲν εἰς βαλανεῖον, τὰ δὲ πρόσωπα μόνον τοῖς λουτροῖς ἀπονιψαμένη ὅσον τὸ θέλημα τῶν προτρεψαμένων ἀφοσιώσασθαι, τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς ἐκ τῶν θερμῶν ἀπολαύειν οὐκ ἠνείχετο θεραπείας· τὸ δὲ ταῦτα λαθεῖν χρήματιν ὠνεῖτο τὰς θεραπαίνας πείθουσα. Πολλὰ δὲ καὶ πρὸς τὸ πεῖσαι τὸν ἄνδρα τοῦ ἴσου γενέσθαι σκοποῦ δράσασα, ἐπεὶ οὐχ ἑώρα πεισόμενον, ἀλλὰ καί ἑτέρων ὀφθῆναι πατέρα παίδων ἐπιθυμοῦντα, δρασμὸν ἐννοεῖ, καὶ αὐτὸν ἄνδρα καὶ πατέρα, ἀλλὰ καὶ τὴν οὐσίαν ἀπολιπεῖν. Ἐπεὶ δὲ τῶν φιλαρέτων τινὲς αἰσθόμενοι διεκώλυον, τὸ ἀκοστολικὸν ἐκεῖνο φάμενοι, « Τι γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις ; » ἔμενε μὲν καὶ πρὸς τὴν ἀνάγκην ἣ κατείχετο ἤρχετο· τρύχινον δέ τι ῥάκος εἴσω τῆς πολυτελοῦς ἐσθῆτος οἱονεὶ προγύμνασμα τῆς ἀσκήσεως, ὅτε μὴ συνῆν τῷ ἀνδρὶ, διετέλει φοροῦσα. Τοὺς δὲ πάντων ὀφθαλμοὺς κλέπτουσα, τὴν θείαν γοῦν αὐτῆς οὐκ ἔλαθε νεν. ἀλλ' αὐτὴ μὲν γνοῦσα ἐπετίμα ταύτῃ καὶ ἔτκωπτε τοῦ ἐνδύματος, τὴν δὲ μηδὲν ὑπὸ τῆς αὐτοῦ τραχύτητος ἀχθομένην τοῦτο καὶ μᾶλλον ἐβάρυνε, τὸ μὴ δυνηθῆναι πάντας λαθεῖν. Διὸ καὶ πολλοῖς δάκρυσί τε καὶ παρακλήσεσι τὴν σιωπὴν τοῦ πράγματος ἀσφαλίζεται.

C

D

IV. Erat autem ei maxime in votis mundo abrumpi, et ut vult Deus, philosophari. Unde etiam cum uterum ferret, et ei secundo jam partus appeteret, celebrabatur quidem festum gloriosi martyris Laurentii : illa vero pernoctabat insomnis,

Δ'. Ἦν δὲ ἄρα τι καὶ εὐχῆς ἔργον αὐτῇ κόσμου ῥαγῆναι καὶ φιλοσοφῆσαι κατα Θεὸν, ὅθεν καὶ κυούσης ἤδη τὸ δεύτερον καὶ πρὸς τὸ τεκεῖν γενομένης, ἑορτὴ μὲν ἦγετο τοῦ λαμπροῦ ἐν μάρτυσι Λαυρεντίου· ἡ δὲ ἄυπνος διενύχευε γόνυ κλίνουσα, ψαλ-

[1] I Cor. vii, 16.

μοὺς ᾤδουσα, κρείττων καὶ τῶν ὠδίνων καὶ τῆς φύ- A genu flectens, psalmos canens, dolores et naturam
σεως εἶναι βιαζομένη. Ὁ ὄρθρος ἔληγεν· ἡ δὲ τῶν superare contendens. Desierat matutinum, illa au-
εὐχῶν οὐκ ἐπαύετο, ἀλλὰ καὶ οὕτως ἑαυτὴν κατα- tem non cessabat a precibus. Sed sic quoque
τείνουσά χαλεπωτέρων ὠδινῶν πειρᾶται, καὶ βιαίως seipsam intendens, dolores sentiebat graviores, et
μὲν, τίκτει δ' οὖν ὅμως. Τὸ μὲν οὖν τεχθὲν (ἄῤῥεν violenter quidem, parit tamen. Atque quod natum
δὲ ἦν), ὁμοῦ τε ἐτέχθη, καὶ ἱερῶς ἀναγεννηθὲν τῷ quidem fuerat, erat masculinum; simul atque autem
βαπτίσματι τοῦ ἐνταῦθα κόσμου λύεται, καὶ πρὸς natum et sancto baptismo fuit regeneratum, ab
τὸν ἐκεῖ παραπέμπεται· ἐκείνην δὲ καὶ μετὰ τὸν hoc mundo discedens, ad eum, qui illic est, trans-
τόκον ἔστρεφον αἱ ὠδῖνες, καὶ τὸ ὁριμὺ τῆς ὀδύνης mittitur. Illam vero etiam post partum vexabant
τὸν θάνατον ὑπῆγεν. Ἐπιστὰς οὖν ὁ ἀνὴρ καὶ τὸ dolores, et acerbus cruciatus mortem accelerabat.
δεινὸν θεασάμενος, συγχυθεὶς μικροῦ μὲν καὶ τὴν Astans autem maritus, cum asperam et gravem vi-
ψυχὴν ἀφῆκεν· ἀναλαβὼν δὲ ἑαυτὸν ἀποτρέχει πρὸς disset perpessionem, conturbatus prope emisit
τὸ θυσιαστήριον, καὶ κύκλῳ τοῦτο περιερχόμενος, animam. Cum se autem collegisset ac recreasset,
δάκρυα τῶν ὀφθαλμῶν ἔῤῥει, φωνὰς ὠφίει, καὶ ὡς currit ad aram, et eam in orbem ambiens, lacry-
ὀξυτάτην παρεῖναι τὴν ἄνωθεν ἐκάλει βοήθειαν. mas profundebat ex oculis, voces emittebat mise-
Ἡ δὲ τοῦτον ἐκεῖνον εἶναι νομίσασα τὸν καιρὸν ὃς B rabiles, et ut quam citissimum a superis adveniret
τῇ ἐπιθυμίᾳ ταύτης ἐπιθήσει τὸ τέλος, τῷ ἀνδρὶ ἔτι invocabat auxilium. Illa vero arbitrata hoc esse
τῷ ἱερῷ προσεδρεύοντι διαγγέλλων φράζει, ἢ μὲν illud tempus, quod finem imponet ejus desiderio,
αὐτῷ τε καὶ ἑαυτῇ ζήσεσθαι, εἰ ὅρκια καὶ συνθῆκαι viro qui adhuc assidebat in templo, per nuntium
πρὸς Θεὸν γένοιντο ἐν σωφροσύνῃ τοῦ λοιποῦ ζῆν significat, et ipsum, et se adhuc esse victuram, si
ἀμφοτέρους, καὶ μὴ κατὰ βίον, ἀλλὰ κατὰ Θεὸν detur jusjurandum, et pacta conventa ineantur,
μᾶλλον βιοῦντας διατελεῖν. Πείθεται ὁ ἀνὴρ τοῖς τῆς utrosque de cætero victuros esse in continentia, et
γυναικὸς καὶ ῥήμασι καὶ θελήμασι, καὶ τῇν ἀπολο- non quam mundus, sed quam vult Deus, vitam
γίαν, ὅτι πέπεισται, δίδωσιν· ὅπερ ἐκείνη μαθοῦσα esse perpetuo acturos. Paret vir uxoris verbis et
τὸ μὲν σῶμα ῥᾷων, τὴν δὲ ψυχὴν ἡδίων εὐθὺς γίνε- voluntati, et respondet id sibi esse persuasum.
ται, εἴτε τῇ χαρᾷ τῆς νόσου παραχωρούσης εἴτε Quod quidem cum illa rescivisset, corpore quidem
καὶ τῆς ἄνω χειρὸς τῷ σκοπῷ ταύτης συναιρομέ- se habet melius, animo autem protinus evadit læ-
νης. tior, seu morbo locum dante lætitiæ, seu etiam
manu superna ejus adjuvante scopum et insti-
tutum.

Ε'. Ἐπει οὖν καιροῦ καὶ ἀκφορμῆς ἥπτετο, τὸν C V. Cum ergo nacta esset tempus et occasionem,
μὲν ἄλλον τοῦ σώματος ἀπετίθετο κόσμον, λιτῶς τε deposuit quidem alium ornatum corporis, tenui-
καὶ ἀφελῶς ζῆν ἑλομένη καὶ ὅλην ἑαυτὴν πρὸς τὸν ter et simpliciter vivere constituens, et totam se
ἔσω τῆς ψυχῆς κόσμον τρέψασα· ἐν τυσούτῳ δὲ καὶ convertens ad internum ornatum animæ. Interim
τὸ τῆς παρθενίας αὐτῆς ἔρνος, ἡ τῷ Θεῷ ἱεραθεῖσα autem pulchrum quoque ejus germen virginitatis,
θυγάτηρ, τὸν ἐνταῦθα βίον ἀπολιποῦσα πρὸς τὸν quæ Deo fuerat consecrata, filia, migrans ex hac
ἐργαστὴν Θεὸν μετατίθεται. Ταύτης ὁ θάνατος βελ- vita, vadit ad Deum suum amatorem. Ejus mors
τίοι τὸν ἄνδρα τὰ ἴσα τε φρονεῖν καὶ τὴν αὐτὴν meliorem mentem dat viro, ut idem quod ipsa
ὁδεύειν τῇ Μελάνῃ παρασκευάζει. Ὑποθέντες οὖν sentiat, et efficit, ut eadem via ingrediatur, qua
ἀμφότεροι ἑαυτοὺς τῳ τοῦ κατὰ Θεὸν βίου ζυγῷ, προ- Melana. Cum ambo ergo se subjunxissent jugo vitæ
θύμως εἶλκον τὴν ἀρετὴν ἀλλήλοις διαμιλλώμενοι. ex Deo ducendæ, id prompto et alacri animo tra-
Ἐκείνοις μὲν οὖν ἡ φρεντὶς ἦν τέλεον ῥαγῆναι hebant, inter se virtute decertantes. Atque illis
κόσμου παντὸς, καὶ Θεῷ ἑαυτοὺς ἀναθεῖναι καὶ βίῳ quidem curæ erat ab universo mundo omnino se-
καὶ σχήματι τὰ τῶν μοναχῶν ἑλομένους· τοὺς δὲ parari, et se Deo dedicare: et cum vita et habitu
γονέων μὴ ἐφιέντων, ἐκεῖνοι φυγῇ κλέψαι τὴν ἀνα- monasticam elegissent constitutionem, parentes
χώρησιν ἐμελέτων. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν τέως ἡ ἄνωθεν autem non permitterent, illi meditabantur se fuga
εἶργει χείρ· εὐφροσύνη δὲ θεία τὴν λύπην αὐτοῖς D subducere; sed hoc quidem tunc manus prohibet
διαλύει. Ταῦτα γὰρ διασκοπουμένοις νυκτὸς ἐπιγενο- superna, divina autem lætitia eis mœrorem excutit.
μένης, εὐωδία τις αὐτοὺς ἄῤῥητος καὶ οὐράνιος καὶ Dum de his enim consultarent, sequente nocte
οἷα μηδενὶ ληπτὴ ἄνωθεν κατελάμβανεν, ἐξαίσιόν suavis quidam odor et plane cœlestis, et qui neque
τινα πνοὴν ἡδονῆς προβάλλουσα καὶ τὴν ψυχὴν verbis exprimi, neque mente cogitari potest, ad
ἀλύουσαν καὶ συστελλομένην εἰς χαρὰν εὐθὺς διά- eos venit a superis, qui admirabilem quemdam
χέουσα. Τοιαύτης χάριτος τὰς ψυχὰς πλησθέντες voluptatis spiritum eis attulit, et qui tristitia affi-
ἔμενον οὕτω χαλινὰ πάντα τῆς ζωῆς τῷ Θεῷ ἐπιτρέ- ciebatur et contrahebatur, animum protinus dif-
ψαντες ὁποίαν αὐτὸς ἄγει καὶ ὅπως ἄγεσθαι. Μετὰ fudit ad lætitiam. Cum tali gratia impleti fuissent
μικρὸν οὖν ἐκείνου νεύσαντος μεθίσταται μὲν αὐτοῖς eorum animi, manebant sic, omnia vitæ suæ
ὁ τῆς Μελάνης πατήρ· οἱ δὲ ἐκποδὼν τοῦ κωλύοντος frena Deo permittentes, ut ducerentur quo et
γενομένου, ὅτε δὴ τῷ Θεῷ ἐδόκει, καὶ ὁ καιρὸς quomodo vellet. Cum ille ergo paulo post annuis-
ἐκάλει, εὐθέως μεν τῆς μεγαλης ἐξέρχονται πόλεως set, eis quidem e vivis excedit Melanæ pater. Il-

autem, cum amotus esset is, qui prohibebat, quando Deo visum esset et tempus vocabat, statim quidem exeunt e magna civitate, urbanam multitudinem et tumultus valere jubentes : eos vero excipiunt suburbana commoda ad philosophandum, et arta ad quietem. Eis autem, quando hanc angelicam inceperunt vitæ formam, ætas erat, Apeniano quidem quatuor et viginti annorum : Melanæ autem viginti, quo tempore vel maxima solet rabie agitari adolescentia.

VI. Illa vero et omni utens cautione, se valde gerebat philosophice, et in his erat marito non injucunda adjutrix. Quin etiam si videbat juvenem ab accurata et perfecta vitæ forma declinantem, eum sapienter corrigebat, et ad pietatem dirigebat, Nam illi quidem nihil tantæ erat curæ, quantæ nihil ea curare, quæ ad corpus pertinebant : imo vero et cibo et veste et omni ratione flammam juventutis exstinguere. Cum illum autem videret amictus ornatum et vestium pulchritudinem adhuc amplecti, non cessabat partim quidem admonere, partim vero scite quoque et apte irridere, donec effecit, ut in his se gereret philosophice. Et alioqui conjugi dux erat Melana ad pietatem, cum Eva, quod ad illum attinebat, pugnans ex diametro. Eos enim, qui ægrotabant, adire et invisere, et curationem adhibere, et peregrinantes hospites mensa accipere, et viatico eos donare, a Melana docebatur maritus. Quæ quidem ambo similiter faciebant, et obibant ut communes servatores et benefactores, custodias, loca relegatis constituta, carceres et ergastula : eos quidem, qui propter inopiam detinebantur, solventes : qui autem propter aliquam aliam retinebantur calamitatem, eos et reipsa et verbis consolantes. Via autem procedentes, reliquas quoque facultates vendere incipient, alios quidem ex pauperibus facientes divites, sibi vero nihil aliud consecrantes, quam nihil habere, et solum sperare in Dominum.

VIII. Qui autem benefactis semper insidiatur, et adversus quemlibet, qui boni aliquid facit, bellum suscipit ab initio, non sinebat quiescere, sed gravem quidem adversus eam machinam Apeniani fratrem admovet Severum, per quem existimabat sese solide eorum mentis turrim esse labefactaturum. Apenianum autem fuisse Melanæ maritum, superius declaravit oratio. Hic ergo Severus improba mente ementiebatur naturam : et cum esset frater, factis erat inimicus. Cum enim Apenianus una cum Melana ad vitam ex Deo agendam esset traductus, Severus insano dæmonis instinctu inspiratus, aggressus est fratrem molestia afficere, agros avellens, fructus abripiens, omnibus modis insultans et vim afferens. Postquam vero eos vidit omnia malle amittere, quam præceptum Domini despicere, quo cavetur oportere eum ferre, qui acceperit injuriam, tunc ille vi majore eos aggrediebatur. Nam cum ex Apeniani servis improbissimos dolose subornasset et corruptisset, alios quidem promissis, alios vero pecuniis, iis persuadet,

A ἀστικὴν πολυοχλίαν καὶ θορύβους ἀποποιούμενοι· προάστεια δὲ αὐτοὺς ὑποδέχεται χρηστά τε ἐμφιλοσοφῆσαι καὶ πρὸς ἡσυχίαν ἐπιτηδείως ἔχοντα. Ἡλικία δὲ τούτοις, ὅτε τοῖς τῆς ἰσαγγέλου ταύτης ἀπήρχοντο πολιτείας, ὁ μὲν τεττάρων ἐτέλει καὶ εἴκοσι, τῇ δὲ τὸ εἰκοστὸν ἡνύετο ἔτος, ὅτε δὴ καὶ μάλιστα νεότης οἵδε λυττᾷν.

Ϛ'. Ἡ δὲ καὶ πάσῃ φυλακῇ χρωμένη λίαν τε αὐτὴν φιλοσόφως ἦγε, καί τῷ ἀνδρὶ τά γε τοιαῦτα βοηθὸς ὄντως οὐκ ἄχαρις ἦν· ἀλλ' εἴ τί που καὶ τὸν νέον ἑώρα παρεκκλίνοντα τῆς ἀκριβείας, σοφῶς ἐπηνώρθου, καὶ πνὸς τὸ εὐσεβὲς ἴθυνε. Τῇ μὲν γὰρ οὐδὲν οὕτως ἔμελεν ὡς τὸ μηδενὸς αὐτῇ τῶν περὶ τὸ σῶμα μέλειν, μᾶλλον δέ ὡς τὸ καὶ τροφῇ καὶ B στολῇ καὶ πλάσει, νεότητος φλόγα σβεννύειν· τὸν δέ ὁρῶσα ἔτι κόσμου περιβολῆς καὶ ἱματίων κάλλους μεταποιούμενον, οὐκ ἐπαύετο τοῦτο μέν παραινοῦσα, τοῦτο δέ καὶ ἐμμελῶς σκώπτουσα ἕως ἀμελεῖν τῶν τοιούτων καὶ φιλοσόφως ἔχειν καὶ περὶ αὐτὰ παρεσκεύαζεν. Καὶ ἄλλως δὲ ὁδηγὸς ἦν ἡ Μελάνη πρὸς θεοσέβειαν τῷ συζύγῳ ἐκ διαμέτρου τε τῇ Εὔᾳ πρὸς ἐκεῖνον διακειμένη· τὸ γὰρ νοσοῦντας περιιέναι καὶ ὡς ἐγγωροῦν θεραπεύειν τοὺς ἐπιδημοῦντάς τε τῶν ξένων, τραπέζης ἀξιοῦν καὶ ἐφοδίοις δωρεῖσθαι, Μελάνης πρὸς τὸν ἄνδρα διδασκαλία, ἅπερ ἀμφοτέρω τε ὁμοίως ἐπράττετο, καὶ περιῄεσαν κοινοὶ σωτῆρές καὶ εὐεργέται φυλακὰς, ὑπερορίας, μέταλλα, τοὺς μέν δι' ἀπορίαν κατεχομένους χρήμασιν ἀπολύοντες, τοῖς δέ συμφορᾷ τινι ἑτέρᾳ συνεχομένοις C ἱκανὴν παράκλησιν, τὰ αὐτὰ καὶ τοὺς λόγους προσφέροντες, ὁδῷ δέ πρωϊόντες καὶ τὰ ἐπίλοιπα τῆς οὐσίας διαπολεῖν ἄρχονται, τοὺς μέν ἄλλους ἐξ ἀπόρων εὐπόρους ποιοῦντες, ἑαυτοῖς δέ συντηροῦντες οὐδέν ἄλλο ἢ τὸ μηδέν ἔχειν καὶ τὸ μόνως ἐλπίζειν ἐπὶ τὸν Κύριον.

Ζ'. Ὁ δέ τοῖς καλοῖς τῶν ἔργων ἐφεδρεύων ἀεὶ καὶ πόλεμον κατὰ παντὸς τοῦ τὸ ἀγαθὸν ποιοῦντος ἐξ ἀρχῆς ἀρέμενος ἠρεμεῖν οὐκ εἴα, ἀλλὰ δεινὸν μέν αὐτοῖς μηχάνημα τὸν ἀδελκὸν Ἀπενιανοῦ Σευῆρον προσάγει, δι' οὗ καὶ ᾧενο τὸν τῆς στερρᾶς αὐτῶν γνώμης κατασεῖσαι πύργον. Ἀπενιανὸν δέ ἄνδρα εἶναι Μελάνης ὁ λόγος φθάσας ἐγνώρισεν. Οὗτος οὖν ὁ Σευῆρος διεψεύδετο τὴν φῦσιν τῇ γνώμῃ, καὶ ὁ ἀδελφὸς τοῖς ἔργοις ἐχθρὸς ἦν. Ἀπενιανοῦ γὰρ ἤδη D σύναμα Μελάνῃ πρὸς τὸν κατὰ Θεὸν βίον μεταθεμένου, ὁ Σευῆρος, ἄρτι παρὰ τοῦ δαίμονος μανικώτερον ἐμπνευσθεὶς λυπεῖν ἐπεχείρει τὸν ἀδελφὸν, ἀγροὺς ὑποσπῶν, καρποὺς συλῶν, παντὶ τρόπῳ ἐπεμβαίνων καὶ βιαζόμενος. Ἐπεὶ δὲ πάντᾳ μᾶλλον ἑώρα προαιρουμένους ἀποβαλεῖν ἢ τὴν ἐντολὴν παριδεῖν τὸ δεῖν ἀδικούμενον φέρειν, ἐνταῦθά τι καὶ βιαιότερον ἐκεῖνος ἐπεχείρει. Τῶν γὰρ οἰκετῶν Ἀπενιανοῦ τοὺς πονηροτάνους ὑπελθὼν ὑπούλως καὶ διαφθείρας, τοὺς μὲν ὑποσχέσεσι, τοὺς δὲ χρήμασι πείθει κατεξαναστῆναι τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ τούτου μὲν ἀποστῆναι, οὐ μόνον δέ σφᾶς ἑαυτοὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀγροὺς ἐν

οἷς ἥκουν Σευήρου καὶ εἶναι λέγειν καὶ ὀνομάζειν. Ἀλλὰ κενοῖς ὄντως ὁ μάταιος ἐπεχείρει. Οἱ μὲν γὰρ, καίτοι τοιαῦτα πάσχοντες ὑφ' οὗ ἥκιστα ἄν τις καὶ προσεδόκησε, ταῦτα μὲν ἀλύπως ἔφερον, μᾶλλον δέ τι καὶ ἔχαίρον· οὐδὲ γὰρ φαῦλον αὐτοῖς ἐδόκει διαμιλλᾶσθαι ταῖς συμφοραῖς πρὸς Ἰώβ· ἠνία δὲ μόνον τοὺς γενναίους τὸ τῶν χρημάτων οὕτω παρειρομένων μικρὰ ῥεῖν τῆς εὐποιΐας τὸ ῥεῦμα τοῦ πλούτου καθάπερ τινὸς ποταμοῦ ἑτέρωθι μετοχετευθέντος.

A ut contra fratrem suum insurgant, et ab eo quidem deficiant: non solum autem seipsos, sed eos quoque agros, in quibus habitabant, Severi esse diceret, et eos ejus nominarent. Sed stolidus plane aggressus est inania. Nam illi quidem etsi talia paterentur ab eo, a quo quis minime exspectasset, ea quidem toleranter et sedate ferebant, imo vero gaudebant potius. Non enim eis leve videbatur cum Job contendere rebus adversis et calamitatibus, generosos autem illos hoc solum male habebat, quod eum auferrentur opes, parum flueret fluentum beneficentiæ, divitiis non secus atque aliquo fluento alio derivatis.

Η'. Οὐδὲ εὐσεβεστάτη βασίλισσα Βερίνα τῶν τοιούτων ἀνήκοος ἐγεγόνει, ἀλλὰ ταύτην μὲν καὶ πρὸ πολλοῦ κατεῖχεν ἡ φήμη τῆς τούτων φιλοσοφίας, καὶ πολλοῦ ἦν αὐτῇ ἄξιον, ἰδεῖν τε ἐκείνους καὶ λεγόντων ἀκοῦσαι, καὶ πολλαῖς παρεκλήσεσι μετεπέμπετο τὴν Μελάνην. Τότε δὲ καὶ τοῦ καιροῦ τὴν ἀφορμὴν διδόντος σπουδῇ ἐκάλει. Ἡ δὲ ἦει. Ἀλλ' ὅσα καὶ τὰ πρὸ τῆς ὁμιλίας, ὀλίγα τούτων ἀκοῦσαι βέλτιον. Ἦν ἄρα νενομισμένον Ῥωμαίοις μὴ ἄνδρα τινὰ, μὴ γυναῖκα παρὰ βασιλέα ἢ βασιλίδα φοιτᾷν κεκαλυμμένῃ τῇ κεφαλῇ. Αὕτη τοῦ νόμου μηδὲν φροντίσασα, κατακεκαλυμμένη παρῆει, οὐ τυράννων ἔθος, ἀλλὰ τὸν Παύλου νόμον δεῖν συντηρεῖν, ὃς οὐκ ἐᾷ γυναῖκας γυμνῇ εἶναι τῇ κεφαλῇ. Οὐ μὴν οὐδὲ τὴν στολὴν ἠθέλησε διαμεῖψαι, οὐδὲ τὰ ῥάκη μεταμφιάσασθαι, καίτοι πολλῶν παραινούντων μὴ οὕτω ποιεῖν.

B VIII. Non hæc autem ita gerebantur, ut in primis pia imperatrix Verina non hæc acceperit auditione: sed ad eam quidem diu ante pervenerat fama eorum philosophiæ, ducebatque operæ pretium illos et videre et audire dicentes, et multis precibus accersebat Melanam. Tunc autem tempore quoque dante occasionem, illam magno studio vocavit; illa vero ivit. Sed quæ exstiterunt ante eorum congressionem, satius est pauca ex iis audire. Erat quidem hæc lex apud Romanos, ut nullus vir nec mulier imperatorem aut imperatricem operto capite accederet. Ea vero legem nihil curans, velata accessit, non tyrannorum mores, sed Pauli legem maxime dicens oportere conservari, qui non sinit mulieres nudo capite incedere[2]. Sed neque vestem voluit mutare, neque pannos exuere, etsi multi suaderent ut faceret.

Θ'. Ἡ δὲ πρὸς αὐτοὺς, Ἐνεδυσάμην, φησὶ, τὰ ἱμάτιά μου, πῶς ἐκδύσομαι αὐτά; Ὅθεν καὶ παριοῦσα εἰς τὰ βασίλεια, οὐδὲ ἀπέβλεψε πρός τι τῶν ἄλλοις θαυμαζομένων, οὐδὲ ὀφθαλμῶν ἄξια κρίνασα τὰ τοιαῦτα. Προϊούσῃ τε σύναμα τῷ Ἀπενιανῷ εὐθὺς ἡ βασίλισσα ὑπανέστη τε καὶ προσεῖπε, καὶ καθέδρας ἠξίωσεν ἐγγυτάτης· ἐξέπληξε γὰρ αὐτὴν ἥ τε στολὴ καὶ τὸ τοῦ σχήματος δεινῶς ἰδιωτικόν· καὶ τοὺς ὑφ' ἑαυτῇ συγκαλοῦσα κοινὴν ἐποιεῖτο θαῦμα Μελάνην, Ὦ οἷον, φήσασα, πρᾶγμα νῦν βλέπω! Πάλαι γάρ σε, θεία γυναικῶν, ἤκουον· νῦν δὲ ὁρῶ. Καὶ ἅμα τοῦ χρυσοῦ θρόνου ἐξαναστᾶσα περιεβάλετό τε καὶ κατησπάζετο, καὶ ὡς πολλάκις ἔλεγε· Μακαρία εἶ σὺ τοῦ ἐν Κυρίῳ μακαρισμοῦ δικαίως ἐπιτυχοῦσα.

C IX. Illa vero eis dicebat: Meis me vestibus indui, quomodo eas exuam? Unde etiam cum ingrederetur in regiam, ne aspexit quidem ad aliquid ex iis quæ apud alios habebantur in admiratione, ne obtutu quidem ea digna judicans. Procedenti autem ei simul cum Apeniano statim assurrexit imperatrix, et allocuta est, et ut proxime assideret, est dignata. Eam enim obstupefecit vestitus, et admodum rudis et simplex habitus, et eos convocans, qui erant in sua potestate, Melanam communiter admirabatur: O qualem, dicens, nunc rem intueor? Te jam pridem quidem divinam audivi esse mulierem, nunc autem etiam video: et simul surgens e throno aureo, eam suspexit et amplexa est, et sæpe dixit: Beata es tu, quæ jure consecuta es in Domino beatitudinem.

Ι'. Ἐπεὶ δὲ καὶ Σευῆρον δίκας ἀπαιτῆσαι τῶν εἰς αὐτοὺς ἀδικημάτων ὑπέσχετο, Ἀλλ' ἡμῖν γε, εἶπεν ἡ Μελάνη, κρεῖττον ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν· ἐπεὶ καὶ ῥαπιζομένοις οὐ μόνον φέρειν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἑτέραν στρέφειν θεῖος νόμος ἐστί. Σοὶ δὲ ἄλλα πολλὰ τὰ ἀγαθὰ παρὰ Θεοῦ ἕψεται τῆς καλῆς ἕνεκα ταύτης προθέσεως. Ἡμῖν δὲ ἀρκέσει τὸ στῆναι μέχρι τούτου τὴν βλάβην, καὶ μηδὲν πλέον τὸν ἄνδρα προθεῖναι· ὡς ἡμῶν γε ἕνεκεν οὐδὲ τούτου ἂν ποιούμεθα λόγον, ἀλλ' ὅτι τὰ ξένοις ἤδη κληρωθέντα καὶ ἐνδεέσιν ἀποστερεῖ. Διὰ ταῦτα γοῦν τούτους καὶ πλέον ἡ βασιλὶς θαυμάσασα καὶ τοῦ Σευήρου δι' αὐ-

D X. Postquam autem pollicita est se de Severo jure pœnas esse sumpturam propter injurias, quibus eos affecerat: At nobis, inquit Melana, melius injuriam pati, quam facere injuriam. Eos enim, quibus impinguuntur alapæ, non solum pati sed etiam aliam obvertere maxillam, lex est divina. Atque tu quidem multa bona a Deo consequeris propter hoc bonum tuum propositum; nobis vero sufficiet, si damnum hucusque sistatur, et non plura adjiciat. Nam nostra quidem causa hujus nullam ducerenius rationem, nisi quod ea quæ sunt hospitibus et egentibus attributa et de-

[2] I Cor. II, 13.

stinata, eripit. Propter hæc ergo imperatrix eos magis admirata, propter hos ipsos pepercit Severo : ipsis autem, ut sicut volebant omnes citra impedimentum venderent facultates, per fratrem præbet et imperatorem, qui Romana sceptra tunc administrabat. Hi autem erant domini multorum in multis locis prædiorum, non solum prope urbem, sed etiam multorum aliorum in Italia, et non paucorum quoque in Sicilia, plurimorum vero in Hispania et Britannia : quæ etiam propter studium imperatoris, prompte emebant omnes, statim sine intermissione pretium exsolventes. Hi itaque egregii magnifice etiam admirabantur imperatores, et Melana voluit sororem imperatoris quibusdam honestis donare muneribus, sed illa eorum aliquid accipere dicebat esse instar sacrilegii. Sunt enim revera sacra et Christo dedicata. Cum sic dixisset, B. Melanam a se dum magno dimisit comitatu, multis insignibus Eunuchis cum præpositis eam præcedentibus. Sicque exierunt Melana et ejus maritus e regia, in admiratione habiti, et honorifice deducti.

τοὺς τούτους ἐφείσατο. Αὐτοῖς δὲ, καθάπερ ἐβούλοντο, τὸ πᾶσαν αὐτοῖς ἀκωλύτως πωλῆσαι τὴν οὐσίαν διὰ τοῦ ἀδελφοῦ καὶ βασιλέως παρέχει, τηνικαῦτα τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα διέποντος. Πολλῶν δὲ οὗτοι κύριοι καὶ παρὰ πολλοῖς τοῖς τόποις ἀγρῶν, οὐ πρὸ τῆς πόλεως μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῶν ἄλλων ἐν Ἰταλίᾳ οὐκ ὀλίγων δὲ καὶ ἐν Σικελίᾳ, πολλῷ δὲ πλειόνων ἐν Ἱσπανίᾳ τε καὶ τῇ Βρεττανίᾳ, οὓς καὶ διὰ τὴν τοῦ βασιλέως σπουδὴν ἑτοίμως ὠνοῦντο πάντες τὰς τιμὰς ἐνθέως ἀπαρκλείπτους κατατιθέμενοι. Οὕτω τῆς μεγαλοφροσύνης οἱ γενναῖοι τὸν βασιλέα ἀγάμενοι καὶ κοσμίοις τισὶν ἡ Μελάνη τὴν τοῦ κρατοῦντος ἀδελφὴν ἤθελε δεξιοῦσθαι. Ἀλλ' ἐκείνη τὸ τούτων τι λαβεῖν ἐπίσης ἔφη τῷ ἱεροσυλεῖν· ἱερὰ γὰρ ἄντικρυς καὶ αὐτὰ καὶ Χριστῷ ἀνακείμενα. Οὕτως εἰποῦσα τὴν μακαρίαν παρέπεμπε πολλῶν ἐπιφανῶν εὐνούχων μετὰ τοῦ πραιποσίτου τάυτης προουδευόντων. Καὶ οὕτως ἐξῆεσαν ἥ τε Μελάνη καὶ ὁ ταύτης ἀνὴρ τῶν βασιλείων, θαυμαζόμενοί τε παρὰ πάντων καὶ προπεμπόμενοι.

XI. Cum hi autem præclari cœpissent sua, ut volebant, dispensare, non longo abhinc tempore magnas illas suas pecunias in pauperes exhauserunt. Neque enim ullus alius, excepto imperatore, de divitiis cum eis contendisset : tam magna vis pecuniæ et prope incredibilis, ex agris eorum quotannis redibat, auri, ut aiunt, duodecim millia. Illi autem hoc universum distribuebant pauperibus atque illos ipsos agros postea vendiderunt. Hoc vero est argumentum eorum divitiarum : eorum enim domum, quæ erat adeo splendida et magnifica, nullus Romanorum potuit justo pretio emere : igne autem postea a barbaris exustam cum multum de pretio remisissent, eam quoque similiter vendiderunt, majus quiddam quam Job, ut mihi quidem videtur, hac in re facientes. Nam ei quidem paupertas fuit involuntaria ; hi autem libentes ex ditissimis effecti sunt pauperrimi. Et ejus quidem uxor non magno et forti animo ferebat, quod contigerat ; Melana autem non solum quod ad se attinebat, id libenter faciebat, sed etiam maritum faciebat participem sui scopi et instituti. Est autem satis evidens supernam dexteram eis opem tulisse, quæ et stantes custodiebat, et si quando fuissent supplantati, ipsa eos protinus erigebat et firmabat. Ipsa eos sæpe cum in somnis prolaberentur, sustollebat, et eos efficiebat cautiores in posterum. Aliquando autem sibi visi sunt ambo simul in principio quidem ambulare per viam admodum angustam et fossis interceptam, quæ ita eos affligebat, ut viderentur sibi esse contriti et confracti. Postquam vero eam cum magna afflictione ac perpessione confecissent, tunc eos excepit relaxatio, liberumque et spatium, et voluptas ineffabilis et valde admirabilis. Sic Deus efficiabat, ut ii aperte de futuris certam conciperent fiduciam, et quod parvos labores magna bona essent consecutura.

ΙΑ'. Ἀρξάμενοι τοίνυν οἱ γενναῖοι τὰ ἑαυτῶν τιθέναι καθὼς ἠβούλοντο, οὐκ ἐν μακρῷ χρόνῳ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα πρὸς τοὺς δεομένους ἐξήντλησαν χρήματα· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς ὅτι μὴ βασιλεὺς τοῦ πλούτου ἂν ἠμφισβήτησεν· οὕτω πολύ τι χρῆμα καὶ σχεδὸν ἄπιστον ἐκ τῶν ἀγρῶν αὐτοῖς δι' ἔτους ἐφοίτα, μυριάδες, φασὶ, χρυσίου δώδεκα. Οἱ δὲ τοῦτό τε ἅπαν τοῖς πένησι διεμέριζον, κἀκείνους αὐτοὺς ὕστερον τοὺς ἀγροὺς ἀπεδοντο. Σημεῖον δὲ τοῦ πλούτου· τὴν γὰρ οἰκίαν τούτων οὕτως οὖσαν λαμπρὰν οὐδεὶς ἴσχυσε Ῥωμαίων τῆς ἀξίας πρίασθαι, πυρὶ δὲ μετὰ ταῦτα τοῖς βαρβάροις κατακαυθεῖσαν, τότε τὸ πολὺ τῆς τιμῆς ὑφέντες καὶ ταύτην ὁμοίως ἀπέδοντο, μεῖζόν τι, ἔμοιγε δοκεῖ, καὶ τοῦ Ἰὼβ κατ' αὐτοῦ ποιοῦντες. Τῷ μὲν γὰρ ἀκούσιος ἡ πενία· οἱ δὲ καὶ ἑκόντες εἰς τοὺς πενεστάτους ἑαυτοὺς ἐκ τῶν πλουσιωτάτων καθίστων. Κακείνῳ μὲν ἡ γυνὴ οὐ μεγαλοψύχως οὐδὲ γενναίως τὸ συμβὰν ἔφερεν· ἡ δέ γε Μελάνη οὐχ ὅσον τὸ ἐπ' αὐτῇ ἡδέως ἔπραττεν, ἀλλὰ καὶ τὸν ἄνδρα κοινωνὸν ἐποίει τοῦ ἴσου σκοποῦ καὶ τῆς προαιρέσεως· οὐκ ἄδηλον πάντως, ὅτι καὶ ἡ ἄνωθεν αὐτοῖς ἐφέπτετο δεξιὰ ἥ καὶ ἱσταμένους ἐφύλαττε, κἂν εἴποτε δὲ καὶ ὑποσκελισθεῖεν, εὐθὺς ὑπήρειδεν. Αὕτη πολλάκις καὶ σφαλλομένους τοῖς ὀνείρασι διανίστα καὶ διετίθει πρὸς τὸ μέλλον ἀσφαλεστέρους. Καί ποτε ἔδοξαν ὁρᾷν ἄμφω ὁμοῦ τὴν μὲν ἀρχὴν διὰ στενῆς ὁδοῦ πάνυ πορεύεσθαι, καὶ θριγκίοις διειλημμένοις, ἥ καὶ οὕτως αὐτοὺς συνέθλιβεν ὡς συντετρίφθαι δοκεῖν· ἐπὶ δὲ μετὰ πολλῆς ταύτην τῆς κακοπαθείας ἀνύσειαν, τηνικαῦτα ἄνεσίς τε αὐτοὺς διεδέχετο καὶ εὐρυχωρία πολλὴ καὶ ἡδονὴ ἄῤῥητός τις καὶ ὑπερθαύμαστος. Οὕτως αὐτοῖς τὸ θεῖον θαῤῥεῖν προδήλως ὑπὲρ τῶν μελλόντων ἐποίει, καὶ ὅτι πόνους μικροὺς τὰ μεγάλα τῶν ἀγαθῶν διαδέξονται.

ΙΒ'. Οὐ μὴν δὲ ὁ κοινὸς ἡμέλει πολέμιος πάντα, τὸ τοῦ λόγου, κάλων κινῶν· ἀλλ' ὥσπερ ἐκείνου τρόπος, διὰ πάντων μὲν ἐπεχείρει, διὰ δὲ πάντων ἡττώμενος ὑπεχώρει. Συνείλεκτό ποτε τοῖς δικαίοις πολυτάλαντος χρυσίου τις ὄγκος, καὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους ἐκέχυτο. Ὁ δὲ οἶκος ἴσα πυρὶ τῷ χρυσῷ κατελάμπετο. Ἔμελλε δὲ ὁ χρυσὸς οὗτος πολλῶν ἀπορίας ἄρκ καὶ συμφορᾶς ἐξιάσασθαι. Ὡς οὖν ἡ Μελάνη τὸν οἶκον εἰσῄει, τότε δὴ καὶ τέχνης ὁ πονηρὸς ἥπτετο, καὶ περιέλαμπε τὴν ὄψιν αὐτῆς τῷ χρυσῷ· διεσάλευε τὴν ψυχὴν τῇ χροιᾷ, καὶ ὑπέθελγεν· ὑπετίθει τὸ βάρος, ὑπεδείκνυ τὸ κάλλος, παντὶ τρόπῳ συλᾷν ἤθελε τὸν μέγαν ὄντως τῶν λογισμῶν θησαυρόν, καὶ ὡς' ἐφῷ δεῖξαι χρυσοῦ τὸ πᾶν ἐσκιώρει. Ἀλλ' εἰς μάτην τὰ ἔνεδρα τῷ πονηρῷ κατ' αὐτῆς· καὶ γὰρ αὐτὴ, ὥσπερ χαλινὸν τῷ πάθει τὸν λογισμὸν ἐμβαλοῦσα, ἐκείνα τῇ τοῦ χρυσοῦ ἀντετίθει εὐχροίᾳ, ἃ μήτε λόγῳ ῥητὰ, μήτε νῷ ληπτὰ, μήτε μὴν τῷ χρόνῳ φθαρτὰ καθὰ δὴ τὰ ἐνταῦθα πέφυκεν, ἀλλὰ δι' αἰῶνος ἀγήρω τε καὶ ἀθάνατα. Ὃ δὲ πολὺν ὅτι μάλιστα τὸν σάλον αὐτῇ προεξένει, ὡς μετ' ὀλίγον ἐδήλωσεν ἡ γενναία, τοῦτο καὶ ἦν.

XII. Sed neque erat negligens communis inimicus, qui, ut est in proverbio, movebat omnem rudentem, sed sicut est mos illius, omnibus quidem modis aggrediebatur, semper autem victus recedebat. Collecta aliquando fuerat illis justis vis auri maxima, et humi erat effusa, domus autem tota auro non secus atque igne collucebat; erat vero hoc aurum subventurum multorum inopiæ et calamitati. Tunc malignus cœpit suo uti artificio, ejus faciem auri specie illustravit, colore ejus animum leniit et demulsit, admonuit magni ponderis, ostendit pulchritudinem: omnibus modis volebat ei eripere vere magnum thesaurum rationis, et nihil non moliebatur, ut efficeret eam auri amore teneri. Sed frustra ei malignus parabat insidias; etenim cum ea illi perturbationi tanquam frenum injecisset, auri colori ea illi opponebat, quæ neque verbis explicari, neque mente comprehendi, neque tempore interire poterant, sed sunt in æternum senii expertia et immortalia. Quod autem ei maximam excitavit tempestatem, ut mulier illa egregia paulo post significavit, hoc erat.

ΙΓ'. Ἦν μοι, γησὶ, τις τῶν ἀγρῶν πολλαῖς χάριτι τοὺς ἄλλους ἅπαντας παριών, ἐν αὐτῷ δὲ τούτῳ καὶ λουτρὸν ἦν, καὶ τὸ λουτρὸν οὕτω μὲν τῇ τέχνῃ κάλλιστον, οὕτω δὲ τῇ ὕλῃ βέλτιστον, οὕτω δὲ τοῖς ὕδασιν ἥδιστον, ὡς πᾶσαν γοητεύειν ψυχὴν καὶ πρὸ τοῦ πιεῖν, ἢ καὶ λούσασθαι. Ὃ δὲ τοῦ λουτροῦ θελτικώτατον, ἑκάτερον τῶν μερῶν τὸ μὲν εἶχε τὴν θάλατταν, τὸ δὲ τὰ δένδρα, καὶ οὕτω δὴ μεμηχάνητο, ὥστε σοι προκύψαντι τῆς δεξαμενῆς ἐκεῖθεν μὲν ὁρᾷν κύματα θαλάσσης, ἥδιστον ἐν γαλήνῃ θέαμα, καὶ νηὸς πλεούσας, ἐντεῦθεν δὲ γῆς κάλλη, καὶ δένδρων ὕψη καὶ ὀρνίθων φωνὰς καὶ ῥεούσας πηγὰς καί που καὶ κυνηγέτας καὶ θήραν, καὶ ἁπλῶς μυρία πανταχοῦ τὰ θέλγητρα καὶ χαρίτων πάντα μεστά. Τοῦτό μοι οὖν, φησὶ, συνεχῶς εἰς μνήμην ἰὸν, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν ὅπως ἐκράτει μου τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ ποικίλῳ τούτου θέλγειν ὁ ποικίλος δαίμων ἐπειρᾶτό με καὶ συλᾷν. Ἀλλ' εὐθὺς ἀνεῖχέ μου τὴν ψυχὴν ὁ Θεὸς, ἐκεῖνα λογίζεσθαί με ὑποτιθεὶς ἃ τοῖς ἠγαπημένοις αὐτὸν ἡτοίμασε κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, τούτων δὲ πάντων ὡς ῥεόντων ὑπερφρονεῖν. Ἀλλ' οὕτω μὲν ὁ πονηρὸς ἥττετο· μηδενὸς δὲ ὅλως ὑπολειφθέντος ὃ θέλγειν τὰς ἐκείνων ψυχὰς· καὶ ἐπιστρέφειν ἐφ' ἑαυτὸ δύναται.

XIII. Erat, inquit, mihi quidam ager, qui amœnitate et pulchritudine alios omnes superabat. In hoc autem ipso erat etiam lavacrum, et artificio tam pulchrum et ex tam bona materia confectum, et aquis tam jucundum, ut cujusvis deliniret animum, etiam antequam biberet aut lavaretur. Quod vero lavacri ad deliniendum erat accommodatissimum, illius una pars quidem habebat mare: altera vero arbores. Sic autem erat ædificatum, ut e solio quidem prospiciens, illinc posses videre fluctus maris, in tranquillitate jucundissimum spectaculum, et naves navigantes, et portum, et nautas, hinc vero terræ pulchritudinem, et arborum proceritatem, et garritus avium, et fluentes fontes, quinetiam venatores et venationem, et, ut semel dicam, ubique innumerabilia ad demulcendum accommodata, et omnia plena elegantia et amœnitate. Hoc ergo cum mihi assidue veniret in mentem, dici non potest, quomodo meum teneret animum, et hujus varietate me varius conabatur dæmon delinire et ad se trahere, sed meum protinus animum extulit Deus, mihi suggerens, ut ea cogitarem quæ præparavit iis qui ipsum dilexerunt, ut ait divinus Apostolus [3]: hæc autem omnia, ut quæ fluant, despicerem. Sed sic quidem fuit superatus malignus, nullo penitus relicto, quod posset illorum demulcere animos, et ad se convertere.

ΙΔ'. Τὰ δὲ ἑξῆς ποῖα μὲν πόλις ἐλάνθανε; ποῖα δὲ χώρα; ἔθνος δὲ ποῖον ὃ μὴ μετέσχε τῆς ἐκείνων εὐεργεσίας ὥσπερ τινὸς ποταμοῦ πολλῷ καὶ καθαρῷ τῷ ῥεύματι διὰ πάσης γῆς καὶ θαλάττης τοῦ δαψιλοῦς αὐτῶν τῆς εὐποιΐας νάματος ῥέοντος; Ἡ μέση τῶν ποταμῶν, αἱ Φοινίκων πόλεις, ἡ τῶν Σύρων γῆ, ἐδέξατο καὶ Αἴγυπτος τὴν ἀπορροήν, καὶ ὅθεν τε ἀνίσχει ὁ ἥλιος καὶ οὗ δύνει, πάντα τῆς ἐκείνων

XIV. Quæ autem deinceps sunt consecuta, quamnam quidem civitatem latuerunt? quamnam etiam regionem? Quænam vero gens, ad quam non pervenit illorum beneficentia, veluti quodam fluvio magno et puro fluento, per universam terram et mare fluente uberi rivo eorum beneficentiæ? Mesopotamia, Phœnicum civitates, regio Syrorum, Ægyptus quoque ejus accepit fluxionem:

[3] I Cor. II. 9.

et ubi sol oritur et occidit, a manu illorum omnia sunt repleta. Sunt autem, qui dicunt eos quoque, cum totas insulas emissent ab imperatore, partim quidem illo dimittente, partim vero ipsis dantibus, alias quidem sanctis viris donasse, alias vero exornasse choris virgiuum et monachorum multitudine. Pretiosa autem vestis et splendidum argentum erat sacerdotibus ab eis dedicatum ornamentum, Cum sic quæ erant in Italia, bene disposuissent, et ex facultatibus pauca reliquissent, navigarunt in Siciliam : partim quidem, ut agros qui illic erant venderent : partim autem, ut sanctissimum episcopum Paulinum viserent, qui erat eis pater secundum spiritum. Cum ii autem recessissent a civitate, præfectum quidem, qui eorum domum et quod remanserat pecuniæ, non liberalibus intuebatur oculis, divina quidem ira protinus apprehendit. Nam prætextu penuriæ panis, in medio foro commota plebs, quæ erat in civitate, eum faciunt præmium sui furoris et insaniæ, et miserum violenta morte interimunt. Barbari vero repente facta incursione, qæcunque erant ante civitatem, prædam Mysorum effecere, adeo ut hinc evaserit manifestum, illos non sine Dei nomine res suas in tuto collocasse, et in cœlestibus horreis recondidisse.

XV. Cum autem a Sicilia recta in Libyam et Carthaginem esset navigaturi, quidem vehemens et sævus ventus eos excepit et vexat multis diebus, adeo ut aqua defecerit navigantibus ; erant vero in navi multi vectores. Cum autem eis tantum immineret periculum, visa est eorum navigatio non esse Deo grata. Jubet itaque Melana, ut velum convertentes, flanti vento optemperarent, quocunque navem duceret. Itaque cum secundum ventum in puppi habuissent, appellunt in quamdam insulam. Eam vero gens quædam barbara, et quæ præda et rapto vivebat, paulo ante fuerat populata. Cum multi autem illinc abducti essent captivi viri et mulieres et pueri, insulæ incolis significabant Barbari,si pro eis redimendis quantum satis esset auri accepissent, ipsos captivos esse reddituros, insulæ autem parsuros. Sin vero non accepissent, se insulam quidem exusturos, captivis autem gladio mortem illaturos. Atque insulæ quidem incolas ea quæ significabantur, dubios reddebant et perplexos.

XVI. Cum ipsos autem justos accessisse intellexisset episcopus, hoc in lucro posuit : et ad eos veniens, ipsos oravit, et plus adeptus pecuniæ quam petebat, et prædam universam liberavit, et insulam eripuit a periculo. Melana vero cum suis se clementius et benignius gerentes in captivos, eis dederunt etiam quingentos aureos, panemque præbuerunt et cætera, quibus opus habebant, hoc agentes, ut donorum magnitudine obliviscerentur magnarum calamitatum. Deinceps autem cum bonum ventum assecuti, solvissent ab insula, navigarunt citra ullam molestiam, placidusque eos

χειρὸς ἐπίμπλατο. Εἰσὶ δὲ οἵ φασιν αὐτοὺς καὶ νήσους ὅλας παρὰ βασιλέως ὠνησαμένους, τὸ μὲν ἐκείνου ἐφέντος, τὸ δὲ καὶ αὐτῶν δόντων, τὰς μὲν ἁγίοις ἀνδράσι χαρίσασθαι, τὰς δὲ παρθένων χοροῖς καὶ πλήθει κομώσας μοναχῶν ἐπιδείξασθαι. Ἡ δὲ πολυτελὴς αὐτοῖς ἐσθὴς καὶ ὁ λαμπρὸς ἄργυρος τοῖς ἱεροῖς ἅπας ἀνετίθετο κόσμος. Οὕτω κατὰ τὴν Ἰταλίαν εὖ διαθέμενοι καὶ ὀλίγα τῆς οὐσίας ὑπολιπόντες, ἐπὶ Σικελίαν ἐσέπλεον, τοῦτο μὲν καὶ τοὺς ἐκεῖθι ἀγροὺς ἀποδόσθαι, τοῦτο δὲ καὶ τῷ ἁγιωτάτῳ ἐπισκόπῳ Παυλίνῳ ἐς ὄψιν ἐλθεῖν, ὃς αὐτοῖς καὶ κατὰ πνεῦμα πατὴρ ἐτύγχανε. Τούτων οὖν τῆς πόλεως ἀναχωρησάντων, τὸν μὲν ἔπαρχον τὴν τούτων οἰκίαν καὶ τὰ περιλειφθέντα τῶν χρημάτων, ἐλευθέροις οὐκ ἰδόντα τοῖς ὀφθαλμοῖς, θεομηνία τις εὐθὺς κατελάμβανε· προφάσει γαρ ἐνδείας ἄρτων κατὰ τὴν πόλιν πλήθη, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ κινηθέντα θυμοῦ τε καὶ μανίας ἆθλον αὐτὸν ποιοῦσι, καὶ βιαίως ἀναιροῦσι τὸν ἆθλιον. Καὶ βάρβαροι δὲ ἐξαίφνης καταδραμόντες, τὰ πρὸ τῆς πόλεως ἅπαντα Μυσῶν λείαν εἰργάσαντο, ὥστε κἀντεῦθεν δῆλον γενέσθαι ὡς οὐκ ἀθεεὶ ἐκεῖνοι τὰ ἑαυτῶν φθάσαντες εἰς χωρίον μετήνεγκαν ἄσυλον, καὶ οὐρανίαις ἐθησαυρίσαν ἀποθήκαις.

ΙΕ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπὸ Σικελίας εὐθὺ Λιβύης καὶ Καρχηδόνος πλεῖν ἔμελλον, σφοδρός τις καὶ ἄγριος αὐτοὺς ἄνεμος ὑπολαμβάνει καὶ συχνὰς ἡμέρας παραβιάζεται εἰς ὃ καὶ τὸ ὕδωρ τοὺς πλέοντας ἐκλιπεῖν. Πολλοὶ δὲ ἦσαν τὸ πλήρωμα τῆς νεώς. Τοσοῦτον δὲ αὐτοῖς ἐπηρτημένου κινδύνου οὐ κατὰ θείαν γνώμην ἔδοξεν ὁ πλοῦς γεγενῆσθαι. Κελεύει γοῦν ἡ Μελάνη ἐπιστρέψαντας τὴν ὀθόνην, τῷ φέροντι ἀνέμῳ καταπειθεῖς γίνεσθαι ὅποι ἂν ἄγῃ τὴν ναῦν. Καὶ δὴ λαβόντες κατὰ πρύμναν τὸ πνεῦμα, εἴς τινα καταίρουσίν νῆσον. Τὴν δὲ ἐτύγχανεν ἄρτι βάρβαρόν τι καὶ λῃστρικὸν ἔθνος, ἐπελθόντες καὶ λῃϊσάμενοι. Πολλῶν δὲ αἰχμαλώτων ἐκεῖθεν ληφθέντων, ἀνδρῶν ἅμα καὶ γυναικῶν, παῖδές τε καὶ παιδίων, ἐδήλουν τοῖς νησιώταις οἱ βάρβαροι λύτρα μὲν χρυσίου ἱκανὸν λαβόντες αὐτούς τε τοὺς αἰχμαλώτους ἀποδόσθαι, φείσασθαι δὲ καὶ τῆς νήσου· εἰ δὲ μὴ λάβοιεν, τὴν μὲν τῷ πυρὶ, τοὺς δὲ παραδοῦναι τῷ ξίφει. Τοῖς μὲν οὖν νησιώταις ἄπορα τὰ δηλούμενα ἦν.

ΙΣ'. Αὐτοὺς δὲ τοὺς δικαίους μαθὼν ἥκοντας ὁ ἐπίσκοπος ἕρμαιον αὐτοὺς ἐποιεῖτο, καὶ κατελθὼν ἱκέτευσε τε καὶ ἀφθονωτέρων ὧν ἤτει χρημάτων ἐπιτυχὼν τήν τε λείαν ἠλευθέρωσε πᾶσαν καὶ τοῦ κινδύνου τὴν νῆσον ἐρρύσατο. Οἱ δὲ περὶ τὴν Μελάνην, φιλανθρωπότερον περὶ τοὺς αἰχμαλώτους διατεθέντες καὶ χρυσὸν αὐτοῖς ἐμπαρέσχον, νομίσματα πεντακόσια, ἄρτους τε καὶ τῶν λοιπῶν ὧν ἐπήγοντο, τῷ μεγέθει τῶν δωρεῶν ἐπιλαθέσθαι τούτους τῶν μεγάλων συμφορῶν μηχανώμενοι. Τὸ δὲ ἑξῆς πνεύματος μετρίου τυχόντες τοῦ νησιδίου ἀπάραντες, ἀλύπως ἔτι τὸν πλοῦν ἐποιοῦντο· καὶ μάλακος αὐ-

τοὺς ὄπισθεν ἐπωθῶν ἄνεμος διὰ ταχέων τῇ Καρχηδόνι δίδωσιν. Ἀποβάντες δὲ τῆς νηὸς τῆς φίλης εἴχαντο ἐργασίας χρήματα καὶ ἀγροὺς τοὺς μὲν ἱεροῖς ἀνατιθέντες ναοῖς, τοὺς δὲ φροντιστηρίοις ἀφιερεῦντες, τὰ δὲ καὶ ἐκχενοῦντες τοῖς πένησιν. Οὕτω τὸν πλοῦτον ἀποσκευαζόμενοι πάντα, κοῦφοί τε καὶ εὐσταλεῖς ἐπὶ τὸν ἀληθῆ μετῄεσαν πλοῦτον, ὃς τοῦ μηδὲν ἔχειν ὠνεῖται τοῖς εὐσεβῶς θησαυρίζουσιν. Ἡ δὲ πόλις ἐν ᾗ τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο Θαγαστὴ ἐκαλεῖτο, ἐν ᾗ καὶ ἱερεὺς λέγειν εἰδὼς καὶ πολλοὺς τῷ λόγῳ πρὸς σωτηρίαν ἐνάγειν δυνάμενος· ὄνομα τούτῳ Ἀλύπιος· ᾧ δὴ καὶ συνόντες τὰ ἱερὰ ἐμελέτων λόγια, καὶ τὸ ἱερὸν δὲ ὃ τὸν Ἀλύπιον εἶχε μάλα φιλοτίμως κόσμοις τε χρυσοῖς καὶ λίθοις λαμπροῖς καὶ προσόδοις πολλαῖς ἐλάμπρυναν. Ὠκοδόμητο δὲ τούτοις καὶ φροντιστήρια δύο, χρημάτων τε καὶ προσόδου ἱκανῶς ἔχοντα, ὧν τὸ μὲν χορὸς εἶχεν ἀνδρῶν τὸν ἀριθμὸν ὀγδοήκοντα, τὸ δὲ παρθένοις ἀνεῖτο καὶ εἰς ἀριθμὸν τελούσαις τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἦν.

A a tergo impellens ventus, cito transmisit Carthaginem. Cum e nave autem descendissent, suam solitam aggressi sunt operationem, pecunias et agros partim quidem sacris ædibus dedicantes, partim vero consecrantes monasteriis, partim etiam in pauperes effundentes. Sic se levantes omni onere divitiarum, leves et expediti pergebant ad veras divitias, quæ emuntur eo, quod nihil possideatur ab iis qui thesaurum pie recondunt. Civitas autem, in qua versabantur, appellabatur Tagaste, in qua erat sacrum templum, et sacerdos dicendi peritus, et qui oratione multos poterat inducere ad salutem, nomine Alypius : cum quo versantes, sacra meditabantur eloquia. Templum vero, in quo agebat Alypius, admodum munifice B et aureis ornamentis, et lucidis gemmis et plurimis ornarunt agrorum proventibus. Ab eis quoque sunt ædificata duo monasteria, quæ satis habebant opum et proventuum. Quorum alterum quidem habebat chorum virorum numero octoginta : alterum autem habebat virgines quæ erant numero centum et triginta.

ΙΖ'. Οὕτω καὶ ταῦτα ἡ Μελάνη διαθεῖσα καλῶς ἐγκρατείας καὶ αὖθις ἐμέμνητο. Καὶ ὅ' ὅλης μὲν τῆς ἡμέρας ἄσιτος ἡ γενναία διεκαρτέρει· τοῦ ἡλίου δὲ ἤδη πρὸς δυσμὰς ἥκοντος βραχείᾳ μετελάμβανε τῆς τροφῆς καὶ ταύτης σκληρᾶς· ἔστι δὲ ὅτε καὶ βραχεῖ ἐλαίῳ τὸ ὄψον παραμυθεῖτο· οἴνῳ δὲ οὐδὲν τὴν ἀρχὴν ἐχρῆτο, ἀλλ' ἐκ μέλιτός τι ἐσκευασμένον πόμα προσιεμένη, ὃ κονδίτον καλεῖν σύνηθες, τὴν δίψαν παρεμυθεῖτο. Ὁ δὲ δὴ χρόνος ὁ πολλοῖς πολλάκις τὴν ὁρμὴν ἀμβλύνων ταύτης μᾶλλον ὀξυτέραν ἐποίει. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον παρὰ δύο τὰ σιτία λαμβάνουσα ἦν, ἔπειτα παρὰ τρεῖς, εἶτα καὶ δι' ἑπτά, ὡς ἅπαξ τῆς ἑβδομάδος μόνον μεμνῆσθαι τροφῆς καὶ ταύτης κεκολασμένης· καὶ οὐδὲν ὅλως τῶν ἡδυνειν ἐχόντων ἐχούσης· ἄρτου γὰρ σκληροῦ βραχύ τι τρύφος ἡ τράπεζα ἦν, ὡς εἶναι ταύτην οὐδὲν ἧττον τῆς νηστείας πονικωτέραν. Ἔγραφεν ἡ γενναία καὶ εἰς τάχος καὶ εἰς κάλλος καὶ οὕτως ἀπταίστως, ὡς μηδὲ μίαν μηδέ ποτε λαβὴν δοῦναι τοῖς περὶ ταῦτα δεινοῖς· καὶ τῇ γραφῇ τὸ πλεῖον τῆς ἡμέρας ἔνεμε μέρος, τῆς χειρὸς δὲ καμούσης οἱ ὀφθαλμοὶ πλεῖστα μὲν τῶν γραφῶν ἐπῆλθον, πλεῖστα δὲ εἰς μνήμην τῷ νοῒ παρεδίδοσαν. Καὶ τούτων δὲ ἤδη καμόντων τοῖς πρὸς ὠφέλειαν ὑπούργουν αἱ ἀκοαί, καὶ ὁμιλίαις ἀνδρῶν ἁγίων προσέχουσα ἦν. Πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ τῇ εὐχῇ μέρος οὐκ ὀλίγον ἐδίδου· ἦ τε γὰρ νὺξ σχεδὸν ὅλη πρὸς αὐτὴν ἀνηλίσκετο δύο μόνων αὐτῆς ὁρῶν τῷ ὕπνῳ νενεμημένων. Ἡ δὲ κατάκλισις σάκκος ἦν ἐπὶ ψιλῷ τῷ ἐδάφει κείμενος· ἔλεγε γὰρ δεῖν ἐγρηγορέναι ἀεὶ μὴ εἰδότας, ὡς φησιν ἡ Δεσποτικὴ φωνή, ποίᾳ ὥρᾳ ὁ κλέπτης ἔρχεται. Διὰ ταῦτα καὶ ἑαυτὴν καὶ τὰς σὺν αὐτῇ παρθένους οὕτω παρεσκευάζεν ἀπομάχεσθαι καὶ ὑπέχειν εὐθύνας αὐτῇ. Καὶ λόγος ἀργὸς καὶ ἦθος οὐ βεβηκὸς καὶ γέλως ἀκρατὴς καὶ λογισμὸς ὅλως

XVII. Cum hæc pulchre sic disposuisset Melana, rursus meminit abstinentiæ : et toto quidem die generosa mulier permanebat jejuna. Sole autem jam occidente, parum cibi sumebat, ejusque duri ; nonnunquam vero modico olei condiebat obsonium. Vino autem non utebatur omnino, sed accipiens ex melle confectam potionem, quam solent appellare conditum, sic levabat sitim. Tempus vero, quod multis sæpe obtendit et retardat C impetum, ei illum reddebat acriorem. Et primo quidem secundo quoque die cibum sumebat, deinde autem tertio quoque die, deinde septimo quoque, adeo ut semel tantum in hebomada cibo vesceretur, eoque castigato et temperato, et qui nihil omnino haberet ex iis, quæ possunt afferre voluptatem. Panis enim durus, breves quædam erant ejus mensæ deliciæ, adeo ut ea jejunio nihil esset minus laboriosa. Scribebat autem generosa illa femina adeo celeriter et pulchre et citra errorem, ut nullam unquam daret prehendendi ansam iis qui sunt hujus rei periti. Et in scribendo quidem maximam diei partem consumebat. Defessa vero manu, oculi quidem plurima scripta percurrebant, plurima autem menti tradeD bant, ut mandaret memoriæ. Porro vero iis jam defessis, aures iis serviebant, quæ pertinent ad utilitatem, et animum sanctorum virorum adhibebat sermonibus. Præter hæc autem non parvam quoque partem tribuebat orationi. Nam tota quidem nox fere in ea consumebatur, duabus solum horis somno ab ea attributis. Accubitus autem erat, saccus super nudum solum positus. Dicebat enim : Oportet semper vigilare, cum nesciamus, ut vox est Dominica 4, qua hora fur veniat. Propterea et se, et quæ secum erant virgines, sic

4 Luc. XII, 39. 40.

faciebat adversùs somnum contendere. Sibi autem leges imponebat, et a se rationem exigebat : et otiosa oratio, et mores non satis graves, et risus nimis profusus, et sinistra cogitatio omnino castigabatur : et non sinebat omnino malam aliquam nubem ætherem animæ subtercurrere.

XVIII. Atque illa quidem tam caute et tam duriter vitam agebat, et aliis erat regula, ut eam vitam ingrederentur. Perinde autem, ac si ei ad jejunium non sufficeret spatium septem dierum, adjiciebat etiam Dominicum, ut jejunaret octo dies sibi vim afferens, etiamsi a præfecta vetita sit hoc facere : quæ dicebat esse absurdum, diem Resurrectionis similiter atque alios attribui afflictioni. Unde etiam dicens persuasit et effecit, ut esset sibi particeps et modici olei, docens esse præceptum apostolicum [5], præfectis obedire et eis cedere. Ejus autem in laboribus diligentiam, et a suis laboribus lectionis vehementem contentionem, et eorum quæ lecta fuerant, acrem perscrutationem, et multa alia quisnam satis verbis potuerit exprimere ? Nam manibus quidem, ut dictum est, ad scribendum, quod ex scriptura autem lucrifaciebat, eo utebatur ad alendos pauperes. Quin etiam sæpe quoque indumentum, suis manibus confectum, ponebat in manibus pauperum, ex sacro, ut aiunt, quodammodo in sacro. Sacrorum autem eloquiorum erat adeo studiosa, ut totam quidem divinam Scripturam, Veterem et Novam, ter singulis annis perlegeret, ejus vero ea quæ sunt pulcherrima, semper haberet in lingua. In omnibus autem exquirendis et examinandis erat plane admirabilis. Nunquam enim sensus aut verbum eam prætercurrebat, sed omnia diligenter perscrutabatur, et quod latebat, eruebat. Insigne vero ejus discendi studium, eam quoque ad recentiorum, bonorum, inquam, et studiosorum scripta transmittebat, et nihil erat omnino ex iis quæ ad utilitatem scripta fuerant aut scribebantur, quod non possideret et aliis communicaret. Jam vero in lingua quoque Græca ita erat exercitata, ut quando ea loqueretur, nullus ex iis qui audiebant, crederet Italicam linguam ei esse patriam. Ejus autem vigebat in omnibus honesta quædam et grata lenitas et mansuetudo, maxime ea disserente et habente orationem ad eos qui exercebant philosophiam. Ejus vero in Christum zelum nutriebat amor quidam ineffabilis, et qui non poterat contineri. Hac itaque ratione non solum efficiebat, ut mens eos aversaretur, qui furiosam aliquam sequuntur hæresim, sed nec permittebat ut eorum nomen aut auribus audiretur, aut lingua divini Davidis : « Non meminero nominum eorum

XIX. Cum autem, juxta Paulum [7], ferveret spiritu, grave ducebat, si non ipsa multos Christi parti adjecisset, et similes haberet amatores temperantiæ : et partim quidem verbis, partim autem donis multos adolescentes et multas adolescentulas traxit ad exercitationem. Eadem vero fa-

ΙΗ'. Ἀλλ' ἡ μὲν οὕτω πεφυλαγμένως τε καὶ σκληρῶς αὐτή τε ἐβίου καὶ ταῖς ἄλλαις τὴν ἴσην ὁδεύειν κανὼν ἦν· ὥσπερ δὲ μὴ ἀποχρῶντος αὐτῇ πρὸς νηστείαν τοῦ τῶν ἑπτὰ ἡμερῶν διαστήματος καὶ τὴν Κυριακὴν προσετίθει, ὀκτὼ τὰς πάσας ἕλκειν ἡμέρας βιαζομένη, εἰ καὶ ὑπὸ της καθηγουμένης τοῦτο πράττειν κεκώλυται, ἄτοπον εἶναι καὶ αὐτὴν τὴν ἀναστάσιμον λεγούσης ἡμέραν ὁμοίως ταῖς ἄλλαις ἀποκληροῦσθαι πρὸς κακοπάθειαν. Ὅθεν καὶ λέγουσα ἔπειθε, καὶ τροφῆς μεταλαμβάνειν ἐποίει καὶ βραχυτάτου ἐλαίου, ἀποστολικὸν εἶναι διδάσκουσα τὸ παράγγελμα τὸ πείθεσθαι τοῖς ἡγουμένοις καὶ ὑπείκειν αὐτοῖς. Τὸ δὲ φιλεργὸν ἐν πόνοις, τὸ δὲ ἐξ οἰκείων πόνων φιλόδωρον, τὸ δὲ τῆς ἀναγνωσεως σύντονον, τὴν δὲ τῶν ἀνεγνωσμένων ἔρευναν, τὰ δὲ ἄλλα, τίς ἂν καὶ λέγειν ἱκανὸς ἄρα ; Ταῖς μὲν χερσὶ πρὸς τὴν γραφὴν, ὥσπερ εἴρηται, τῷ δ' ἐκ τῆς γραφῆς κέρδει πρὸς τροφὴν τῶν δεομένων ἐχρῆτο. Καί πού τι καὶ πολλάκις ἔνδυσμα ταῖς ἐκείνης χερσὶν ἐργασθὲν εἰς ἁγίων ἐτίθετο χειρας, ἐξ ἱεροῦ φασιν ὥσπερ εἰς ἱερόν. Φιλόπονος δὲ πρὸς τὰ ἱερὰ ἐδείκνυτο λόγια, ὡς πᾶσαν μὲν τὴν θείαν Γραφὴν τήν τε Παλαιὰν καὶ Καινὴν τρὶς καθ' ἕκαστον ἐπιέναι τὸ ἔτος, ταύτης δὲ τὰ κάλλιστα καὶ διὰ γλώττης ἀεὶ φέρειν. Τὸ δὲ διὰ πάντων ἐξετάστικὸν θαυμάσιον οἷον· οὔ-ποτε γὰρ αὐτὴν νόημα ἢ ῥῆμα παρέδραμεν, ἀλλὰ καὶ πάντα καὶ λίαν ἐπιμελῶς ἀνίχνευε, καὶ τὸ κρυπτόμενον ἤρει. Ἡ δὲ ὑπερβολὴ τῆς φιλομαθείας καὶ ἐπὶ τὸ τῶν νέων αὐτὴν σύνταγμα, τῶν σπουδαίων φημὶ, παρέπεμπε, καὶ οὐδὲν ὅλως τῶν ἐπ' ὠφελείᾳ γραφέντων ἢ γραφομένων ἦν ὃ μὴ ἐκτᾶτο, καὶ κοινὸν τοῖς ἄλλοις ἐποίει. Ἤσκητο δὲ καὶ τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν οὕτω καλῶς ὡς, ἡνίκα δὴ καὶ κατ' αὐτὴν διαλέγοιτο, μηδένα τῶν ἀκουόντων πιστεύειν ὅτιπερ Ἰταλὴ αὐτῇ φωνὴ πάτριος. Ἡ δέ γε πρὸτης ἡρέμα ἐπὶ πᾶσιν ἦνθει καλὸν καλὸν, ἐπίχαρι, καὶ μάλιστα διαλεγομένης αὐτῆς, καὶ πλέον ἔτι πρὸς τοὺς φιλοσοφίαν ἀσκοῦντας κινούσης τὸν λόγον. Τὸν δέ γε πρὸς Χριστὸν αὐτῆς ζῆλον ἄῤῥητός τις καὶ ἀκάθεκτος ἔτρεφεν ἔρως. Ταῦτά τοι καὶ τῶν μανιώδους τινὸς αἱρέσεως ἐχομένων οὐ μόνον ἀποτρόπαιον τὸ φρόνημα ἐποιεῖτο, ἀλλ' οὐδὲ ἀκοαῖς γλώσσῃ διδόναι τὸ ἐκείνων ὄνομα ὅλως ἠνείχετο, ὡς αὐτὸ τοῦτο λέγειν τὸ τοῦ θείου Δαυὶδ καὶ μάλα οἰκείως, τὸ, « Οὐ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. »

proferretur : adeo, ut valde apposite diceret illud per labia mea [6]. »

ΙΘ'. Ζέουσα δὲ κατὰ Παῦλον τῷ πνεύματι δεινὸν ἐποιεῖτο, εἰ μὴ καὶ πολλοὺς καὶ αὐτῇ τῇ Χριστοῦ μερίδι προσθείη, καὶ ἑραστὰς ὁμοίους ἕξει τῆς σωφροσύνης· καὶ τοῦτο μέν, λόγοις, τοῦτο δὲ δώροις πολλοὺς μέν τῶν νέων, πολλὰς δὲ καὶ τῶν νεανίδων ἐπὶ τὴν ἄσκησιν εἵλκε. Τὰ ἴσα δὲ καὶ πρὸς Ἕλληνας

[5] Hebr. XIII, 7, [6] Psal. XV, 4. [7] Rom. XII, 11.

καὶ Σαμαρείτας ἐποίει, καὶ πρὸς τὴν ὑγιᾶ πιστιν A τούτους ἐξεκαλεῖτο οἳ μετ' ὀλίγον καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀφέντες ἠκολούθουν ἐκείνῃ. Οὕτως ἦν ἄρα ἡ μακαρία σοφὸς ἁλιεὺς καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων θηρᾶν ἐγνωκυῖα. Μείζοσι δὲ πόνοις ἐπιχειροῦσα καὶ ἑτέραν παράλογον οἵαν καὶ σχεδὸν ἄπιστον καρτερίαν ἐδείκνυ· καὶ ξυλίνην τινὰ κιβωτὸν ἀσκήσασα, τὸ μὲν ὕψος τοσαύτην ὥστε μὴ ἐγχωροῦν εἶναι ὀρθὴν αὐτὴν ἑστάναι, τὸ δὲ εὖρος ὥστε μήτε δεξιὰ μήτε μὴν ἐπὶ τὸ εὐώνυμον ἀποκλίνειν δύνασθαι, ταύτῃ τὸ σῶμα ἐγκατακλείει, δι' ὀπῆς βραχείας πρὸς τοὺς ἔξω τοὺς λόγους πέμπουσά τε καὶ δεχομένη. Τῆς μητρὸς δὲ πολλάκις ἐπιστάτης αὐτῇ (καὶ γὰρ κἀκείνη συνέμπορος αὐτῇ καὶ τοῦ ἔκπλου καὶ τῆς φιλοσοφίας γέγονεν), οὐχ ἁπλῶς ἀπήντα, ἀλλ' εἴπερ ἔτυχεν ἢ εὐχῇ ἢ θείοις ὁμιλοῦσα λογίοις, οὐ B πρότερον εἰς αὐτὴν ἀπεώρα, ἢ λόγου τινὸς μετεδίδου, ἕως ὃ μετῄει πνευματικῶν ἔργων εἰς πέρας ἤγαγεν. Οὕτω δὲ μετὰ πάντων καὶ αὐτῆς ἐκράτει τῆς φύσεως, ἐφ' ᾧ καὶ πολλὴν ἡ μήτηρ παρακερδαίνουσα τὴν ὠφέλειαν ἀπῄει, τῷ Θεῷ μεγάλας ὁμολογοῦσα τὰς χάριτας, ὅτι τοιούτων αὐτῷ προσήνεγκε τὸν ἐν κοιλίᾳ καρπόν. Καὶ τί δεῖ τὰ ἐκείνης πάντα διεξιέναι; ἀρκεῖ γὰρ ἀντὶ πάντων εἰς εὐφημίαν τὸ μέτριον αὐτῆς τοῦ φρονήματος· ὅτι βιοῦσα καθαρῶς οὕτως ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων ἕτερος συντετριμμένην εἶχε καὶ ταπεινὴν τὴν διάνοιαν, ὡς οὐδεὶς ἄλλος τῶν πολλοῖς ἀτόποις ἐνεχομένων.

Κ'. Οὕτως οὖν ἑπτὰ ἐκεῖ διαθλήσασαν ἔτη, λογισμὸς αὐτὴν εἰσῄει μακροτέρας ἀποδημίας· προσήκειν γὰρ ἔλεγε μηδὲ τῶν ἱερῶν ἀπολειφθῆναι τόπων, ἀλλὰ C καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἰδεῖν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ πάντα περιελθεῖν, καὶ προσκυνῆσαι θαύματα. Καὶ δόξαν οὕτως ἡ θάλαττά τε αὐτὴν ἐδέξατο τῆς μητρὸς ὁμοῦ καὶ Ἀπενιανοῦ συμπαρόντων, καὶ θᾶττον εὐπλοίας τυχόντας ἡ Ἀλεξάνδρεια διεδέχετο. Πόλις δὲ αὕτη Φοινίκων, ἧς καὶ τὰς ἀρχιερατικὰς διεῖπε φροντίδας ὁ μέγας ἐν ἱερεῦσιν Κύριλλος. Τούτῳ δὴ συγγενόμενοι καὶ ἑτέρῳ προφητικῷ ἀνδρὶ, Θεοδώρῳ τοὔνομα, καὶ πολλὰ κατὰ τὴν πάροδον τῆς ὁμιλίας τούτων ὀνάμενοι, πάλιν τε τῆς νηὸς ἐπέβησαν καὶ ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς ἠπείγοντο τόπους, μηδὲν ἐπαγόμενοι πλὴν εἴ τι τῶν ἀναγκαίων ἦν καὶ ὀλίγαις ἀρκεῖν ἡμέραις δυνάμενον, βουλόμενοι μετὰ τῶν προσαιτούντων καὶ αὐτοὺς γίνεσθαι. Ὡς δὲ τῆς νηὸς ἀπέβησαν. νόσῳ συμβαίνει τὴν μακαρίαν πεσεῖν· εἶτα τῆς ἀῤῥωστίας ἀνενεγκοῦσα, καὶ τῷ δεσποτικῷ τάφῳ τὰ D τῆς ὑγείας χαρισαμένη καὶ πρῶτον αὐτῷ προσελθοῦσα καὶ προσκυνήσασα, τὸ λοιπὸν καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν θαμάτων ὤψιν εἰστιαθεῖσα τὴν ψυχήν, ὡμίλει δὲ καὶ τῶν ἱερέων τοῖς ἐπισημοτάτοις, καὶ μάλιστα τούτων αὐτῶν τοῖς ἐν τῷ λέγειν συνετωτάτοις, ὥστε καὶ ὠφελείας ἐκεῖθεν κτῆσιν δρέπεσθαι. Ἐτρέφετο δὲ ἐκείνοις οἷσπερ καὶ ἐν Λιβύῃ καὶ διὰ τοσούτων ἡμερῶν, ὅσων δὴ καὶ ἐκεῖ καὶ ταῖς χερσὶν ἐργαζομένη, ὥσπερ δὴ καὶ Χαλκηδόνι. Ἑσπέρας δὲ κατα-

ciebat enim in gentiles et Samaritanos, et eos vocabat ad rectam fidem : qui paulo post dimissis suis, illam sequebantur. Sic ergo erat beata illa femina sapiens piscatrix, et sciebat venari animas hominum. Majores autem labores aggrediens, aliam quoque inopinatam et propemodum incredibilem ostendit tolerantiam. Cum ligneam quamdam arcam parasset, altitudine quidem tantam, ut non permitteret ei stare rectam, latitudine vero, ut non posset declinare ad dexteram nec ad sinistram, in ea corpus includit, per breve foramen eos qui foris erant, alloquens et eos audiens. Cum mater autem sæpe ad eam accederet (erat enim ei navigationis comes et socia philosophiæ), non temere veniebat, sed si aut vacabat orationi, aut in divinis versabatur eloquiis, non prius ad eam intuebatur, aut illam compellabat, quam spiritale opus, quod obibat, perfecisset. Sic cum omnibus ipsam quoque vicit naturam. Quamobrem mater magnam lucrifaciens utilitatem, abibat magnas Deo agens gratias quod ex suo ventre talem fructum produxisset. Et quid opus est illius omnia persequi? Ad ejus enim laudem sufficit pro omnibus modestia ejus et moderatio, quod cum viveret tam pure, quam ullus alius, cor haberet contritum et mentem demissam ac humilem, ut nullus alius ex iis qui multa admittunt non honesta.

XX. Cum sic autem septem annos decertasset, eam subiit cogitatio longioris peregrinationis. Dicebat enim, oportere ad sacra etiam loca accedere, et etiam videre Jerusalem, et obire, et adorare omnia quæ illic sunt miracula (1). Cumque ei ita visum esset, mare eam suscepit, cum simul adesset mater et Apenianus; et cum eis prospera fuisset navigatio, pervenerunt Alexandriam : ea est autem civitas Ægypti, in qua pontificali munere fungebatur magnus inter sacerdotes Cyrillus. Cum eo congressi, et cum alio viro prophetico, nomine Theodoro, et cum in transitu ex eorum sermone magnam accepissent utilitatem, navem rursus ascenderunt, ad sacra loca festinantes, nihil autem secum afferentes, præterquam si quid erat necessarium, et quod posset paucis diebus sufficere, volentes ipsi quoque esse cum mendicantibus. Postquam vero in terram descenderunt, contigit beatam Melanam in morbum incidere. Deinde cum convaluisset a corporis infirmitate, et Dominico sepulcro recuperatam sanitatem primo obtulisset, et ad id primo accessisset, idque adorasset, de cætero oculos et animum pascebat aliis spectaculis. Versabatur autem cum iis qui ex sacerdotibus erant maxime insignes, et maxime cum iis qui in dicendo erant sapientissimi, ut etiam utilitatem ex eis perciperet. Alebatur vero illis quibus in Libya, tot dies, quot illic mansit, ope-

(1) Anno 416 adit loca adorationis gratia, ex calculo Baronii.

rans manibus, sicut Carthagine. Cùm adventasset autem vespera, ingrediebatur quidem in salutare sepulcrum resurrectionis, clauso vero templo, manebat intus, et oratio noctu ab ea tandiu producebatur, donec ingressi essent matutina cantaturi cantica. Postquam autem finem acceperat glorificatio,tunc ipsa quoque corpus parum dabat somno et quieti.

A λαβούσης εἰσῄει μὲν εἰς τὸν σωτήριον τῆς ἀναστάσεως τάφον· κλεισθέντος δὲ τοῦ ναοῦ ὑπέμενεν ἔνδον, καὶ ἡ προσυχὴ εἰς τοσοῦτον αὐτῇ νυκτὸς παρετείνετο ἕως οἱ ἐκεῖσε τὰς περὶ τὸν ὄρθρον ᾠδὰς εἰσῆεσαν ἄσοντες. Ἐπεὶ δὲ πέρας εἶχε τὰ τῆς δοξολογίας, τότε δὲ καὶ αὐτὴ τὸ σῶμα βραχὺ τῷ ὕπνῳ διαναπαύουσα ἦν.

XXI. Cum vero, sicut a me dictum est, paucæ quædam facultatum reliquiæ ei Romæ remansissent, et cuidam ex fidelibus mandatum esset, ut eas proponeret emendas volentibus,postquam ille hoc fecisset, aurum ad eos mittit Jerosolymam. Qui solita utentes benignitate, eas hæreditatem fecerunt egentium. Hic cum aliquandiu essent versati, videret autem Melana matrem suam senio et tempore gravari,eam illic relinquit, rogavitque B ut ea illic pararet tabernaculum in monte Oliveti. Illa vero venit in Ægyptum, una cum Apeniano, tum quod vellent videre sanctos, qui erant in ea, tum etiam, ut sua benignitate impertirent eos, qui illic erant, pauperes. Hi ergo venientes, faciebant id propter quod venerant, et eos qui se in pietate exercebant,obibant. Cum autem accessissent ad quoddam tabernaculum, quod apud se habebat virum in philosophia maximum, cui nomen erat Ephæstion, rogabant ut ipse quoque ea quæ alii, participaret. Cum is autem recusaret, quid non fecit Melana, volens ei persuadere ut acciperet? Cum vero non persuaderet, tale quid statim machinatur, quod quidem pulcherrime amborum parem declaravit constantiam, Melanæ ad benefaciendum,et Ephæstionis ad hoc, ut non C persuaderetur ex rebus humanis aliquid accipere.

ΚΑ'. Ἐπειδὴ δὲ, ὥσπερ μοι εἴρηται, βραχέα τινὰ λείψανα τῆς οὐσίας ἐν Ῥώμῃ αὐτῇ καταλέλειπτο, καί τινι τῶν πιστῶν ἐπετράπη ὥνια ταῦτα θέσθαι τοῖς βουλομένοις· οὕτω πράξας ἐκεῖνος τὸν χρυσὸν αὐτοῖς ἔπεμπεν εἰς Ἱεροσόλυμα, οἳ καὶ τὴν συνήθη φιλανθρωπίαν μεταδιώκοντες κλῆρον καὶ αὐτὰ τῶν δεομένων ἐποίουν. Ἐνταῦθα χρόνον τινὰ διατρίψαντες, ἐπεὶ τὴν μητέρα τὴν ἑαυτῆς ἡ Μελάνη γήρᾳ τε καὶ χρόνοις ἑώρα βαρυνομένην, αὐτοῦ καταλείπει, ἠξίου τε σκηνὴν εὐτρεπίσαι ταύτῃ ἐν τῷ ὄρει τῶν Ἐλαιῶν. Ἡ δὲ σύναμα τῷ Ἀπενιανῷ εἰς Αἴγυπτον ἀφικνεῖτο, ὁμοῦ μὲν ἱστορῆσαι καὶ τοὺς ἐν ταύτῃ ἁγίους ἄνδρας βουλόμενοι, ἐμοῦ δὲ καὶ τοῖς ἐκεῖσε πένησι τῆς ἑαυτῶν χρηστότητος μεταδοῦναι. Οὗτοι μὲν οὖν ἥκοντες ἐφ' ᾧπερ ἦκον καὶ ἔπραττον, καὶ τοὺς ἀσκητὰς περιήρχοντο· μιᾷ δέ τινι τῶν σκηνῶν ἐπιστάντες ἥτις ἄνδρα μέγιστον εἰς φιλοσοφίαν παρ' ἑαυτῇ ἔφερεν, Ἡφαιστίων αὐτῷ τὸ ὄνομα· ἐδέοντο καὶ αὐτὸν ὧν ἐδίδουν τοῖς ἄλλοις μεταλάβειν. Τοῦ δὲ παραιτουμένου, Μελάνη τί μὴ ἐποίει, πεῖσαι τὸν ἄνδρα βουλομένη λαβεῖν; Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔπειθε, μηχανᾶταί τι εὐθὺς ἡ μακαρία ὅπερ ἀμφοτέρων ἐπίσης εἶναι τὴν ἔνστασιν, αὐτῆς τε περὶ τὸ εὐεργετεῖν, κἀκείνου περὶ τὸ μηδὲν πεισθῆναι τῶν ἀνθρωπίνων λαβεῖν, ἀκριβέστατα διεσάφησε.

XXII. Obibat enim domunculam, scrutans omnem,quæ in ea erat, supellectilem : et cum nihil aliud vidisset nisi stoream et sportulam, in qua sal erat repositus, cum sub eo sale aliquam auri partem posuisset et infodisset, ut quæ latuisset, magno studio preces ab eo poposcit. Quas cum impetrasset, exiit. Sed nihil, ei profuit hoc inventum. Cum enim vir ille sacrosanctus id cognovisset, magno cursu contendit, et eos voce procul stitit : et manibus aurum quatiens ostendit, et dixit se nescire, ad quid eo uteretur. Cum ii autem dixissent : Si non tibi omnino, at aliquibus aliis erit utile. — Atqui non erit, inquit, aliquis, D qui hic petit, est enim pauper locus, ut videtis, et admodum desertus. Cum vero ne sic quidem acciperent, auro in fluvium jacto, recessit senex. In alios quoque non paucos ejusmodi aiunt eos incidisse, qui æque cavebant omnino aurum manu ab aliquo accipere,atque virus serpentis, aut aliquid aliud mortiferum et exitiale sua sponte bibere. Cum talibus ergo in Ægypto fuissent repleti miraculis, reversi sunt Alexandriam,et cum multorum bonorum virorum, qui illic erant, consuetudine se secundo exsatiassent, profecti sunt in

ΚΒ'. Περιήρχετο γὰρ τὸν οἰκίσκον ἅπαντα ὄπιθεν ἀνερευνῶσα τὰ ἐν αὐτῷ σκεύη, καὶ μηδὲν ἕτερον ἰδοῦσα εἰ μὴ ψιάθιον καὶ σπυρίδα βραχὺ φέρουσαν ἅλας. Ὑπὸ τούτους τοὺς ἅλας χρυσίου τι μέρος καταθεῖσα καὶ περιχώσασα ὡς δὴ λαβοῦσα, σπουδῇ τὴν εὐχὴν ἀπῄτει, καὶ τυχοῦσα ἐξῄει. Ἀλλ' οὐδὲν ἀπώνατο τοῦ σοφίσματος· ὁ γὰρ ἱερὸς ἐκεῖνος ἀνὴρ γνοὺς δρόμῳ τε ὡς εἶχεν ἐχρῆτο καὶ τῇ φωνῇ πόρρωθεν αὐτοὺς ἐπεῖχεν· εἶτα καὶ ταῖς χερσὶν ἐπισείων τὸν χρυσὸν ἐδείκνυ, καὶ ὡς οὐκ ἔχει αὐτῷ κατὰ τί χρήσασθαι ἔλεγε. Τῶν δὲ εἰπόντων, ὡς Εἰ μή σοί γε πάντως, ἀλλ' ἑτέροις τισὶ χρήσιμος ἔσται, Καὶ μὴν οὐδὲ ἔσται τις ὁ αἰτήσων ἐνταῦθα· ἄπορος γάρ, ὡς ὁρᾶτε, ὁ τόπος, καὶ δεινῶς ἔρημος. Ὡς δὲ μηδὲ οὕτως ἐδέχετο, ῥίψαντα κατὰ τοῦ ποταμοῦ τὸν χρυσὸν ἀναχωρῆσαι τὸν γέροντα, καὶ ἄλλοις δέ φασι τοιούτοις οὐκ ὀλίγοις περιτυχεῖν οἷς καὶ τὸ χρυσὸν ὅλως τῇ χειρὶ παρά του λαβεῖν ἐπίσης πεφύλακτο τῷ καὶ ἰὸν ὄφεως ἑκόντι ἢ ἄλλο τι τῶν θανασίμων καὶ φθαρτικῶν ἐκπιεῖν. Τοιούτων οὖν τῶν κατ' Αἴγυπτον ἐμπλησθέντες θαυμάτων, αὖθις εἰς Ἀλεξάνδρειαν ἐπανήρχοντο καὶ τῶν ἐν ἐκείνῃ τὸ δεύτερον ἐμφορηθέντες πολλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐπὶ τὰ ὄρη μετεστέλλοντο ἃ οὕτως ἔλεγον τὸ τῆς

Νητρίας. Συγγενόμενοι δὲ καὶ τοῖς ἐν ἐκείνοις ἀνδράσι φιλαρέτοις καὶ κατὰ τὰς μελίττας ἅπαν ἄνθος ἀρετῆς συλλεξάμενοι, πλήρεις ἀγαθῶν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπανῆλθον. Ἡτοίμαστο δὲ καὶ ἡ σκηνὴ τῇ Μελάνῃ κατὰ τῶν Ἐλαιῶν ὄρος, ὥσπερ ἄρα καὶ τῇ μητρὶ ἐπετέτραπτο. Αἰσίαν δὲ ἀρχὴν λαβοῦσα τὴν τῶν Φώτων ἡμέραν, ἑαυτὴν τῷ οἰκίσκῳ καθείργνυσι, καὶ νόμον τίθησιν ἑαυτῇ τῶν μὲν ἄλλων μηδένα μήτε ὁρᾷν μήτε μὴν ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι, μητρὶ δὲ αὐτῆς καὶ τῷ πάλαι μέν τοῦ γάμου, τότε δὲ αὐτῆς κοινωνῷ ἀνδρὶ κατὰ περίοδον ἡμερῶν πέντε ἅπαξ ὁρᾶσθαι, καὶ τῇ ἀδελφιδῇ δὲ ὁμοίως οὐκ ἀθέατον εἶναι· ταύτην γὰρ ἐκ πολλοῦ ἐτύγχανε παιδαγωγοῦσα καὶ πλήρη τύφου καὶ Ῥωμαϊκοῦ φρονήματος οὖσαν εἰς ἰσχάτην ἤγαγε μετριοφροσύνην, καὶ οὕτω μᾶλλον τοῦ ὕψους ἐπιτυχεῖν παρεσκεύασεν.

ΚΓ'. Τοῦτον ὅλον ἐπιπονώτατόν φασι γενέσθαι τῇ Μελάνῃ τὸν βίον εἰς ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα· εἶτα τῆς μητρὸς αὐτῇ μετάστασης, ἐκείνη τοῖς νενομισμένοις αὐτὴν τιμήσασα καὶ τὸν νεκρὸν περιστείλασα, ἐν οἰκίσκῳ ἑτέρῳ τὸν ἐνιαυτὸν ἐκεῖνον διῆγεν ἀφιγγεῖ τε καὶ τἄλλα τῷ πρὸ τοῦ ὁμοίῳ, ἔνθα τό τε εἴνθος καὶ τὴν ἄσκησιν καὶ τὴν νηστείαν ἐπιτείνουσα ἦν. Μετὰ δὲ ταῦτα, τῆς φήμης ἁπανταχόσε διαβαινούσης καὶ πολλῶν ὡς αὐτὴν φοιτώντων, καὶ κοινόβιον αὐτῇ γίνεται παρθένων πλέον ἢ ἐνενήκοντα, ἐν ᾧ οὐ παρθένοι μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλαὶ τῶν ἀσεμνων πολλὰ χαίρειν εἰποῦσαι τῷ προτέρῳ βίῳ καὶ ἡδοναῖς τὴν καλὴν ὄντως ἀλλοίωσιν ἠλλοιώθησαν. Τίθενται δὲ ταύταις καὶ νόμοι, τὸ μήποτε πρὸς λόγους ἐλθεῖν ἀνδρὶ, τὸ μηδεποτε τῆς μονῆς ἐξελθεῖν, το μόνοις ἀρκεῖσθαι τοῖς τῆς μονῆς, μηδὲν μηδέποτε παρὰ τῶν ἔξω λαβεῖν. Ἡγεμόνα δὲ ἐφίστη τῆς ποιμνης οὐχ ἑαυτὴν, ἀλλ' αὖτη μὲν θεραπαινίδος αὐταῖς ἀπεπλήρου τάξιν· οὕτω γὰρ κἀκείνας ἀνασχέσθαι πέπεικεν, ἵν' ἅμα καὶ τὸ πρὸς αὐτὴν φίλτρον αὔξοιτο, καὶ τὸ τοῦ μετριάζειν παράδειγμα ἐγγύθεν αὐταῖς εἴη. Ἐδέχετο δὲ τὴν ἀρχὴν ἑτέρα ἡ καὶ τρόπῳ καὶ λόγῳ των λοιπῶν διαφέρουσα· ὡς ταύτην μέν δεσποίνης λόγον ἐπέχειν πρὸς τὰς ὑπ' αὐτὴν καὶ κυρίας, τὴν Μελάνην δὲ τῇ θεραπείᾳ μὲν δούλης τῇ δὲ φιλανθρωπίᾳ μητρός· κἂν εἴποτε δὲ καὶ συνέβη τὸν τῆς ἐγκρατείας ζυγὸν ὑπὸ τῆς προεστώσης βαρύτερον ἐπιτεθῆναι ταῖς ἀδελφαῖς, ὃς ταῖς μαλακωτέραις καὶ φορτικὸς ἐνομίζετο, ἀρκοῦσα ταύταις πρὸς παράκλησιν ἡ μακαρία ἦν, τὸ λίαν σκληρύνον ἐμμελῶς τε καὶ συντῶς λύουσα. Καὶ ποτε νηστείᾳ τρυχομένων αὐτῶν λανθάνουσα πάσας ὑπὸ τῇ ἑκάστης κλίνῃ τὰ πρὸς τὴν χρείαν ἐτίθει. Ἡ δὲ εὑροῦσα οὐκ ἠγνοει μέν ἥς τὸ ἔργον, λαβοῦσα δὲ τὴν μὲν ἔνδειαν οὕτω παρεμυθεῖτο, τὴν δὲ πρὸς αὐτὴν φιλίαν ἰσχυρῶς ἐτρέφετο. Οὕτω σοφῶς ὑπιοῦσα ταύτας εἰκότως δὴ καὶ διδάσκουσα πειθομέναις ἐχρῆτο.

ΚΔ'. Ἔλεγε δὲ μὴ τὸ σῶμα δεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν ἔχειν λογισμῶν ἀγνεύουσαν φιληδόνων· ἔπειτα μέσων μὲν νυκτῶν μηδένα ὄκνον εἰς προσευ-

montes, qui dicuntur Nitriæ. Congressi autem illic quoque cum viris virtutis studiosis, qui illic erant, cum instar apum omnem florem virtutis collegissent, pleni bonis redierunt Hierosolyma. Melanæ vero paratum erat tabernaculum in monte Oliveti, sicut matri mandatum fuerat. Cum faustum autem accepisset principium diem luminum, seipsam includit in domuncula, et legem sibi imponit, ut aliorum quidem nullum neque videat, neque ab ullo videatur : a matre autem, et ab eo qui olim conjugii, tunc vero erat laborum socius, spatio quinque dierum semel videretur, et similiter sui aspectum non denegaret consobrinæ; eam enim jam diu ante in suam disciplinam acceptam erudiebat, plenamque fastu et Romano spiritu, ad extremam deduxerat modestiam, et sic effecit, ut summum magis apprehenderet.

XXIII. Hanc longe laboriosissimam vitam dicunt fuisse Melanæ ad annos quatuordecim. Deinde cum mater ei emigrasset, illa cum ei justis factis ipsam honorasset, et corpus composuisset, in altera domuncula annum transegit, quæ carebat luce, et alioqui erat priori similis, in qua producebat luctum et exercitationem et jejunium. Postea autem cum fama in omnem partem pervasisset, et multi ad eam ventitarent, ab ea quoque factum est cœnobium plus quam nonaginta virginum, in quo non solum virgines, sed multæ etiam quæ antea turpiter vixerant, priorem vitam et voluptates multum valere jubentes, vere pulchram fecerunt mutationem. Imponuntur vero eis quoque leges, ut cum viro nunquam sermonem conferant, neque ex monasterio exeant, et ab iis qui sunt extra, nihil unquam accipiant. Ducem autem gregis non seipsam constituit, sed ipsa quidem apud eas tenebat locum ancillæ : sic enim, ut id sustinerent, iis persuasit, ut simul et amor in eam augeretur, et eis esset propinquum exemplum, ut se modeste gererent : rectionem vero suscepit alia quæ et moribus et oratione præstabat cæteris : adeo ut ea quidem apud eas quæ ei parebant, locum obtineret dominæ : Melana autem, obsequio quidem, ancillæ, benignitate vero, matris. Quod si quando contigisset onus abstinentiæ a præfecta gravius imponi sororibus, quod mollioribus reputabatur molestum, eis ad consolationem beata sufficiebat Melana, quæ, quod eis durum erat, apte et prudenter molliebat, et cum aliquando affligerentur jejunio, inscientibus omnibus, sub uniuscujusque lecto ponebat ea quæ erant ad usum necessaria. Illa autem cum invenisset, non ignorabat quidem quis hoc fecisset, accipiens vero, sic remedium afferebat inopiæ, in ipsam autem valde magnam conservabat benevolentiam. Sic sapienter in earum animos insinuans, merito etiam cum eos docebat, habebat morem gerentes.

XXIV. Dicebat autem, non oportere solum corpus, sed etiam animum quoque castum et purum servare a libidinosis cogitationibus, deinde media

quidem nocte ad preces nullam ostendere pigri- A
tiam, precantes vero non solum labra movere,sed
multo magis totam simul cogere cogitationem, et
adhibere mentem iis quæ dicuntur. Absurdum
enim esse, bona quidem a Deo petere, non dili-
genter autem et studiose ea petere, et ad regem
quidem mortalem accedentes,et habitu et aspectu
et modis omnibus præ se ferre reverentiam,
ad terribilem vero immortalem regem venientes,
non multo magis ad Dominicam auctoritatem et
infinitam excellentiam timidos assistere. Cum de
his hæc disseruisset, transiit ad matrem om-
nium charitatem, omnia esse vana et supervaca-
nea sine hac pronuntians. De qua et multa alia
oratione est persecuta, et quod alia quidem nostra
malignus dæmon potest imitari, ut verbi causa B
inediam et vigiliam,et quæcunque in corpore con-
sistunt. Nam secundum naturam ipse his omnibus
superior, et a nullo eorum vinci potuerit. Humili-
tatis autem et charitatis non magis nobiscum
habere potuerit participationem, quam tenebræ
lucis, et vitium virtutis : qui etiam propter ea,
quæ sunt naturæ maxime contraria, superbiam,
inquam, et in homines malevolentiam, ex luce
miser effectus est tenebræ. Ante omnia vero
dicebat oportere conservare rectam fidem, puram
et circa ullam dubitationem. Nam qui in aliis quidem se recte gessit, in hac autem dubitat, in
eo quod est præcipuum et caput omnium, aberravit.

XXV. Cum autem videret multas ex iis quæ C
erant apud ipsam, mulieribus magni facere jeju-
nium, et timeret, ne in eo existimantes omnia
contineri, alias virtutes negligerent, tales eis ad-
ducens similitudines, ad ipsarum excitabat stu-
dium. Dicebat enim,animam quidem esse sponsæ
similem : quæ sunt autem circa ipsam virtutes,
nuptialibus indumentis unamquamque partem ali-
quam corporis ornare. Jejunium vero esse pedum
ornamentum.Quomodo ergo cum aliis indumentis
oportet etiam ea habere, quæ pedes ornant, ita
etiam animæ cum aliis adesse oportet jejunium.
Si quis autem rursus ejus quidem solius curam
gerit, alia vero omnia negligit, non est ea anima
dissimilis illi puellæ, quæ cum duceretur ad nu-
ptias, et solum pedes sibi induisset,reliqua omnia
reliquit inornata et nuda. De obedientia autem, D
et quod oporteat magistratibus parere, hæc quo-
que adjecit.Etiam in iis quæ ad vitam mundanam
pertinent, hoc est,quod omnia maxime continet:
et quod imperare quidem facit imperatorem, pa-
rere autem eum, qui est ei subjectus. Et si hoc
sustuleris, ordinem quoque sustulisti,et cum no-
minibus scilicet res quoque confudisti.Neque vero
ei deerant exempla sic dicenti.

XXVI. Accessit aliquando quidam ad magnum
quemdam senem, ejus studens fieri discipulus. Is
autem ab initio ostendens, qualem oportet esse
discipulum,jussit eum statuam,quæ prope stabat,
quantum posset verberare,et ei insultare calcibus.
Postquam vero paruit adolescens, interrogavit

χὰς ἐπιδείκνυσθαι, εὐχομένας δὲ μὴ, τὰ χείλη μόνον
κινεῖν, ἀλλὰ πολλῷ πρότερον τὸν λογισμὸν πάντοθεν
συγκροτεῖν καὶ τὸν νοῦν τοῖς λεγομένοις ἐρείδειν.
Ἄτοπον γὰρ τὰ ἀγαθὰ μὲν παρὰ Θεοῦ αἰτεῖν, μὴ
σπουδαίως δὲ τὰς αἰτήσεις ποιεῖν, καὶ βασιλεῖ μὲν
θνητῷ παρεστῶτας σχήματί τε καὶ βλέμματι καὶ
πᾶσι τρόποις τὸ εὐλαβὲς ἐπιδείκνυσθαι, τῷ φοβερῷ
δὲ καὶ ἀθανάτῳ βασιλεῖ προσιόντας μὴ πολλῷ μᾶλ-
λον πρὸς τὸ δεσποτικὸν ἀξίωμα καὶ τὴν ἀμέτρως
ὑπερβολὴν ἐμφόβους παρίστασθαι. Τοιαῦτα δὴ καὶ
περὶ τούτου διαλεχθεῖσα ἐπὶ τὴν μητέρα πασῶν μετέ-
βαινε τὴν ἀγάπην, μάταια πάντα χωρὶς ταύτης ἀπο-
φαινομένη καὶ περιττά. Περὶ ἧς ἄλλα τε πολλὰ διεξῆει,
καὶ ὅτι τἄλλα μὲν ἡμῶν καὶ ὁ πονηρὸς μιμεῖσθαι
δύναται, οἷον ἀσιτίαν φάναι καὶ ἀγρυπνίαν καὶ ὅσα
περὶ τὸ σῶμα τυγχάνει · πάντων γὰρ τούτων ἀνώ-
τερος αὐτὸς κατὰ φύσιν, καὶ οὐδενὸς ἂν τῶν τοιού-
των ἡττηθείη ποτέ · ταπεινοφροσύνης δὲ καὶ ἀγά-
πης οὐ μόνον ἡμῖν κοινωνήσειεν ἢ τῷ φωτὶ τὸ σκότος
καὶ ἡ κακία τῇ ἀρετῇ · ὅς γε καὶ διὰ τὰ φύσει ἐναν-
τιώτατα, ὑπερηφανίαν φημὶ καὶ μισανθρωπίαν,
ἄθλιος ἐκ φωτὸς σκότος γέγονε. Πρὸ δὲ πάντων τὴν
ὀρθὴν ἔλεγε πίστιν ἀνενδοίαστόν τε καὶ ἀκραιφνῆ
συντηρεῖν, ὡς ὅ γε τἄλλα μὲν κατωρθωκὼς, περὶ δὲ
ταύτην ἐπιδοιάζων, περὶ αὐτὸ τὸ κεφάλαιον καὶ τὸ
καιριώτατον πάντων ἔσται διημαρτηκώς.

ΚΕ′. Ὁρῶσα δὲ πολλὰς τῶν περὶ αὐτὴν γυναικῶν
τὸ νηστεύειν περὶ πολλοῦ ποιουμένας, καὶ φοβουμένη
μὴ τὸ πᾶν ἔχειν ἐν τούτῳ δόξάσαι, τῶν ἄλλων ἀρε-
τῶν ἀμελοῦσι, εἰκόνας ὑποτιθεῖσα τοιαύτας πρὸς τὴν
αὐτῶν ἠρέθιζεν ἐπιμέλειαν. Ἔλεγε γὰρ τὴν μὲν
ψυχὴν ἐοικέναι νύμφῃ, τὰς δὲ περὶ αὐτὴν ἀρετὰς
νυμφικαῖς στολαῖς, ἑκάστην μέρος τι τοῦ σώματος
καλλωπίζουσαν · νηστείαν δὲ κόσμον εἶναι ποδῶν.
Ὥσπερ οὖν προσῆκον ἐστι σὺν τοῖς ἄλλοις δὴ περι-
βλήμασι καὶ τὰ τοὺς πόδας κοσμοῦντα κεκτῆσθαι,
οὕτω καὶ τῇ ψυχῇ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ τὴν νηστείαν
παρεῖναι χρή. Εἴ τις δ' ἂν πάλιν αὐτῆς μὲν φροντί-
ζοι μόνης, ἀμελεῖ δὲ πάντων τῶν ἄλλων, οὐδὲν ἂν
ταύτην ἀπεοικέναι τὴν ψυχὴν τῆς κόρης ἐκείνης ἣ
πρὸς γάμους ἀγομένη καὶ τοὺς πόδας στολισαμένη
μόνον, τὰ λοιπὰ πάντα ἄκοσμά τε καὶ γυμνὰ κατα-
λίποι. Ὑπακοῆς δὲ χάριν καὶ τοῦ ταῖς ἀρχαῖς πεί-
θεσθαι προσετίθει καὶ ταῦτα, ὅτι κἀν τοῖς βιωτι-
κοῖς τοῦτό ἐστι τὸ μάλιστα πάντα συνέχον, καὶ βα-
σιλέα μὲν ἀποφαίνον τὸν βασιλέα, ὑπήκοον δὲ τὸ
ὑπήκοον · κἂν τοῦτο ἀνέλῃς, ἀνετλες δὴ καὶ τὴν τά-
ξιν, καὶ μετὰ τῶν ὀνομάτων συνέχεες δηλαδὴ καὶ τὰ
πράγματα. Οὐκ ἠπόρει δὲ καὶ παραδειγμάτων οὕ-
τωσὶ λέγουσα.

ΚΣ′. Ποτέ τις προσῆλθε γέροντι μεγάλῳ φοιτητὴς
αὐτοῦ γενέσθαι σπουδάζων. Τοῦ δὲ ἐκ προοιμίων
οἷον εἶναι χρὴ τὸν φοιτητὴν ὑπεμφαίνοντος κελεῦσαι
ἀνδριάντα αὐτοῦ που πλησίον ἑστῶτα, ὡς ἂν ἐκεῖνος
δύναιτο, τύψαι τε καὶ διαλακτίσαι. Ἐπεὶ δὲ ὁ νέος
ὑπήκουσεν, ἐρέσθαι τὸν γέροντα εἴ τι πλημμελοῦς

καὶ διαλακτιζόμενος ὁ ἀνδριὰς ἀνεῖπεν ἢ ἐδυσχήρανε. Τοῦ δὲ μηδὲν τοιοῦτον γενέσθαι φήσαντος, αὖθις αὐτὸν κελεῦσαι πλῆξαι, καὶ ταῖς πληγαῖς καὶ ὕβρεις προσθεῖναι. Ὡς δὲ τρὶς τὰ αὐτὰ ἔδρα, ὁ δὲ ἀνδριὰς ἀνδριὰς μόνον ἦν ἄψυχός τε καὶ ἄφωνος· τότε ὁ γεραιὸς, Εἰ μὲν οὖν καὶ σὺ, ἔφη, τὰ αὐτὰ τε ἀνέχεσθαι δύνῃ, καὶ μηδὲν ἀντιλέγῃ ὥσπερ μηδὲ τοῦτο τὸ ξόανον διὰ πάντων ἐμπαροινούμενον, χώρει τε θαῤῥῶν καὶ τῆς παρ' ἡμῖν παιδείας ἀπόλαυε· εἰ δέ μὴ, μηδὲ τῇ μεθ' ἡμῶν ἐπιχείρει διατριβῇ. Πολλὰ τοιαῦτα ἐκείνη διεξῄει πρὸς τὰς παρθένους, ἁπλῶς δὲ διὰ πασῶν ἰοῦσα τῶν ἀρετῶν καὶ ἐφ' ἑκάστης ὅσον τε δεικνῦσα τὸ κέρδος καὶ ὅσηπερ, εἰ ῥᾳθυμήσαιεν, πόνου κατατολμᾷν ἔπειθεν. Εἶτα καὶ ἱερόν αὐταῖς ἡ ζημία, ἑπτέρου τε καὶ ἀνεῖχε τῷ λόγῳ καὶ παντὸς ὡς προσῆκον οἰκοδομεῖ ἐφ' ᾧ τὴν θείαν ἐπιτελεῖν ἔχοιεν, λειτουργίαν, λειψάνοις ἁγίων τοῦτο καθιερώσασα, τοῦ τε προφήτου Ζαχαρίου, φημὶ, καὶ τοῦ πρωτομάρτυρος Στεφάνου, καὶ μὴν καὶ τῶν τεσσαράκοντα τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων.

A senex, an quæ pulsabatur et calcibus impetebatur statua, contradixerit aut ægre tulerit. Cum is autem dixisset, nil factum ejusmodi, jussit cum rursus percutere, et præter plagas eam etiam incessere maledictis. Postquam vero ter fecit eadem, statua autem erat solum inanima et muta, tunc senex : Si quidem, inquit, tu quoque potes eadem sustinere, et nihil contradicere, quomodo nec hæc statua perpetuo probris affecta et contumeliis, accede, et nostra disciplina fruere : sin minus, ne te ad nostram conferas disciplinam. Illa multa ejnsmodi oratione percurrebat apud virgines. Ad summam autem, per omnes pervadens virtutes, et quantum in unaquaque esset lucri ostendens, et quantum damni, si pigræ essent ac socordes, eas erigebat et excitabat oratione, et persuadebat. ut omnem laborem audacter subirent. Deinde etiam, ut per erat, eis quoque templum ædificavit, in quo possent divinum peragere ministerium, hoc sanctorum reliquiis consecrans, prophetæ, inquam, Zachariæ et Stephane primi martyris, et quadraginta etiam Christi martyrum.

B

ΚΖ'. Τί βούλεται ὁ λόγος τὸ μετὰ ταῦτα δηλοῦν ; Ἀπενιανὸς ὁ κατὰ σάρκα μὲν ὁμόζυγος, ἀδελφὸς δὲ γενόμενος αὐτῇ κατὰ πνεῦμα, τὰ κάτω λιπὼν πρὸς τὴν ἄνω λῆξιν μεταχωρεῖ. Ἡ δὲ καὶ τὸ ἑαυτῆς τέλος ἤδη ἐγγίζειν ὑπολαβοῦσα μειζόνων ἀγώνων αὐτὸ πρόφασιν ἐποιεῖτο, τοῦ μὲν ἱεροῦ ἔνδρον μένουσα, νηστείᾳ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιπόνοις ἅπασιν ἐπεκτεινομένη, καὶ ταῦτα εἰς τέσσαρας ὅλους χρόνους. Ἔπειτα διανοεῖται καὶ φροντιστήριον ἀνδρῶν ἀνεγεῖραι· ἀλλ' ἡ πρὸς τὸ δαπανᾶν ἀπορία τὴν προθυμίαν ἀπέτρεγεν. Ἐπεὶ δὲ τῷ Θεῷ πάντα τε ἐφρόνει καὶ ἔλεγε δυνατὰ, αὐτὸς καὶ ταύτην αὐτῆς τὴν ἀπορίαν ἀπέλυεν· καὶ τις ἀνὴρ τῶν πλοίτῳ καὶ χρήμασι περιττῶν, χρυσοῦ τινα ὄγκον αὐτῇ χαρίζεται πολυτάλαντον, ἐφ' ᾧ δὴ καὶ τὸ ἔργον αὐτῇ διηνύετο, καὶ ἱερὸν ᾠκοδόμητο φροντιστήριον, καὶ ἄνδρας ἐδέχετο οἵους ἂν ἐχρῆν τῷ ἐκείνης τρόπῳ συμβαίνειν. Τούτου δὲ τοῦ πόνου μικρὸν ἀναπνεύσασαν μείζονές τε αὐτὴν διεδέχοντο πόνοι καὶ ἀποδημία μακρά. Ἐπιστολαὶ γὰρ φοιτῶσι τοῦ θείου πρὸς αὐτὴν Βουλοσιανοῦ, ὃς ἔπαρχος μὲν κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς Ῥωμαίων ἐδείκνυτο πόλεως, πρέσβις δὲ εἰς Βυζάντιον παρὰ τὴν βασιλίδα ἐστέλλετο Εὐδοκίαν. Ἐδήλου δὲ ἡ ἐπιστολὴ ταῦτά τε καὶ ὅτι διὰ πολλοῦ ἄγει τὸ ἐς ὄψιν αὐτῷ ἐκείνην ἐλθεῖν. Ἡ δὲ ἥρα μὲν καὶ αὐτὴ τὸν θεῖον ἰδεῖν, καὶ μεταβαλεῖν πεῖσαι τῆς ὁδοῦ τῆς ἑλληνικῆς (ταύτῃ γὰρ οὗτος πάλαι κεκράτητο), ἠγωνία δὲ μὴ τι καὶ παρὰ τῷ Θεῷ δοκοῦν πράξασα λάθοι. Κοινωσαμένη δὲ καὶ τισιν ἄλλοις τῶν μοναχῶν τὰ τοῦ πράγματος, ἐπεὶ συνεχώρουν κἀκεῖνοι τὴν κάθοδον, ἐξορμᾷ τῶν Ἱεροσολύμων ἡ μακαρία καὶ εὐθὺς κατὰ πᾶσαν πόλιν τε καὶ χώραν ἐχώρει τιμῆς τε τῆς προσηκούσης καὶ θεραπείας ἐπ' αὐτῇ γινομένης. Οἵ τε γὰρ τῶν πόλεων ἱερεῖς καὶ ἀρχιερεῖς οὐκ ὀλίγην αὐτῇ τὴν τιμὴν προσῆγον, αἵ

C

XXVII. Quid vult id, quod est postea consecutum, declarare oratio ? Apenianus qui fuerat ejus quidem secundum carnem conjux, frater autem secundum spiritum, iis quæ sunt inferius relictis, migrat ad superas regiones. Illa autem suum quoque finem jam prope adesse existimans, majorum certaminum hinc sibi sumpsit occasionem, intra templum quidem manens, ad jejunium autem et alia laboriosa omnia se extendens, idque ad quatuor annos integros. Deinde cogitat etiam virorum excitare monasteriuum, sed sumptum inopia ejus promptum animi studium prohibebat. Cum vero sentiret et diceret, nihil esse quod a Deo non posset fieri, ipse eam hac quoque liberavit inopia. Nam vir quidem locupletissimus et pecuniosisssimus ei magnam vim auri elargitur : quo factum est, ut et opus ab ea perficeretur, et sacrum ædificaretur monasterium (2), et virosin id admitteret, quales oportebat illius convenire moribus. Cum parum autem ab hoc labore respirasset, eam majores excepere labores et longa peregrinatio. Redduntur enim ei litteræ ab ejus patruo Volusiano : qui illo quidem tempore erat creatus præfectus Romanæ civitatis : missus vero erat legatus Byzantium ad Eudociam imperatricem. Hæc autem significabat epistola, quod jam diu illam desideraret videre. Illa vero cupiebat ipsa quoque videre patruum, et ei persuadere, ut a gentilium desisteret opinione. Dubia autem erat animi, ne quid imprudens faceret præter id, quod Deo videbatur. Cum vero aliquibus aliis monachis rem communicasset, permitterent autem illi, ut posset proficisci, egreditur Hierosolymis beata Melana. Per quamcunque autem transibat civitatem et regionem, eam quo par erat, prosequebantur

D

(2) Anno 454, teste Baronio.

honore et officiis. Civitatum enim sacerdotes et pontifices eam non parvo honore afficiebant, et venerandæ virgines et quotquot erant egregii monachi, eam adorabant et salutabant, et tanquam e cœlo venientem adspiciebant.

τε σεμναὶ τῶν παρθένων καὶ ὅ τιπερ ἦν τῶν μοναχῶν ἔκκριτον προσεκύνουν τε καὶ ἠσπάζοντο, καὶ ὡς ἐξ οὐρανοῦ ἥκουσαν οὕτως ἐώρων.

XXVIII. Cum autem venisset Chalcedonem, et ad ipsum sinum maris, verebatur ingredi, et videbatur perturbata. Ventura enim in maximam civitatem, mulier quæ vixerat in exercitatione, quietisque et silentii maximam curam gesserat, et non gustaverat tumultus, qui sunt in civitate, merito extimescebat et refugiebat. Atque divertit quidem, ubi erat templum omni ex parte benedictæ martyris Euphemiæ: circa mediam autem noctem martyr non parum ex se effundit suavissimi odoris, et voluptate repleti ineffabili. Quocirca bona concepta fiducia, diluculo fretum audacter trajecit, et ingressa est Byzantium. Hospitio vero excipitur a quodam viro illustri et alioqui bono, nomine quidem Lauso, qui ad præposituræ honorem ascenderat. Invenit autem suum quoque patruum Volusianum gravi morbo oppressum, qui ejus habitum admiratus, formæque et vestitus incredibili et inopinata stupefactus mutatione (extenuatus enim erat ejus vultus exercitatione) magna voce exclamavit: O qualem ex quali te video Melana charissima. Illa vero ex ejus sermone sumpta occasione, A me ergo tu quoque, inquit, disce, o beate patrue, et accipe indicium futurorum bonorum. Nam nec ego tantam despicatui gloriam habuissem, nec pecuniam, nec abjecissem curam ipsius corporis, nisi persuasum haberem, me his propediem longe majora accepturam. Non per se autem solam, sed per multos quoque alios in ejus mentem sensim irrepebat B. Melana, et ejus falsam religionem studebat labefactare, sicut etiam per sapientissimum Proclum, cujus fidei tunc erat creditus sacer clavus Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Qui cum ad eum venisset, et suasu B. Melanæ cum ad pietatem dirigeret, is dicitur illum adeo esse admiratus, ut etiam dixerit post agnitam veritatem, quod si Roma tres haberet tales, ne illic quidem nomen unquam audiretur gentilium. Sed hæc quidem postea.

ΚΗ'. Ὡς δὲ κατὰ τε τὴν Χαλκηδόνα καὶ τὸν τοῦ Πόντου αὐχένα γέγονεν, ηὐλαβεῖτο τὴν εἴσοδον, καὶ τεταραγμένη ἐῴκει. Μέλλουσα γὰρ εἰς τὴν μεγίστην τῶν πόλεων παρελθεῖν γυνὴ ἐν ἀσκήσει βιοῦσα ἡσυχίας τε μάλιστα πάντων φροντίσασα καὶ τῶν ἐν ἄστει θορύβων ἄγευστος εἰκότως, ὥσπερ ἔδει, μαίνεται, καὶ ἀνεδύετο. Καταλύει μὲν οὖν ἔνθα τὸ ἱερὸν τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας· ἀμφὶ δὲ τὸ τῆς νυκτὸς μέσον οὐκ ὀλίγην ἡ μάρτυς αὐτῆς εὐωδίαν τε καταχεῖ καὶ ἡδονῆς ἐμπιπλησιν ἀπορρήτου. Ὅθεν δὴ καὶ ἀναθαρρήσασα τῆς ἡμέρας ἅμα φανείσης τόν τε πορθμὸν διεπέρασε, καὶ εἰσῄει ἐς τὸ Βυζάντιον. Ξενίζεται δέ τινι ἀνδρὶ ἐπιφανεῖ καὶ ἄλλως χρηστῷ, Λαύσῳ μὲν τοὔνομα, εἰς δὲ τὴν πραιποσίτων ἀναβεβηκότι τιμήν. Εὑρίσκει δὲ καὶ τὸν θεῖον αὐτῆς Βολοσιανὸν χαλεπῇ νόσῳ κεκρατημένον, ὃς τοῦ τε σχήματος αὐτὴν ἐκπλαγεὶς καὶ τῆς μορφῆς καὶ στολῆς θαυμάσας τὴν παράδοξον μεταβολὴν ἐτερύχωτο γὰρ τῇ ἀσκήσει πάνυ τὴν ὄψιν) μέγα οἷον ἀνέκραγον. Ὢ οἷαν σε, Μελάνη φιλτάτη, ἐξ οἵας ὁρῶ! Ἡ δὲ πρόφασιν εὑροῦσα τὸν λόγον, Ἐξ ἐμοῦ τοίνυν, εἶπε, καὶ σύ, ὦ μακάριε θεῖε, παιδεύου, καὶ δεῖγμα τῶν μελλόντων ἀγαθῶν λάμβανε. Ὡς οὐδ' ἂν ἐγὼ τοσαύτης ὑπερεφρόνησα δόξης, οὐδ' ἂν χρημάτων, οὐδ' ἂν οὕτως αὐτοῦ κατημέλουν τοῦ σώματος, εἰ μὴ πολλῷ τούτων ἐπεπείσμην μείζονα μετὰ βραχὺ λήψεσθαι. Οὐ δι' ἑαυτῆς δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ διὰ πολλῶν ἄλλων ὑπῆει τὸν ἄνδρα ἡ μακαρία, καὶ τὸ ἐκείνου σέβας διασαλεύειν ἐσπούδαζε, καθὰ δὴ καὶ διὰ τοῦ σοφωτάτου Πρόκλου, Κωνσταντινουπόλεως τότε τοὺς ἱεροὺς οἴσκας πεπιστευμένου τῆς Ἐκκλησίας, ὃν δὴ καὶ πρὸς αὐτὸν ἀφικόμενον ὑποθήκαις τε τῆς θαυμασίας Μελάνης πρὸς εὐσέβειαν ἰθυνόμενον οὕτως ἐκεῖνος θαυμάσαι λέγεται. Ὥστε δὴ καὶ εἰπεῖν μετὰ τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας ὡς, εἴ γε τοιούτους τρεῖς ἡ Ῥωμαίων εἶχεν, οὐδ' ἂν ἐκεῖ οὐδὲ ὄνομά ποτε Ἑλλήνων τινὸς ἠκούετο. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὕστερον.

XXIX. Postquam autem Volusianus sensit Melanam velle imperatorem quoque ad id incitare, veritus protinus, ne violentum et non voluntarium reputaretur esse baptisma, et quam ex eo esset consecuturus, ipse mercede privaretur, eam a cœpto prohibuit. Et is quidem, ut dicemus paulo post, rem a se ad implevit, et abjurata gentilium opinione, traductus est ad Christum. Illa autem nec aliorum quoque curam abjecit. Sed cum tunc esset exorta Nestorii blasphemia, et malignus multos in errorem adduceret etiam ex iis qui erant in verbo veritatis, ipsa erat quæ magnum adversus eum inibat certamen, vanumque et inane reddebat ejus sophisma, et ab aurora usque vesperam iis respondens, qui eam interrogabant, multisque ex iis qui decepti fuerant, persuadens, et eos reducens.

ΚΘ'. Ἐπεὶ δὲ ᾔσθετο τὴν Μελάνην ὁ Βολοσιανὸ καὶ βασιλέα βούλεσθαι πρὸς τοῦτο παρακινεῖν, δείσας εὐθὺς μὴ βίᾳ μᾶλλον ἀλλ' οὐχὶ γνώμης τὸ βάπτισμα νομισθείη, καὶ τῶν ἐπὶ τούτῳ μισθῶν αὐτὸς στερηθείη, ἀπέτρεψεν αὐτὴν τῆς ὁρμῆς, καὶ ὡς μετ' ὀλίγος ἐροῦμεν, ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ πραγμα ἐπλήρου, καὶ τὴν ἕλληνα δόξαν ἐξομοσάμενος πρὸς τὰ Χριστιανῶν μετετάξατο. Ἡ δὲ οὐδὲ τῶν ἄλλων τὸ παράπαν ἠμέλει, ἀλλὰ καὶ τῆς Νεστορίου τότε βλασφημίας φυείσης καὶ τοῦ πονηροῦ πολλοὺς καὶ τῶν ἐν λόγῳ τῆς ἀληθείας ἀποπλανῶντος, αὕτη ἦν ἡ πολὺ, αὐτῷ τὸν ἀγῶνα περιιστῶσα καὶ ματαιοῦσα τὸ σόφισμα ἐξ ἕω τε μέχρις ἑσπέρας, τοῖς περὶ τούτων ἐρωτῶσιν ἀποκρινομένη καὶ πολλοὺς τῶν ἠπατημένων μεταπεἰθουσά τε καὶ ἐπανάγουσα. Ὅθεν ὁ πονηρὸς τὴν ἧτταν μὴ φέρων, εἰς ἄνδρα μεταβαλὼν,

ἑαυτὸν καὶ ἐλεεινὸς ὀφθεὶς σὺν μελαίνῃ καὶ πενθίμῳ στολῇ ἐφίσταται φοβῶν αὐτὴν καὶ τὰ χαλεπώτατα ἀπειλῶν· καὶ πρῶτα μὲν αὐτοῦ βασιλέως καὶ τῶν θεραπόντων αὐτοῦ τὴν καρδίαν μεταβαλεῖν καὶ εἰς τὸ ἔμπαλιν μεταθεῖναι, ἔπειτα δὲ οἰκτίστῳ τέλει τὸν βίον ἀπολιπεῖν ταύτην παρασκευάσαι, ὀδύναις βαρυτάταις κατεργασθεῖσαν. Ἡ δὲ τέχνην εἶναι ταῦτα τοῦ πονηροῦ συνεῖσα, τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα τὴν βαρυτάτην ἐκείνου μάστιγα κατ' αὐτοῦ καλοῦσα ἀφανῆ τοῦτον παραχρῆμα ἐποίει· εἶτα μεταστειλαμένη διηγεῖσθαι ἅπερ εἶδέ τε καὶ ἀκήκοεν ἄφνω τὸ ἰσχίον ὀδύνῃ βάλλεται καὶ οὕτω δριμείᾳ, ὡς ἄφωνόν τε αὐτὴν εὐθὺς καταστῆναι, καὶ μηδενὶ μηδ' ὅλως εἶναι ἀμφιδάλλειν ὅτι μὴ προφανὴς ἦν τοῦ ἐχθροῦ ἐπίθεσις. Οὕτω τῆς ὀδύνης αὐτῇ καὶ εἰς ἓξ παραταθείσης ἡμέρας καὶ κατ' ἐκείνην μάλιστα τὴν ὥραν τοῦ δεινοῦ τὴν ἐπίστασιν δεχομένου, ἐν ᾗ τὸν τε μέλανα εἶδε καὶ τὰς ἀπειλὰς ἤκουσεν, ἐπεὶ καὶ ἡ ἑβδόμη παρῆν καὶ ἡ τελευτὴ προσδόκιμος ἦν, ἐφίσταταί τις ἀπαγγέλλων αὐτῇ, ἀθρόῳ τέλει τὸν θεῖον ὅσον οὔπω κινδυνεύειν ἀποθανεῖν.

Α'. Τοῦτο ἐκείνη ἤκουσε, καίτοι σχεδὸν ἀκινήτως ἔχουσα τῇ τοῦ ἰσχίου πληγῇ, παραυτίκα βασταζομένη χερσὶ καὶ πορείῳ παρ' αὐτὸν ἄπεισιν. Ἐλύπει γὰρ αὐτὴν σφόδρα οὐ τὸ θνήσκειν ἐκεῖνον ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ θνήσκειν οὕτω τὸν τῆς ψυχῆς θάνατον, οὕπω τῆς ἐκ τοῦ βαπτίσματος ὑφθάρσίας ἠξιωμένον. Ἔπειτα φθάνει τις ἕτερος μηνύων αὐτῇ βεβαπτίσθαι τὸν ἄνδρα, καὶ ὅτι, ταύτην ἐπειδὴ πολλὰ ζητήσας οὐχ εὗρεν, ἀλλὰ νόσῳ κατέχεσθαι μεμαθήκοι, ὁδηγῶν πάλιν ἑτέρων τυχὼν, φωτὸς δι' ἐκείνων υἱὸς γίνεται, καὶ τοῦ βαπτίσματος ἀξιοῦται. Τούτων πρὸς αὐτὴν ῥηθέντων σύναμα τῇ τῆς ψυχῆς ἀλγηδόνι καὶ ἡ τοῦ σώματος εὐθὺς ὑπέληγε νόσος. Καὶ ἡ μὲν ὀσφὺς ἀνωδύνως εἶχεν· ὁ δὲ ποῦς ἐκινεῖτο, καὶ ὁ κοινὸς πολέμιος, αἰσχύνῃ συνεκαλύπτετο, ὥστε τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ αὐτή τε δι' ἑαυτῆς ᾖει, καὶ οἱ φέροντες ἀντὶ τοῦ βαστάζειν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὸ δοξάζειν εὐθὺς ἔτεινον. Εἶτα καὶ πρὸς τὸν θεῖον ἀφικομένη, καὶ λόγοις αὐτὸν ἐπιῤῥώσασα, πολλά τε περὶ ψυχῆς καὶ τῆς ἐκεῖθεν διαλεχθεῖσα ζωῆς, εὔθυμόν τε καὶ εὔελπιν ἐπὶ τὴν εἰς Θεὸν ἀπάγουσαν παραπέμπει, τοῖς καλλίστοις αὐτὸν ἐφοδίοις τῷ τιμίῳ Χριστοῦ σώματί τε καὶ αἵματι καταρτίσασα, καὶ οὕτως ἀσφαλῶς οἴχεσθαι παρασκευάσασα. Καὶ ταῦτα μὲν τοῦτον ᾠκονομήθη τὸν τρόπον· ἡ δὲ ἐνταῦθα διαγαγοῦσα μὲν ἡμέρας οὐχὶ συχνὰς, πολλὰ δὲ ἐν ὀλίγαις πολλοὺς ὠφελήσασα, καὶ πρό γε τῶν ἄλλων τοὺς περὶ τὴν βασιλίδα καὶ τὸν βασιλέα (Θεοδόσιος οὗτος ἦν) ἐπεὶ καὶ δεομένων πλείονος οὗτοι τῆς θεραπείας ἐδέοντο, ἅτε καὶ πλείονος τῇ τοῦ κόσμου δόξῃ διαχαυνούμενοι τὰς ψυχάς.

ΑΑ'. Ταῦτα καλῶς ἐκείνη καὶ θεοφιλῶς πράξασα τῆς πόλεως ἐξορμᾷ· δεινῶς γὰρ αὐτὴν ἦγε τῆς ἡσυχίας ἔρως, καὶ ᾗδη τῶν ἱερῶν ἀνεμιμνήσκετο τόπων. Ἔτυχε δὲ τότε καὶ χιόνα καταῤῥαγῆναι πολλὴν καὶ ψῦχος ἄμαχόν τι γενέσθαι καὶ δυσκαρτέρητον. Ἡ δὲ καὶ ὥρας καὶ χιόνος καὶ ἡλικίας καὶ ταχεροῦ σώ-

A Quamobrem malignus se ab ea vinci non ferens, in virum ejus conversus, et ei apparens miserabilis cum lugubri et nigra veste, accedit eam terrens, et gravia minitans, et primum quidem se ipsius imperatoris et ejus famulorum cor mutaturum, et in contrarium traducturum; deinde etiam ut miserabili exitu vitam finiret, procuraturum, gravissimis confecta doloribus. Illa autem hæc esse artem maligni intelligens, Christi nomen, quod gravissimam illi plagam affert, invocans, effecit ut is statim evanesceret. Deinde cum accersisset eum qui erat cum ipsa, sacerdotem, et incepisset narrare ea quæ viderat et audierat, sentit repente dolorem in coxendice, eumque adeo acrem, ut ea vocem amiserit, et nemo dubitaverit id esse B manifestum inimici insultum. Cum sic ei productus esset dolor ad sex usque dies, et illa hora maxime malum intenderetur, qua nigrum aspexerat et minas audiverat (aderat enim dies septimus), accedit aliquis, renuntians patruum venisse in periculum, ne repentina morte vitam mox finiret.

Ζ'. Ἰδὼν δὲ ταῦτα ὁ ἡγεμὼν ἠλλοίωσεν αὐτοῦ τὴν ὄψιν, καὶ ἐμμανὴς γενόμενος σφόδρα βρύξας ὥσπερ λέων, καί προτήσας τὰς χεῖρας αὐτοῦ ἐθυμώθην λίαν κατὰ τῶν στρατιωτῶν, καὶ εἶπεν· Ὦ κάκιστοι καὶ δεινοὶ ὑπηρέται, διὰ τί οὐ κατέσχετε τοὺς θεοὺς ἵνα μὴ ἐμβληθῶσιν ἐν τῷ βυθῷ λίμνης ; Οἱ δὲ στρατιῶται ἀποκριθέντες εἶπον τῷ ἡγεμόνι· Ὦ κράτιστε ἡγεμὼν, δόλον σοιέλάλησαν αἱ γυναῖκες αὗται· κατεπόντισαν τοὺς θεοὺς σου. Ἡμεῖς δὲ μὴ γινώσκοντες τοῦτο οὐκ ἐκρατήσαμεν αὐτάς. Αἱ δὲ τίμιαι ἐκεῖναι καὶ ἅγιαι γυναῖκες εἶπον· Θεὸς
D ἀληθινὸς δόλον οὐ πάσχει, εἰ μὴ ξύλα κωφὰ καὶ λίθοι καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς. Τότε ἐμμανὴς γενόμενος ὁ ἡγεμὸν ἐκέλευσεν ἐγκαῆναι κάμινον σφοδροτάτην, καὶ μόλιβδον λυθῆναι, καὶ κτένια σιδηρᾶ ἐνεχθῆναι, καὶ ἑπτὰ συμψέλλια χαλκᾶ πυρωθῆναι, ἁπλωθῆναι καὶ ὀθόνην λαμπρὰν ἐν ἑτέρῳ τόπῳ· καὶ εἶπε πρὸς τὰς ἁγίας· Ἐκλέξασθε ἓν ἐκ τῶν δύο. ἢ προσκυνῆσαι καὶ θῦσαι

τοῖς θεοῖς, καὶ σῶσαι τὰς ψυχὰς ὑμῶν περιπατοῦσι ἐν τῇ ὀθόνῃ, ἣ μὴ βουλομέναις πειραθῆναι τοῖς ἡτοιμασμένοις ὑμῖν κολαστηρίοις. Μία δὲ ἐξ αὐτῶν ἔχουσα παιδία δύο ἁρπάσασα τὴν ὀθόνην ἐμβαλοῦσα εἰς τὴν κάμινον κατέκαυσεν αὐτήν. Τὰ δὲ παιδία εἶπον πρὸς τὴν μητέρα αὐτῶν· Τιμία ἡμῶν μῆτερ, μὴ ἀφῇσῃς ἐπὶ τῆς γῆς ταύτης ἀπογέσθαι, ἀλλ' ὡς ἐνέπλησας ἡμᾶς τοῦ καλοῦ καὶ ἀδόλου καὶ γλυκυτάτου σου γάλακτος, οὕτως ἔμπλησον ἡμᾶς καὶ τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.

A iis, habens duos pueros, rapuit linteum et injecit in fornacem et id combussit. Pueri autem dicebant matri suæ: Veneranda mater nostra, ne sinas nos in hac terra interire: sed quomodo nos implevisti pulchro et suavissimo tuo lacte, nos quoque imple regno cœlorum.

Η'. Ὁ δὲ ἡγεμὼν ἐκέλευσε κρεμασθῆναι αὐτὰς, καὶ ξέεσθαι αὐτῶν τὰς σάρκας μετὰ τῶν κτενίων τῶν σηδηρῶν. Οἱ δὲ στρατιῶται ἐθεώρουν ὅτι ἀντὶ αἵματος γάλα ἔῤῥεον αἱ σάρκες αὐτῶν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αἱ σάρκες αὐτῶν ἐωρῶντο λαμπραὶ ὡσεὶ χιών, ὅτι ἄγγελοι Κυρίου κατελθόντες καὶ θεραπεύσαντες ἔλεγον αὐταῖς· Μὴ φοβεῖσθε· ὁ καλὸς γὰρ ἐργάτης ἀρξάμενος ἐν θέρει καὶ τελέσας, καὶ εὐλογηθεὶς παρὰ τοῦ ἐργοδότου, καὶ λαβὼν τὸν μισθὸν αὐτοῦ, χαίρων πορεύεται εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ. Οὕτως οὖν καὶ ὑμεῖς ἀγωνίσασθε, ὅπως ἀπολάβητε παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὴν αἰώνιον καὶ ἀτελεύτητον ζωήν. Τότε ὁ ἡγεμὼν ἐκέλευσεν κατενεχθείσας αὐτὰς βληθῆναι ἐν τῇ καμίνῳ. Καὶ βληθέντων αὐτῶν εὐθέως ἐπαύθη τὸ πῦρ, καὶ ἐξεβλήθησαν ἐκ τῆς καμίνου αἱ ἅγιαι γυναῖκες ἀβλαβεῖς φυλαχθεῖσαι τῇ τοῦ Κυρίου χάριτι. Λέγει οὖν πρὸς αὐτὰς ὁ ἡγεμών· Ἀπορῤῥίψαντες τὰς γονατείας ὑμῶν προσέλθετε καὶ θύσατε τοῖς θεοῖς μου. Αἱ δὲ ἅγιαι ἑπτὰ γυναῖκες ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εἶπον αὐτῷ· Μή σοι γένηται τοῦτο, κύων αἱμοπότα, ἵνα ἡμεῖς καταλείψωμεν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ προσκυνήσωμεν λίθους καὶ ξύλα ὁμοιά σου κωφὰ καὶ ἀναίσθητα. Τὸ λοιπὸν ποίει ὃ βούλει εἰς ἡμᾶς· καὶ γὰρ καὶ ἡμεῖς κεκλημέναι ἐσμὲν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. Τότε χολέας ὁ ἡγεμὼν ἔδωκεν τὴν κατ' αὐτῶν ἀμόφασιν, καὶ λαβόντες οὗτοι οἱ δήμιοι ἀπήγαγον ἐπὶ τὸν προκείμενον αὐταῖς τόπον.

VIII. Præses autem jussit eas suspendi, et earum carnes lacerari pectinibus ferreis. Videbant vero milites ex earum carnibus manere lac pro sanguine. Quin etiam earum carnes cernebantur ut nix candidæ. Angeli enim Domini, qui descenderant, cum eas curassent, dicebant eis: Ne timeatis. Bonus enim operarius cum æstate inceperit et perfecerit, et a domino operis fuerit benedictus, et mercedem ejus acceperit, lætus vadit in domum suam. Sic ergo vos quoque decertate et a Servatore nostro Jesu Christo æternam et quæ nunquam desinit vitam accipiatis. Tunc præses jussit eas depositas jaci in caminum. Cum autem jactæ fuissent, protinus cessavit ignis, et ejectæ sunt ex fornace illæsæ conservatæ sanctæ mulieres. Dicit vero eis præses: Abjectis vestris præstigiis, accedite, et diis meis sacrificate. Sanctæ autem septem mulieres, tanquam uno ore dixerunt ei: Ne tibi bene sit, o fili diaboli, ut nos relinquamus Dominum nostrum Jesum Christum, et adoremus lapides et ligna, quæ sunt similiter atque tu, surda et nullo sensu prædita. De cætero fac in nos, quod velis. Nam nos quoque vocatæ sumus in regnum cœlorum. Tunc ira percitus præses, tulit in eas sententiam: et accipientes eas lictores, duxerunt eas ad locum eis propositum.

Θ'. Αἱ δὲ ἅγιαι ἑπτὰ γυναῖκες ἐλθοῦσαι ἐν τῷ τόπῳ ᾧ ἔμελλον τελειοῦσθαι παρεκάλουν τοὺς δημίους λέγουσαι· Συγχωρήσατε ἡμῖν προσεύξασθαι ἐπὶ μικρόν· καὶ κλίνασαι τὰ γόνατα αὐτῶν ἐπὶ τὴν γῆν εἶπον οὕτως· Δόξα σοι τῷ μεγάλῳ καὶ δεδοξασμένῳ ἡμῶν Θεῷ, δόξα σοι τῷ βασιλεύοντι εἰς αἰῶνας Ἰησοῦ Χριστοῦ, δόξα σοι τῷ ἡμᾶς καλέσαντι ἐν τῇ ὁδῷ τῆς ἀγαθότητός σου. Τίς γὰρ θεὸς μέγας ὡς σὺ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ ἀποχωρίσας ἡμᾶς ἐκ τοῦ σκότους καὶ καλέσας εἰς τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν καὶ γλυκύτατον; Διὸ δεόμεθά σου, Κύριε, συναρίθμησον καὶ ἡμᾶς ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ πρωτομάρτυρί σου Θέκλῃ προσδεχόμενος τὴν πρεσβείαν τοῦ ὁσιωτάτου πατρὸς ἡμῶν καὶ ποιμένος Βλασίου τοῦ ὁδηγήσαντος ἡμᾶς πρὸς τὴν ἄθλησιν ταύτην καὶ ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου σου ζωῆς. Ταῦτα τοίνυν εὐξάμεναι αἱ ἅγιαι γυναῖκες καὶ ἀναστᾶσαι ἐκ τοῦ ἐδάφους, καὶ ἐκτείνασαι τὰς χεῖρας αὐτῶν καὶ ἀνανεύσασαι τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ καὶ μιᾷ ψυχῇ εἶπον πρὸς τὸν Θεόν· Δόξα σοι, Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ καταξιώσας ἡμᾶς εἰς τὸ θυσιαστήριόν σου τοῦτο παραστῆναι ὡς ἀσπίλους ἀμνάδας καὶ λογικάς. Πρόσδεξαι οὖν, Δέσποτα, καὶ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐν τῷ

IX. Sanctæ autem septem mulieres cum venissent ad locum, in quo erant consummandæ, rogarunt lictores, dicentes: Concedite nobis, ut parumper precemur: et flexis in terram genibus, sic dixerunt: Gloria tibi, magno et glorificato nostro Deo; gloria tibi Christe, qui regnas in sæcula, qui nos vocasti in viam bonitatis tuæ. Quis est enim magnus, sicut tu Deus noster, qui nos fecisti recedere a tenebris, et vocasti nos ad veram lucem et suavissimam? Quamobrem rogamus te, Domine, nos connumera cum prima martyre tua Thecla, accipiens intercessionem sanctissimi patris nostri et pastoris Blasii, qui deduxit nos ad hanc veritatem et fruitionem vitæ æternæ. Hæc cum sanctæ fuissent precatæ mulieres, et e solo surrexissent, et manus suas extendissent, et oculis in cœlum suspexissent, mundo corde et uno animo Deo dixerunt: Gloria tibi, Domine Deus noster, qui nos dignatus es sistere ad hanc tuam aram, tanquam agnas immaculatas et ratione præditas, nostras quoque animas suscipe in cœlesti tua ara, ut bonus et benignus. Pueri autem accedentes ad matrem, dixerunt ei: Mater, coronæ nobis s

paratæ apud Deum cœlestem. Nos ergo et commenda sanctissimo et forti athletæ, episcopo nostro et pastori Blasio. Tunc spiculator abscidit capita septem sanctarum mulierum, et occulte fuerunt consummatæ.

σκόπῳ ἡμῶν καὶ καλῷ ποιμένι Βλασίῳ τῷ ἀοιδίμῳ. ἁγίων γυναικῶν, καὶ ἐτελειώθησαν ἐν Κυρίῳ μηνὶ Φεβρουαρίῳ.

X. Post hæc autem jubet præses sanctum Blasium educi e custodia. Quo educto, dicit ei : Diisne modo sacrificas, annon? Dicit ei sanctus Blasius : Miser, cum sis cæcus, non vides veram lucem. Quis enim homo, qui Deum vivum unquam cognovit, mortuis simulacris sacrificat, aut ea adorat? Tu ergo tenebris involute et inique, scias te Deum vivum dimis isse, et adorare lapides nullo sensu præditos. Sed ego non timebo minas tuas. Ut vis ergo, me torque. Trado tibi carnes meas : Deus autem habet animæ potestatem. Præses dicit sancto : Si te projecero in lacum, quid tibi proderit, quem dicis, Christus, quem etiam adoras? Dixit sanctus Blasius : Cæce et nullo sensu prædite, adulterina adoras, et putas te esse salvum. Ego autem Christum vivum colens, non ostendam tibi in aqua Dei mei virtutes? Tunc jussit præses eum jaci in lacum. Sanctus vero præveniens, obsignavit aquam : quæ stetit perinde ac si fuisset pons. Sedensque in medio lacus, dixit lictoribus : Si habetis deos, ostendite eorum virtutes, et vos quoque ingredimini. Statimque ingressi sexaginta et octo viri, submersi sunt in profundo aquæ. Tunc angelus Domini descendens ad sanctum, dicit ei : Gratia plena et præclara anima, Dei pontifex, egredere ex aqua, et accipe a Deo tibi paratam æternam coronam.

ψυχὴ, ἀρχιερεῦ τοῦ Θεοῦ, ἔξελθε ἐκ τοῦ ὕδατος, καὶ στέφανον αἰώνιον.

XI. Sanctus autem Blasius cum ex aqua surrexisset, tanquam super terram ambulans, est egressus, et resplenduit facies ejus sicut lux, adeo ut mirarentur, qui eum videbant. Præses vero dixit ei : Adeone, o miser, statuisti diis non sacrificare? Dixit sanctus Blasius : Scias, tyranne sanguivore, me esse servum Christi, et nunquam dæmonibus esse sacrificaturum. Tunc ira percitus præses, tulit in eum sententiam, dicens : Blasius, qui mihi non paruit, et imperatorem contempsit, et deos probris affecit, et sexaginta octo viros perdidit, gladio truncetur capite simul cum duobus pueris. Accepta autem sententia, cum venisset ad locum, stans sanctus, precatus est Dominum, dicens : Domine Deus virtutum, qui me liberasti a simulacris, qui tenebras fecisti lucem, et errorem veritatem, qui sedes super Cherubim, et aperis cataractas cœlorum, qui extendis arcum tuum in manu tua, qui diabolum humilem et abjectum reddidisti, et draconem confixisti, audi me servum tuum, et quicunque ad hanc aram tuam accesserit, et quamcunque spinam aut os devoraverit, aut variis fuerit vexatus morbis; aut in afflictione fuerit,

A ἐπουρανίῳ σου θυσιαστηρίῳ ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος. Τὰ δὲ παιδία προσελθόντα τῇ ἰδίᾳ μητέρι εἶπον αὐτῇ· Μῆτερ, οἱ στέφανοι ἡμῶν ἕτοιμοι εἰσι παρὰ τῷ ἐπουρανίῳ Θεῷ· παράθου οὖν ἡμᾶς τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ γενναίῳ ἀθλητῇ τοῦ Χριστοῦ, τῷ ἐπι- Τότε ὁ σπεκουλάτωρ ἀπέτεμε τὰς κεφαλὰς τῶν ἑπτὰ

Ι΄. Μετὰ δὲ ταῦτα κελεύει ὁ ἡγεμὼν ἀχθῆναι τὸν ἅγιον Βλάσιον ἐκ τῆς φρουρᾶς. Ἀχθέντος δὲ αὐτοῦ εἶπε πρὸς αὐτόν· Κἂν ἄρτι θύεις τοῖς θεοῖς ἢ οὔ; Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ ἅγιος Βλάσιος· Ἄθλιε τυφλὸς ὢν οὐχ ὁρᾷς τὸ φῶς τοῦ Θεοῦ τὸ ἀληθινόν. Τίς γὰρ ἀνθρώπων ποτὲ γνωρίσας Θεὸν ζῶντα, εἰδώλοις νεκροῖς θύει ἢ προσκυνεῖ; Σὺ οὖν, ἐσκοτισμένε καὶ ἄνομε, γνῶθι ὅτι Θεὸν ζῶντα ἀφῆκας, καὶ λίθοις ἀναισθήτοις προσκυνεῖς. Ἀλλ' ἐγὼ οὐ φοβηθήσομαι τὰς ἀπειλάς σου. Ὡς θέλεις οὖν, οὕτως με βασάνισον. Τὰς σάρκας μου παραδίδωμί σοι· τῆς δὲ ψυχῆς B ὁ Θεὸς ἐξουσιάζει. Ὁ ἡγεμὼν λέγει πρὸς τὸν ἅγιον· Ἐὰν ῥίψω σε ἐν τῇ λίμνῃ, τί σε ὠφελήσῃ ἐπὶ τοῦ ὕδατος ὃν λέγεις Χριστὸν, ὃν καὶ προσκυνεῖς; Ὁ ἅγιος Βλάσιος εἶπεν· Τυφλὲ καὶ ἀναίσθητε, κἰδηλα προσκυνεῖς ἄψυχα, καὶ νομίζεις σωθῆναι· ἐγὼ δὲ Θεῷ ζῶντι λατρεύων οὐ δείξω σοι τὰς τοῦ Θεοῦ μου δυνάμεις ἐν τῷ ὕδατι; Τότε οὖν ἐκέλευσεν ὁ ἡγεμὼν βληθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ λίμνῃ. Ὁ δὲ ἅγιος προλαβὼν κατεσφράγισεν τὸ ὕδωρ. Καὶ τούτου γενομένου ἕστη ὥσπερ γέφυρα, καὶ καθεσθεὶς ἀνὰ μέσον τῆς λίμνης ὁ μακάριος Βλάσιος εἶπε πρὸς τοὺς δημίους· Εἰ ἔχετε θεοὺς, δείξατε τὰς δυνάμεις αὐτῶν, καὶ εἰσέλθετε καὶ ὑμεῖς ὧδε πρός με. Καὶ εὐθέως εἰσελθόντες ἑξηκονταοκτὼ ἄνδρες κατεποντίσθησαν εἰς τὸν βυθὸν C τοῦ ὕδατος. Τότε ἄγγελος Κυρίου κατελθὼν πρὸς τὸν ἅγιον λέγει αὐτῷ· Κεχαριτωμένη καὶ λαμπρὰ τὸν παρὰ τοῦ Θεοῦ σοι ἡτοιμασμένον

ΙΑ΄. Ὁ δὲ ἅγιος Βλάσιος ἀναστὰς ἀπὸ τοῦ ὕδατος περιπατῶν ὡς ἐπὶ γῆς ἐξῆλθεν ἀβλαβὴς, καὶ ἔλαμψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ὥσπερ φῶς, ὥστε θαυμάζειν τοὺς ὁρῶντας αὐτὸς πάντας. Ὁ δὲ ἡγεμὼν εἶπε πρὸς αὐτόν· Τοσοῦτον ἔκρινας, ἄθλιε, τοῦ μὴ θῦσαι τοῖς θεοῖς; Ὁ ἅγιος Βλάσιος εἶπε· Γίνωσκε, τύραννε καὶ αἱμοπότα, ὅτι Χριστοῦ δοῦλός εἰμι, καὶ οὐ θύω δαίμοσί ποτε. Τότε χολέσας· ὁ ἡγεμὼν ἔδωκε κατ' αὐτοῦ τὴν ἀπόφασιν λέγων· Βλάσιος ὁ ἐμοὶ ἀπειθήσας καὶ τοῦ αὐτοκράτορος βασιλέως καταφρονήσας καὶ τοὺς θεοὺς πλεῖστα ἀτιμάσας καὶ τοὺς ἑξηκοντοκτὼ ἄνδρας ἐν τῷ βυθῷ τῆς λίμνης ἀπολέσας, ξίφει ἀποτμηθήτω τὴν κεφαλὴν ἅμα τοῖς δυσὶ παιδίοις. Λαβὼν δὲ τὴν ἀπόφασιν ὁ μακάριος, καὶ ἐλθὼν ἐπὶ D τὸν τόπον, στὰς ὁ ἅγιος προσηύξατο πρὸς Κύριον λέγων· Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, ὁ ῥυσάμενός με ἀπὸ τῶν εἰδώλων, ὁ τὸ σκότος φῶς ποιήσας καὶ τὴν πλάνην ἀλήθειαν, ὁ καθήμενος ἐπάνω τῶν χερουβὶμ, καὶ ἀνοίγων καταῤῥάκτας οὐρανῶν, ὁ ἐκτείνας τὸ τόξον σου ἐν τῇ χειρί σου, ὁ τὸν διάβολον ταπεινώσας, καὶ τὸν δράκοντα καθηλώσας, ἐπήκοός μου γενοῦ τοῦ δούλου σου καὶ ὅστις ἂν προσέλθῃ τῷ θυσιαστηρίῳ σου, τούτῳ καὶ οἰανοῦν ἄκανθα ἢ βοτοῦν

καταπολει ἡ ποικίλαις νόσοις περιπέσοι ἢ ἐν θλίψει ἢ ἐν ἀνάγκῃ διωγμοῦ ὑπάρχοι, πλήρωσον ἑκάστου τὸ αἴτημα τῆς καρδίας, Δέσποτα, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τοῖς κατ' ἔτος ἐπιτελοῦσι τὴν μνήμην μου ἐν ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ τῶν πενήτων σου μεμνημένοις μισθὸν οὐράνιον δώρησαι καὶ ζωὴν τὴν αἰώνιον· ὅτι δεδοξασμένος ὑπάρχεις πάντοτε νῦν καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν. Ταῦτα δὲ αὐτοῦ προσευξαμένου κατῆλθεν ὁ Χριστὸς ὥσπερ νεφέλη ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἐπεσκίασεν αὐτὸν, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ Σωτὴρ· Ἀθλητά μου ἠγαπημένε Βλάσιε, πάντα τὰ αἰτήματα αὐτῶν πληρώσω διὰ σὲ, καὶ οὐ μόνον ταῦτα, ἀλλὰ καὶ καθὼς ἐπηύξω τῇ χήρᾳ ποιήσω, καὶ εὐλογήσω πάντα τὸν οἶκον τὸν ποιοῦντα τὴν μνήμην σου, καὶ τὰ ταμιεῖα αὐτῶν ἐμπλήσω πάσης ἀγαθωσύνης διὰ τὴν καλὴν σου ὁμολογίαν καὶ πίστιν τὴν εἰς ἐμέ· καὶ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν συγχωρήσας ζωὴν αἰώνιον δωρήσομαι αὐτοῖς. Ταῦτα τοίνυν λαλήσαντος τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα Βλάσιον, ἐξενέγκας αὐτὸν ὁ σπεκουλάτωρ σὺν τοῖς δυσὶ βρέφεσιν ἐκ τοῦ προιτωρίου ἐκτὸς τοῦ τείχους ἐπὶ πέτρας μηνὶ Φεβρουαρίῳ ἑνδεκάτῃ. Πιστοὶ δὲ ἄνδρες καὶ εὐλαβεῖς κατέθεντο αὐτὸν ἐνταφιάσαντες ἐν αὐτῷ τῷ μετ' ἐπιμελείας πολλῆς ἔνθα καὶ μέχρι τοῦ νῦν πολλαὶ δυνάμεις καὶ ἰάσεις ἐπιτελοῦνται εἰς δόξαν Θεοῦ.

ΙΒ'. Μαθοῦσα δὲ καὶ ἡ τιμία καὶ εὐσεβὴς γραῦς τὴν τελείωσιν τοῦ ἁγίου καὶ μακαρίου ἱερομάρτυρος Βλασίου ἐπετέλεσε τὴν μνήμην αὐτοῦ κατὰ τὸ σχῆμα ὃ ἐποίησεν ἐν τῇ φυλακῇ· καὶ οὐ μόνον συγγενεῦσιν ἀπήγαγε τὰς ἐκ τῶν σπερμάτων τῆς γῆς εὐλογίας καὶ τῶν λοιπῶν ἐδωδίμων, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσι φίλοις καὶ γνωστοῖς οἵτινες ἀντιμιμησάμενοι πάλαι ἐν τῷ καιρῷ τῷ αὐτῷ ἀνέπεμψαν οὐ μόνον τῇ αὐτῇ πιστῇ χήρᾳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς αὐτῶν φίλοις καὶ συγγενέσιν. Ὅθεν ἕκτοτε μέχρι καὶ νῦν διεδόθη τοῦτο τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ὑπόδειγμα μέχρι τῆς σήμερον ἐν πᾶσι τοῖς πιστως ἐπιτελοῦσι τὴν τιμίαν καὶ σεπτὴν μνῆμην τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Βλασίου μετὰ λαμπάδων καὶ ὕμνων καὶ εὐωχίας πολλῆς εἰς δόξαν Θεοῦ παντοκράτορος καὶ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ δοξαζομένου ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος ἅμα τῷ ἁγίῳ Πατρὶ σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A aut in necessitate persecutionis, imple uniuscujusque cordis petitionem, Domine, ut bonus et clemens : quoniam es semper glorificandus nunc et in sæcula. Cum hæc autem esset precatus, Christus descendit de cœlo tanquam nubes, et eum obumbravit, et dicit ei Servator : Omnes petitiones eorum implebo propter te, athleta mi dilecte. Non hæc autem solum, sed etiam faciam, ut precatus es viduæ, et benedicam omnem domum, quæ tui celebrat memoriam, et penaria eorum replebo omnibus bonis propter pulchram tuam confessionem et fidem, quam in me habes. Hæc cum Dominus locutus esset martyri, cum eum antea eduxisset spiculator e prætorio cum duobus infantibus, capita eis amputavit in Sebastea B civitate, intra mœnia supra petram, undecimo mensis Februarii. Fideles autem et pii viri posuerunt eum in ipso loco, ubi etiam usque in hodiernum diem multæ curationes peraguntur ad Dei gloriam.

XII. Cum vero accepisset veneranda et pia anus consummationem beati martyris Blasii, celebravit ejus memoriam eo ritu, quo celebravit in custodia : et non solum cognatis misit ex seminibus terræ benedictiones et ex reliquis, sed etiam omnibus amicis. Qui vicissim imitantes, rursus in eodem tempore remiserunt non solum fideli viduæ, C sed etiam omnibus suis amicis, et cognatis. Unde etiam traditum est hoc pulchrum et bonum exemplum usque in hodiernum diem omnibus, qui fideliter peragunt venerandam memoriam sancti martyris Blasii, cum lampadibus et hymnis et magno epulo : ad gloriam omnipotentis Dei et Domini nostri Jesu Christi : cui gloria et potentia simul cum sancto et vivifico Spiritu, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

MENSIS APRILIS.

ΑΘΛΗΣΙΣ

ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΑΚΕΨΙΜΟΥ

ΙΩΣΗΦ ΚΑΙ ΑΕΙΘΑΛΟΥ.

CERTAMEN

SANCTORUM ET GLORIOSORUM MARTYRUM

ACEPSIMÆ

JOSEPH ET ÆITHALÆ.

(Acta SS. Bolland, ad diem 2 Aprilis, Græce in cod. Paris. 1481.)

I. Furebat in Christianos Saporius rex Persa- A rum, et Magis, qui erant pars Persarum, jussit ut eos persequerentur. Qui etiam acrius invadentes, eos quos persequebantur, cogebant colere ignem et solem. Qua de causa beatus quoque Acepsimas ab eis comprehenditur, qui ortus quidem erat ex patria Naesson (quæ est quidem sita in finibus Persarum; est autem episcopali ornata dignitate), ætate senex, ut qui esset octoginta annos natus: senex prudentia, mitis et moderatus, ab ira alienus, abstinenter vitam agens, egenos impertiens suis facultatibus, intentus orationibus, forma elegans, anima elegantior, et externis motibus iis qui illos cernebant, significans internam constitutionem, et factis et verbis pietatem enuntians, et vitæ et rectorum dogmatum magister effectus Christia- B nis. Quo factum est, ut totam adversariorum aciem tanquam adversus fortissimum antagonistam in se evocaverit. Circa quem quidem, etiam antequam comprehenderetur, fit tale quid prophetice:

II. Puer quidam demulcebat ejus caput, purgans a pediculis, qui ei afferebant molestiam. Id ergo amplexus: Beatum est, inquit, hoc calvum caput [illegible] glabrum quod quidem propter Christum [illegible] martyrium. Ille autem verbo fuit lætatus, statim vicissim complexus: Fiat mihi

A'. Ἐλύττα κατὰ Χριστιανῶν Σαπώριος ὁ Περσῶν βασιλεὺς, τοῖς μάγοις τε μέρος οὖσι Περσῶν τὸν κατ' αὐτῶν ἐπέτρεπε διωγμόν. Οἳ καὶ ἰταμώτερον ἅτε ζηλωταὶ τῶν πατρῴων ἐθῶν, τοῖς διωκομένοις ἐπιτιθέμενοι πυρί τε καὶ ἡλίῳ τὸ σέβας νέμειν ἐξεβιάζοντο. Οὗ δὴ χάριν καὶ Ἀκεψιμᾶς ὁ μακάριος ὑπ' αὐτῶν συλλαμβάνεται ὃς ἐκ πατρίδος μὲν ὥρμητο Ναησσῶν (ὑπὸ τὰ Περσῶν ὅρια αὕτη τυγχάνει κειμένη ἐπισκοπικῷ δὲ τετίμητο ἀξιώματι), γηραιὸς τὴν ἡλικίαν ἔτος που ὀγδοηκοστὸν γενόμενος, γηραιὸς τὴν φρόνησιν, πρᾶος, ἀόργητος, ἐγκρατείᾳ σύζων, τοῖς δεομένοις τῶν ὄντων μεταδιδοὺς, προσευχῆς ἐπιμελόμενος, χαρίεις τὸ εἶδος, χαριέστερος τὴν ψυχὴν, καὶ τῷ ἐκτὸς ἤθει, τὴν ἐντὸς κατάστασιν τοῖς ὁρῶσι διασημαίνων, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ τὴν εὐσέβειαν καταγγέλλων, διδάσκαλος Χριστιανοῖς καὶ βίου καὶ δογμάτων. Ἐξ οὗ καὶ τὴν τῶν ἐναντίων παράταξιν, ἅτε πρὸς ἰσχυρότατον ἀνταγωνιστὴν, εἰς ἑαυτὸν ὅλην ἐξεκαλέσατο, περὶ ὃν δὴ καὶ πρὸ τοῦ συλληφθῆναι τοιοῦτόν τι προφητικῶς γίνεται.

B'. Παῖς τις κατέψα τὴν αὐτοῦ κεφαλὴν, τῶν ἐνοχλούντων φθειρῶν ἐκκαθαίρων. Τοῦτον οὖν ἀσπασάμενος, Μακαρία, εἶπεν, ἡ φαλάκρα αὕτη ἐψιλώθη γὰρ, ἥτις ἄρα καὶ διὰ Χριστὸν μαρτυρήσει. Ὁ δὲ ἥσθη τῷ ῥήματι, καὶ τὸν παῖδα παραυτίκα ἀντασπασάμενος, Γένοιτό μοι, τέκνον, ἔφη, κατὰ τὸ ῥῆ-

ριά σου. Ἐπεὶ δέ τις συνήθης καὶ φίλος τῷ μακαρίῳ Ἀκεψιμᾷ λεγομένων τούτων παρῆν, ἐπίσκοπος δὲ καὶ αὐτὸς τῆς ἐν γειτόνων πόλεως ἦν, ἤρετο τὸ παιδίον ὑπομειδιῶν, Εἶπέ μοι, τέκνον, εἰπὲ, εἴ τι καὶ παρ' ἡμῶν ἔγνωκας. Ὁ δέ γε θεοφορούμενος παῖς, Καί σοι, ἔφη, πρὸς τὴν πόλιν ἐπανιόντι τὴν σὴν οὐκ ἐξέσται ταύτην ἰδεῖν, ἀλλὰ κατὰ τὴν κώμην Ἀθρωδαρὰν καταλύσεις τὸν βίον· ἃ δὴ καὶ ἀμφοτέροις κατὰ τὴν τοῦ παιδὸς ἐξέβαινε πρόρρησιν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρὸ τοῦ τὸν μάρτυρα συλληφθῆναι.

Γ'. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἐάλω καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ οἰκίας ἤγετο, τῶν συνήθων τις πλησίον γενόμενος. Διάταξαί τι περὶ τοῦ οἴκου, σοι πρὸς τὸ οὖς αὐτῷ ἔφη. Ὁ δὲ, Αὕτη ἡ οἰκία, τῇ χειρὶ δείξας, οὐκ ἔστιν οἰκία μου· ἐγὼ γὰρ ἤδη πρὸς τὴν ἄνω ὅσον οὔπω καὶ μετοικίζομαι. Ἐν τῇ πόλει δὲ Ἀρβῇ γεγονὼς καὶ τῷ τῶν μάγων ἀρχηγῷ παραστάς (ὄνομα αὐτῷ Ἀδραχὸς γὰρ ἦν), εἰ Χριστιανὸς εἴη ἐπηρώτατο. Ὡς δὲ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τοῦτο εἶναι διωμολόγησεν, Οὐκοῦν ἀληθῆ, ἔφη, τὰ περὶ σοῦ φημιζόμενα, ὡς βασιλικῶν τε εἴης προστάξεων καταφρονῶν, καὶ ὡς ἕνα κηρύττεις Θεὸν ἀπεναντίας τῷ βασιλικῷ δόγματι. Τὸ δὲ μακάριον ἐκεῖνο γῆρας οὐδὲν ὑποδειλιάσαν, Πάντα ὅσα, φησὶ, τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ἀκήκοας ἀληθῆ τυγχάνουσιν ὄντα. Ἕνα γὰρ κηρύσσω Θεὸν κατὰ τὰς παρ' ἡμῶν θείας Γραφὰς καὶ τοῖς ὡς ἐμὲ φοιτῶσι τούτου πρεσβευτὰς εἶναι τοῦ δόγματος ὑποτίθημι. Καὶ ὁ μάγος· Φρονήσει σε διαφέρειν τῶν πολλῶν ἀκηκόαμεν, ἤ τις τῷ μακρῷ χρόνῳ καὶ τῇ πείρᾳ δοκιμωτέρα καθίσταται. Νῦν δὲ οὐχ οὕτως ὥσπερ ἠκούσαμεν καὶ ὁρᾷν πάρεστι· διάκεισαι γὰρ παιδὸς ἀφραίνοντος κατ' οὐδὲν ἄμεινον· ἐπεί που τοῦτο συνέσεως ἢ καλῶς ἐχούσης φρενὸς, τῷ βασιλικῶν δογμάτων καταφρονεῖν καὶ μὴ προσκυνεῖν ἐθέλειν τῷ τε ἡλίῳ καὶ τῷ πυρὶ, οἷς δῆτα καὶ βασιλεὺς αὐτὸς προσκυνεῖ. Ὁ τοῦ Χριστοῦ ἀρχιερεὺς ἀπεκρίνατο. Πολλά μοι δοκεῖ ἡ τῶν Περσῶν ἀνοηταίνειν ἀρχὴ, ὅτι τοῦ κτίσαντος ἀφεμένη λατρεύειν ἔγνω τοῖς κτίσμασι. Τίς γὰρ εὐφρονῶν τὸ τοῦ Θεοῦ σέβας τοῖς ὑπὸ Θεοῦ περιθεῖναι πεποιημένοις ἀνέξοιτο, ὥσπερ ὑμεῖς ποιεῖτε, ἀνόσια δρῶντες, καὶ αὐτός γε οὗτος ὁ ὑμέτερος βασιλεύς; Ὁ δὲ, Ἀνόσια δρᾷν ἡμᾶς λέγειν τολμᾷς, ἔφη, τηλικούτῳ προσκυνοῦντας στοιχείῳ καὶ ζωογόνῳ ἡλίῳ λατρεύοντας, ἀνόσιε τάληθὲς σὺ καὶ λῆρε καὶ ματαίου προστάτα θρησκεύματος; Ἀλλ' εἰ μὴ τῷ τοῦ βασιλέως εἶξεις προστάγματι, καὶ προσκυνήσεις οἷς ἄρα καὶ αὐτὸς προσκυνεῖ, οὔτε τὸ γῆράς σε τοῦ μὴ ἀνήκεστά σε παθεῖν ἐξαιρήσεται, οὔθ' ὃν λατρεύεις ἐσταυρωμένον Θεόν.

Δ' Εἶτα ὁ θεῖος πρεσβύτης, Ἐμφραχθείη σου τὸ μιαρὸν στόμα, κατάρατε, ἔφη, εἴ με δοκεῖς ταῖς ἀπειλαῖς σου μεταπείθειν, ὥστε πατρῴου δόγματος ἀποστῆναι, ὃ παιδόθεν μεμαθηκὼς καὶ εἰς τήνδε τὴν πολιὰν ἔσωσα. Εἰ δέ με οὔτε τὸ γῆρας ἐξαιρήσεται, ὡς σὺ ἔφης, οὔθ' ὃν σέβω Θεὸν, τῶν ὑμετέρων χειρῶν, οὐ παρὰ τοῦτο χεῖρον ἐγὼ τοῦ κρείττονος ἀνταλλάξομαι. Τί γάρ μοι καὶ ταῖς ὀλίγαις τοῦ ζῆν ἡμέραις; Ἐπεὶ μετ' ὀλίγον τὸ κοινὸν τοῦτο τῆς φύ-

o fili, inquit, secundum verbum tuum. Cum autem quidam familiaris et amicus Acepsimæ adesset, cum hæc dicerentur (erat vero is quoque vicinæ civitatis episcopus), subridens rogavit puerum, dicens : Dic mihi, o fili, scisne de nobis aliquid ? Puer autem a Deo inspiratus : Tibi quoque, inquit, ad tuam redeunti civitatem, non licebit eam videre, sed e vita excedes in pago, qui dicitur Æthradaran. Quæ quidem ambobus evenerunt, sicut puer prædixerat. Sed hæc quidem, antequam martyr esset comprehensus.

III. Cum autem esset captus, et duceretur per domum suam, prope accedens quidam ex familiaribus : Dispone aliquid de domo tua, ei dixit in aurem. Ille vero : Hæc, inquit (illam manu ostendens), non est amplius domus mea. Ego enim mox migro in domum supernam. Cum autem fuisset in civitate Arbel, et productus esset ante principem magorum (erat vero ei nomen Adrachus), rogavit eum, an esset Christianus. Postquam autem magna voce hoc fuisset confessus : Suntne ergo, inquit, vera quæ fama celebrantur, quod contemnas jussa regia, et quod unum prædicas Deum contra edictum regium ? Beata autem illa senectus nullo timore affecta, Quæcunquo, inquit, talia de nobis audivisti, sunt vera. Unum enim Deum prædico convenienter iis quæ sunt apud nos, Scripturis, et eis qui ad me ventitant, consulo ut hoc dogma teneant et tueantur. Magus autem : Audivimus, inquit, te aliis præstare prudentia, quæ longo tempore et experientia comprobatur ; nunc vero non, sicut audivimus, licet nobis intueri. Nihilo enim melius es affectus, quam puer insipiens. Cujus est enim sapientiæ aut sanæ mentis, decreta regia despicere, et solem splendidissimum et ignem nolle adorare, quæ quidem ipse quoque rex adorat ? Respondit Christi pontifex : Valde mihi videtur desipere imperium Persarum, quod dimisso Creatore, statuerit colere res creatas. Quis enim sanæ mentis in animum induxerit, Dei honorem tribuere iis quæ facta sunt a Deo, sicut vos facitis, vos impie gerentes, et hic ipse rex vester ? Ille autem : Nos impia, inquit, facere audes dicere, qui tale elementum adoramus et solem vivificum colimus, o tu vere impie et nugator, et vanæ defensor religionis ? Sed nisi tu cesseris jussui imperatoris, et adoraveris eos quos ipse adorat, ne senectus quidem te liberabit, quominus patiaris gravissima, neque quem colis Deum crucifixum.

IV. Deinde divinus senex : Tibi obstruatur os scelestum, o exsecrande, si putas te tuis minis mihi posse persuadere, ut deficiam a patrio dogmate, quod didici ab ineunte ætate, et ad hanc conservavi canitiem. Si autem neque me, ut dicis, eripiet senectus, neque Deus, quem colo, a vestris manibus, non ideo id quod est præstantius, mutabo deteriori. Quid enim mea interest vivere hos paucos dies ? Nam paulo post etiam absque vol

a me exigetur commune hoc naturæ debitum. Non adorabo solem, non colam ignem. Nemo meam irridebit senectutem ; nemo mihi dabit vitio, quod sim vitæ cupidus, ut qui brevi vita vendiderim tantorum bonorum beatitudinem. Propter hæc ira repletur sceleratus, et sacrosancta senectus statim flagris cæditur adeo graviter, ut sanguine quidem totum solum restagnaret, nullus autem relictus esset locus corporis illæsus. Cum vero parum esset relaxatus a plagis, jubet eum rursus vinctum catenis sisti ante tribunal. Dicebat autem : Ubi est Deus tuus, quem colis, o Acepsima ? Veniat, et te e meis manibus eripiat. Deus meus, inquit ille, o sceleratissime, qui cœlum implet et terram, potest me e tuis manibus eripere. Tu autem cum sis terra et cinis, in quem audes superbire ? sub quo sternetur putrefactio, cui vita est morte gravior, qui viventem Deum non cognoveris. Propterea tanquam flos agri exsiccaberis, et vita miserabiliter eversa, traderis igni, qui non potest exstingui : ut quem nunc adoras, illic re ipsa punitus sentias, non esse ignem Deum, sed ipsum quoque alium nosse opificem, qui est etiam Deus omnium, quæ cadunt sub aspectum.

V. His majore ira incenso mago, graviores catenæ sanctum circumligarunt et eum tunc interior accepit custodia. Die autem sequenti comprehensus etiam fuit maxime venerandus presbyter Joseph, ortus ex pago, qui vocatur Bethlabuca, quod exponitur, *recte scribentis ;* ipse quoque senex et jam intra terminos Davidicos, ut qui esset septuaginta annos natus. Senectuti autem decori erat quædam gratia, et species venerandos canos reddebat lætiores, cujus anima quidem zelum spirabat, et dogma Christianorum mirandum in modum defendebat. Summe vero is deditus erat temperantiæ, et continebatur cor ejus metu divino. Præterea autem comprehenditur etiam in primis colendus diaconus Æithalas. Eum pagus aluit Bethnoadara, vir et spiritu fervens, et qui Christi charitate valde accendebatur. Erant autem ei mores propensi ad arguendum, et pleni dicendi libertate instar magni Eliæ, ut qui vitæ, ut opinor, sequerentur libertatem et animæ puritatem. Florebat vero in eo quædam quoque gravitas, quæ ei conciliabat ab omnibus venerationem. Cum autem ambo producti fuissent ante judicem, is torvo oculo eos intuens : O genus, inquit, perditissimum ! cur in simpliciores homines irrepentes, et vestris doctrinis eorum oculos præstringentes, deducitis ad falsam Christianorum religionem ? Beatus autem dixit Joseph : Nos nec uti præstigiis, nec fallere didicimus. Verum autem et stabile dogma defendentes, eos qui erant circa religionem deducimus ad veritatem, docentes adorare unum Deum, qui est cum aliis rebus Dominus solis et ignis. Dixit vero magnus : Quodnam autem dogma est veritati consentaneum ? idne, quod rex totius terræ ipse et ejus proceres defendunt, an quod viles et abjecti homines, sicut vos, qui decepti estis, prædicant ?

A σεως χρέος καὶ ὑμῶν ἄνευ ἀπαιτηθήσομαι. Οὐ προσκυνήσω ἡλίῳ, οὐ λατρεύσω πυρί. Οὐδείς μοι καταγελάσει τῆς πολιᾶς, οὐδεὶς ἐγκαλέσει μοι τὸ φιλόζωον, βραχείας ζωῆς, ἀγαθῶν τοσούτων ἀποδεδομένῳ μακαριότητα. Θυμοῦ ἐπὶ τούτοις ὁ μιαρὸς ὑποπίμπλαται, καὶ μάστιξι τὸ ἱερὸν γῆρας εὐθὺς καταικίζεται οὕτω βαρέως ὥστε τῷ αἵματι μὲν ἅπαν περιλιμνασθῆναι τὸ ἔδαφος, μὴ καταλειφθῆναι δὲ μηδένα τόπον τοῦ σώματος ἀπαθῆ. Βραχὺ δὲ τῶν πληγῶν ἀνεθέντα ἀλύσεσι δυσὶ περιδεθέντα κελεύει πάλιν τῷ βήματι παραστῆναι, καὶ, Ποῦ ὁ Θεός σου, ὃν σέβῃ, Ἀκεψιμᾶ ; ἔλεγεν. Ἐλθέτω καὶ τῶν ἐμῶν χειρῶν ἐξελέσθω σε. Ὁ ἐμὸς, ἔφη, Θεὸς, μιαρώτατε, τὸν οὐρανὸν πληρῶν καὶ τὴν γῆν, δυνατός ἐστι καὶ τῶν σῶν χειρῶν ἐξελέσθαι με. Σὺ δὲ γῆ καὶ σποδὸς
B ὢν κατὰ τίνος ἆρα καὶ τολμᾷς ὑπερηφανεύσεσθαι, οὗ ὑποκάτω στρωθήσεται σῆψις, ᾧ ἡ ζωὴ βαρυτέρα θανάτου τὸν ζῶντα μὴ ἐγνωκότι Θεόν. Διὰ τοῦτο ὡσεὶ ἄνθος τοῦ ἀγροῦ οὕτως ζηρανθήσῃ. Ἵν' ὅπερ νῦν προσκυνεῖς, τοῦτο ἐκεῖ κολαζόμενος ἔργῳ μάθῃς οὐ τὸ πῦρ εἶναι Θεὸν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ ἕτερον εἰδέναι δημιουργὸν, ὃς καὶ πάντων ἐστὶ τῶν ὁρωμένων Θεός.

Ε'. Τούτοις θυμῷ πλείονι τοῦ μάγου διακαυθέντος, βαρύτεραι τὸν ἅγιον περιεδέσμουν ἁλύσεις, καὶ ἡ ἐσωτέρα τέως φυλακὴ ὑπεδέχετο. Τῇ δὲ ἑξῆς καὶ ὁ τιμιώτατος κατεσγέθη πρεσβύτερος Ἰωσὴφ ἀπὸ κώμη Βηθλαβουκὰ καλουμένης ὁρμώμενος ὅ τοῦ γράφοντος καλῶς ἑρμηνεύεται · γηραιὸς δὲ αὐτὸς
C καὶ τῶν Δαυϊδικῶν ἐντὸς ὅρων ἑβδομήκοντα τούτοις ὑπάρχων. Ἔπρεπε δέ τις τῷ γήρᾳ καὶ χάρις ὡρκιότης τε τὴν τιμίαν πολιὰν ἐπιμᾶλλον ἐφαίδρυνεν, ᾧ ζήλου μὲν ἔπνεεν ἡ ψυχὴ καὶ τοῦ Χριστιανῶν ἐκτόπως προίστατο δόγματος σωφροσύνης τε ἀκριβοῦς εἶχετο. Πρὸς τοῦτο καὶ ὁ σεβασμιώτατος διάκονος Ἀειθαλᾶς συλλαμβάνεται, κώμη τοῦτον ἐθρέψατο Βηθροαδαρᾶ, ἀνὴρ τότε πνεύματι ζέων καὶ τῇ τοῦ Χριστοῦ ἀγάπῃ σφοδρῶς ἐκπυρούμενος · ἐλεγκτικὸν δὲ αὐτῷ τὸ ἦθος καὶ παῤῥησίας μεστὸν τὸν Ἡλιοῦ τοῦ μεγάλου τρόπον τῷ ἐλευθερίῳ, οἶμαι, τοῦ βίου καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἐπόμενον καθαρότητι. Ἐπήνθει δέ τις αὐτῷ καὶ σεμνότης ἐκ πάντων περιποιοῦσα τῷ ἀνδρὶ τὸ αἰδέσιμον. Ἐπεὶ δὲ ἄμφω παρέστησαν τῷ δικάζοντι βλοσυρῷ ὄμματι πρὸς αὐτοὺς ἀποβλέ-
D ψας, Ὦ δυσθανάτωτον, ἔφη, γένος, ἵνα τί τοὺς τῶν ἀνθρώπων ἀφελεστέρους ὑπιόντες τῇ τῶν Χριστιανῶν ὑπάγετε θρησκείᾳ ; Ὁ μακάριος ἔφησεν Ἰωσήφ · Ἡμεῖς οὔτε γοητεύειν οὔτε ἀπατᾶν μεμαθήκαμεν · ἀληθοῦς δὲ καὶ βεβαίου προϊστάμενοι δόγματος τοὺς πλανωμένους περὶ τὸ σέβας χειραγωγοῦμεν πρὸς τὴν ἀλήθειαν, Θεὸν ἕνα διδάσκοντες προσκυνεῖν δεσπότην μετὰ τῶν ἄλλων ἡλίου τε καὶ πυρός. Καὶ ὁ μάγος φησίν · Ποῖον δὲ δόγμα ἀληθείας ἐχόμενόν ἐστιν ὅπερ ὁ πάσης γῆς βασιλεύων αὐτός τε καὶ μεγιστᾶνες αὐτοῦ πρεσβεύουσιν ἢ ὅπερ εὐτελεῖς καὶ ἠμελημένοι καθ' ἡμᾶς τοὺς ἠπατημένους κηρύττουσιν ;

Ϛ'. Εὐτελεῖς μὲν ἡμεῖς, ὁ τοῦ Χριστοῦ ἱερεὺς ἀπεκρίνατο, τοῦτο τῆς ἐντολῆς Χριστοῦ κελευούσης· ἐπεὶ οὐκ ἐν πλούτῳ καὶ ὑπερηφανίᾳ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ἡμῶν ὁδὸν ἀνθρώπου κατευθύνεσθαι· διὰ τοῦτο καὶ πολλάκις γοῦν ἑκόντες ἑαυτοὺς ταπεινοῦμεν, τὰ ὄντα πένησι προϊέμενοι, πλοῦτον ἀντιλαβεῖν αἰώνιον ἐκδεχόμενοι καὶ δόξαν τὴν οὐδέποτε διαπίπτουσαν. Σὺ δὲ ὁ ἐπὶ πλούτῳ προσκαίρῳ καὶ ματαίᾳ δόξῃ τὰ μεγάλα φυσῶν ὡς καπνὸς παρελεύσῃ, καὶ ὡς χοῦς ὑπὸ πνεύματος ἐκφυσηθήσῃ. Ὁ μάγος, Ἡμεῖς, εἶπεν, ὀκνῳ δουλούμενοι ἀργίαν τε περὶ πλείονος ἔργου ποιούμενοι περιέρχεσθε τὰς οἰκίας προσαῖταί τινες ἄθλιοι καὶ χερσὶ προσέχοντες ἀλλοτρίαις. Ἐφ' ᾧ δὲ ἐρχῆν ἐπαισχύνεσθαι, τούτῳ μᾶλλον ὑμεῖς ἐγκαυχᾶσθε· ὁ γὰρ πλοῦτος πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπέρκαστός τε δεινῶς καὶ ἀξιοσπούδαστος, οὗ τίς ὑμῖν πιστεύσει μὴ ἐρᾷν; Ὁ μακάριος, Ἐπειδὴ, φῄσιν, ἀργίαν ἡμῖν ὠνείδισας, καὶ προσαίτας ἐκάλεσας, ἐρωτῶν μάνθανε παρὰ τῶν εἰδότων ὡς εἴγε πλοῦτον ἀθλοῦσαι διὰ σπουδῆς ἡμῖν γέγονε, τοσοῦτον ἂν τῶν ἡμετέρων ἀπωνάμεθα χειρῶν ὅσος οὐδὲ σοι σχεδὸν πρόσεστιν ἀπὸ τῶν πενήτων αὐτὸν ἐρανιζομένῳ, πόνους τε ἀλλοτρίους καλαμωμένῳ. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἰδίαις χερσὶ πονούμενοι, περισμοῦ δικαίου κοινωνοῦμεν τοῖς δεομένοις· ὑμεῖς δὲ πλεονεξίᾳ προσκείμενοι οὐ μόνον οὐδ' ὁτιοῦν αὐτοὶ ἐργάζεσθε, ἀλλὰ προσαφαιρεῖσθε καὶ τὰ ἀλλότρια. Ὅτι δὲ ἡμᾶς πλούτου ἔφης ἐρᾷν, τί τὸ προσὸν ἐκείνῳ κατανοήσαντες ἀγαθὸν, προσδεδέαθαι ἂν αὐτῷ εἴχομεν; Οὐχὶ δραπέτης ἐστὶν καὶ κομιδῇ ἄπιστος; Οὐχὶ τούτῳ μὲν πρόσεστι νυν, αὖριον δὲ πρὸς ἄλλον μεταφοιτᾷ τὸν πρὸ τοῦ δεσπότην ὥσπερ ἐξαρνησάμενος; Οὐ πόνων οὗτος καὶ πολέμων δημιουργὸς ἄντικρυς; Οὐχὶ λῃστῶν καὶ κλεπτῶν ἐφέλκεται ὀφθαλμούς; Εἰ δὲ τὴν ἐκ τούτου φῂς ἣ δόξαν ἣ μέγα τι τὴν δόξαν λογίζῃ, τί τῶν ὀνείρων αὕτη διαφέρει καὶ τῶν σκιῶν; Ὀλίγον εὔφρανεν, εἶθ' ἑσπέρας καταλαβούσης, ἀπέσβη καὶ πρὸς τὸ μὴ ὂν ᾤχετο. Εἰ δὲ καὶ μικρόν τι τῷ παρόντι βίῳ συμπαραμείνοι, ἀλλ' ὁ θάνατος ἤδη κολάσεις τὸν ἐνταῦθα ταῖς ἡδοναῖς ἐφέντα διὰ παντὸς ἕξουσιν.

VI. Viles quidem et abjecti homines sumus nos, respondit Christi sacerdos, hoc jubente Christi præcepto, quoniam non in divitiis et superbia visum est Deo nostro viam hominis dirigere. Et ideo nos sæpe nostra sponte nos humiles reddimus, facultates nostras prodigentes pauperibus, pro iis nos accepturus æternas exspectantes divitias. Nam si in congregandis divitiis studium poneremus, tantum ex nostris manibus commodi percepissemus, et tantas opes collegissemus, quantas nec tibi quidem licet, qui eas colligis ex pauperibus, et metis alienos labores. Nos enim propriis manibus laborantes, juste quæsitis pauperes impertimus. Vos autem soli avaritiæ dediti et plura habendi cupiditati, non solum nihil ipsi operamini, sed præterea etiam aufertis aliena. Quoniam vero nos quoque dicis amare divitias: quodnam in eis bonum inesse animadvertentes, nos ad eas parandas defigeremus? Non sunt eæ fugitivæ et valde infideles? Non hodie quidem huic adsunt, cras vero migrant ad alium, priori domino quodammodo abnegato? Non magnam in eum, qui possidet, concitant invidiam? Non eæ labores et bella aperte architectantur? Non latronum et furum attrahunt oculos? Quod si dicis ex iis aliquam oriri voluptatem, aut gloriam, magnum quid esse reputas? quidnam ea differet a somniis et umbris? Parva affecit voluptate; deinde cum adventarit vespera, exstincta est et redacta in nihilum. Quod si etiam in præsenti vita parum manserit, mors tamen jam adveniens, eam quoque habet simul abeuntem; acerba autem supplicia eum, qui se hic dedidit voluptatibus, tenebunt perpetuo.

Ζ'. Οὕτω λεγομένων ἐγκόψας ὁ μάγος, Ἐάσας τοὺς μικροὺς λήρους, φησὶν, τῷ μεγίστῳ Θεῷ Ἡλίῳ καὶ τῷ φανοτάτῳ πυρὶ τὴν προσκύνησιν ὡς θέμις ἀπόδος. Πρὸς ταῦτα Μὴ πλανῶ, εἶπεν ὁ προσκυνητὴς τοῦ Χριστοῦ, μηδὲ τοῦτο οἷου θεάσασθαί ποτε τοῖς σοῖς ὀφθαλμοῖς κατσλιπόντα με τὸν ποιητὴν ἡλίου καὶ τοῦ πυρὸς τοῖς ἐκείνου ποιήμασι προσκυνῆσαι τοῖς τε λόγοις καὶ τῇ ἐμαυτοῦ διδαχῇ ἀπεναντίας οὕτω γινόμενον. Ὁ δὲ πολὺς τὴν ὠσμότητα μάγος, ἐπεὶ τούτων ἤκουσε τῶν ῥημάων, διακαυθεὶς τῷ θυμῷ κελεύει παραχρῆμα διαταθέντα ῥάβδοις ῥοῶν θαμινοῖς ὅζοις ἠκανθωμέναις αὐτὸν μαστίζεσθαι. Ὡς δὲ τὰς ἱερὰς ἐκείνας σάρκας οἱ τῆς ἀπωλείας υἱοὶ κατέξαινον, Εὐχαριστῶ σοι, εἶπεν ὁ ἀθλητὴς, εἰς οὐρανὸν ἀνατείνας τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅτι με τῷ ἐμῷ κατηξίωσας αἵματι βαπτισθέντα τὸν τῆς ἁμαρτίας ῥύπον καθαρῶς ἀπολούσασθαι. Οἱ δὲ δήμιοι ἐφ' οἷς εἴρηκεν ὀργῆς μᾶλλον ἐπ' αὐτῷ πληρωθέντες οὕτω κατέκοψαν ταῖς πληγαῖς ὡς ἐκκοπῆναι τούτῳ καὶ τὴν φωνήν. Εἶτα δυσὶ περιβαλόντες ἁλύσεσι δεσμωτηρίῳ κατακλείουσι καλὸν αὐτῷ καὶ ἥκοντες παραμύθιον τὸν θεῖον δεδωκότες Ἀκεψιμᾶν, ἐκεῖ γὰρ ἔτυχε ωροκατακλεισθείς.

VII. Hæc cum sic dicerentur, interpellans magus: Has, inquit, prolixas mittens nugas, maximo deo soli et igni cultum, ut par est, exhibe. Ad hæc dixit Christi adorator: Ne erres, neque putes te hoc unquam tuis esse contemplaturum oculis: me, inquam, relicto effectore solis et ignis, illius opera adorare, et adeo repugnare meis verbis et doctrinæ. Crudelissimus autem magus, postquam audivit hæc verba, ira accensus, jubet statim eum extensum verbari virgis mali punicæ, cujus rami erant spinosi. Cum vero sacras illas carnes laniarent filii interitus: Ago tibi gratias, dicebat athleta, in cœlum extendens oculos, quod dignatus sis me meo sanguine tinctum, peccati sordes pure abluere. Lictores autem propter ea, quæ dixerat, in ipsum magis ira repleti, tum plagis ita consciderunt, ut vox quoque ei interrumperetur. Deinde duabus catenis circumdatum, includunt in carcere, et pulchrum vel inviti solatium dantes Acepsimam. Illic enim fuerat prius inclusus.

VIII. Ad venerandum autem aspiciens Æithalam judex, qui erat animo implacabilis : Tu vero quid dicis, inquit ? Implebisne jussum regis, et adorabis maximum solem, et gustabis sanguinem, et cum muliere habebis consuetudinem, et liberaberis ab iis quæ tibi impendent, malis : an eris etiam, sicut alii, contumax et inobediens ? Christi autem martyr Æithalas, vere semper florens et cœlestis planta pietatis : Tuæ, inquit, immundæ et caninæ appetitionis est hoc munus, sanguinem gustare, et pro Deo, quæ Dei sunt, colore. Absit autem, ut ego adeo cæcutiam corporis et animæ oculis, ut hunc videns solem, ad eum usque consistam, et Deum omnino putem id quod apparet, et non ulterius progredior sinceriore oculo cogitationis, et Deum quidem id, quod movet : rem vero creatam reputem id, quod movetur. Si autem mihi sic judicanti et plagas et mortem minaris, non ideo mihi persuadebis, ut discam tuum dogma, et negem veram religionem. Propter hæc iratus impius : Sed nullus, inquit, sanæ mentis mortem vitæ prætulerit, idque propter stultam et minime consideratam constantiam. Quamobrem nec tibi credendum est dicenti te paratum esse mori pro tuo dogmate et religione. Respondit Sanctus : Vestri, qui a vana spe pendent, et nullam æternæ vitæ habent exspectationem, postquam hinc excesserint, jure existimari potuerint esse et vitæ cupidi, et amantes corporis. Quorum autem spe vera et firma alitur anima, quod et ea sit immortalis, et sit rursus cum suo corpore coitura post mortis dissolutionem, et æternæ vitæ futura particeps, iis præsens vita res est parva et contemnenda, et mors minime terribilis. Verax est enim Deus noster et magister, qui dicit : « Nolite timere ab iis qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [1]. »

IX. Tunc jubet vir ille ferus ejus quidem manus alligari poplitibus, et longum lignum in medio utriusque transadigi, sex autem viros robustos ab utriusque ligni extremis conscendentes, fortiter premere sacrosanctum illud corpus, de industra factis saltibus, et ossa ejus confringere et dissolvere. Deinde etiam mali quoque Persicæ virgis eum verberari. Indomitus autem ille athleta, et cujus nulla re frangebatur spiritus, perinde ac si nullum dolorem sentiret a tam insigni cruciatu, magno et excelso animo aspiciens ad judicem : Ut videtur, inquit, corpora hominum, quæ discerpuntur, tibi aliquam afferunt voluptatem, instar canum aut corvorum eis impleri cupienti. Scias ergo me nullam ducere rationem horum tormentorum, quæ a te inferuntur. Aut ergo nova excogita supplicia, aut scito me ea nihil facere. Magus autem statim conversus ad lictores : Cur, inquit, misericorditer flagris cæditis impium ? Videte enim,

Η'. Πρὸς δὲ τὸν τιμιώτατον ἀποβλέψας Αἰθαλᾶν, ὁ τὴν ψυχὴν ἀμείλικτος δικαστής · Σὺ τί λέγεις, ἔφη, πληροῖς τὸ τοῦ βασιλέως πρόσταγμα, καὶ προσκυνεῖς τῷ μεγίστῳ ἡλίῳ, ἀπογεύσει τε αἵματος καὶ γυναικὶ ὁμιλεῖς καὶ ῥύῃ τῶν ἐπηρτημένων σοι ἀναγκῶν, ἢ καὶ αὐτὸς ἀπειθὴς τοῖς ἄλλοις ὁμοίως ; Ὁ δὲ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Αἰθαλᾶς, τὸ τῆς εὐσεβείας ὄντως ἀειθαλὲς φυτὸν καὶ οὐράνιον ἔργον, Τοῦτο, ἔφη, τῆς σῆς ἀκαθάρτου καὶ κυνώδους ὀρέξεως, τὸ αἱμάτων ἀπογεύεσθαι καὶ ἀντὶ τοῦ Θεοῦ τὰ τοῦ Θεοῦ σέβεσθαι. Ἐμοὶ δὲ μὴ γένοιτο χαλεπῶς οὕτω τυφλώττειν καὶ τοὺς τοῦ σώματος καὶ τοὺς τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοὺς ὡς ὁρῶντι τόνδε τὸν ἥλιον μέχρις αὐτοῦ στῆναι, καὶ Θεὸν ἁπλῶς ἡγήσασθαι τὸ φαινόμενον, καὶ μὴ προσωτέρω χωρῆσαι, διανοίας ὀφθαλμῷ τρανοτέρᾳ, καὶ Θεὸν μὲν τὸ κινοῦν, κτίσμα δὲ λογίσασθαι τὸ κινούμενον. Εἰ δέ μοι οὕτω κρίσεως ἔχοντι καὶ πληγὰς καὶ θάνατον ἀπειλεῖς, οὐ παρὰ τοῦτο με πείσεις τὸ σὸν δόγμα μεταμαθεῖν καὶ τὴν εὐσέβειαν ἀπαρνήσασθαι. Ὀργισθεὶς ἐπὶ τούτοις ὁ δυσσεβής, Ἀλλ' οὐδεὶς ἀνθρώπων εὐφρονῶν, ἔφη, θάνατον ἂν πρὸ τῆς ζωῆς ἕλοιτο, καὶ ταῦτα ματαίας χάριν καὶ οὐ λεγομένης ἐνστάσεως · ὅθεν οὐδὲ πιστευτέον σοι λέγοντι, προθύμως ἔχειν ὑπὲρ τοῦ δόγματός σου καὶ τῆς θρησκείας ἀποθανεῖν. Ὁ ἅγιος ἀπεκρίνατο. Οἱ καθ' ὑμᾶς ἐπὶ νεναῖς αἰωρούμενοι ταῖς ἐλπίσι καὶ μή τινα προσδοκίαν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀποδημίαν ἔχοντες ἀτελευτήτου ζωῆς, εἰκότως ἂν καὶ φιλοζωεῖν οὗτοι καὶ φιλοσωματεῖν νομίζοιντο. Οἷς δὲ ἀληθεῖς ἐλπίδες καὶ βέβαιοι τὴν ψυχὴν ὑποτρέφουσιν ὡς αὐτή τε ἀθάνατος εἴη καὶ τῷ ἰδίῳ πάλιν σώματι συνελθοῦσα μετὰ τὴν τοῦ θανάτου διάλυσιν αἰωνίου μέλλοι ζωῆς κοινωνεῖν, τούτοις ἄρα καὶ ἡ παροῦσα ζωὴ χρῆμα σμικρὸν καὶ εὐκαταφρόνητον καὶ ὁ θάνατος ἥκιστα φοβερός. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἡμέτερος Θεὸς καὶ διδάσκαλος, « Μὴ φοβηθῆς, » λέγων, « ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν ἀποκτεῖναι μὴ δυναμένων. »

Θ'. Τότε κελεύει ὁ θηριώδης ἐκεῖνος τὰς μὲν χεῖρας αὐτοῦ ταῖς ἰγνύαις προσδεθῆναι, ξύλον τε μακρὸν μέσον ἀμφωτέρωθεν διελαθῆναι, ἓξ δὲ ἄνδρας ἐξ ἑκατέρων ἄκρων τοῦ ξύλου ἐπιβεβηκότας ἀτεχνῶς ἰσχυροὺς ἐῤῥωμένως πιέζειν τοῖς ἐπίτηδες ἅλμασι τὸ ἱερὸν ἐκεῖνο σῶμα καὶ τὰ ὀστᾶ συνθλῶντας καὶ διαλύοντας, ἐπὶ τούτοις καὶ ῥάβδοις ῥοῶν ἀνηλεῶς αὐτὸν τύπτεσθαι. Ὁ δὲ ἀδάμας ἀθλητὴς ἐκεῖνος καὶ τὸ φρόνημα ὑπ' οὐδενὸς ταπεινούμενος ὥσπερ ἀπόνως καὶ ἀναλγήτως πρὸς βασάνου τοιαύτην ὑπερβολὴν διακείμενος, εὐγενές τι καὶ μεγαλόφρον πρὸς τὸν δικαστὴν ἀποβλέψας. Ὡς ἔοικεν, ἡδονήν σοι τινὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων, ἔφη, σώματα διασπαρασσόμενα ἐμποιεῖ τὸν κυνῶν ἢ κοράκων τρόπον, ἐμπίπλασθαι τούτων ἐφιεμένῳ. Γνῶθι τοιγαροῦν σαφῶς ὡς οὐδείς μοι λόγος τῶν παρὰ σοῦ τούτων ἐπαγομένων βασάνων. Ἦ τοίνυν καινοτέρας ἐπινόει, ἢ ταύτας ἴσθι τὸ μηδέν μοι λογιζομένας. Ὁ δὲ μάγος αὐτίκα πρὸς τοὺς δημίους ἐπιστραφείς, Ἵνα τί πρὸς ἔλεον, ἔφη,

[1] Luc. XII, 7.

μαστίζετε τὸν ἀνόσιον; ὁρᾶτε γὰρ ὅπως φειδοῦς ἀξιούμενος πρὸς τὰς καθ' ἡμῶν ὕβρεις κατὰ πολλὴν χωρεῖ τὴν ἐλευθερίαν. Οἱ δὲ, ὥσπερ τινὶ κέντρῳ τῷ λόγῳ διαναστάντες, οὕτως ἐπέθεντο κραταιῶς ὡς ἐκ τῆς τῶν ἐπιβεβηκότων τῷ ξύλῳ βαρύτητος καὶ τῆς τῶν τεινόντων σφοδρότητος τῆς ὠμότητος τε πῶν μαστιζόντων τέλεον παρεθῆναι μὲν αὐτῷ τὰς ἁρμονίας τοῦ σώματος, συνθλασθῆναι δὲ τὰ ὀστᾶ καὶ τὰς σάρκας κατᾳχανθῆναι. Διαβαστάσαντες οὖν αὐτὸν, ἐπεὶ μὴ χρῆσθαι τοῖς ποσὶν ἠδύνατο ὥσπερ τι φορτίον τῇ φυλακῇ προσρίπτουσιν, ἔνθα δὴ καὶ ἡ τῶν ἁγίων δυὰς κατάκλειστος ἦν.

ι'. Πέντε διῆλθον ἡμέραι, καὶ τούτους τοῦ δεσμωτηρίου ἐξαγαγόντες εἰς τόπον ὃς ἐκαλεῖτο Παράδεισος ἄγουσιν, οὗ δὴ καὶ πλησίον ναὸς ἐτύγχανεν ὢν τοῦ παρ' αὐτῶν σεβομένου πυρὸς, ἐν ᾧ προκαθίσας ὁ μιαρὸς, Εἴπατέ μοι τὸ τάχος, πρὸς τοὺς ἁγίους φησὶν, ἔτι τῷ αὐτῷ τῆς ἀνοίας ἐπιμένετε λογισμῷ, ἤ τι κρεῖττον ὑμῖν μεταβεβούλευται καὶ σωτήριον; Οἱ ἅγιοι ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος εὐθὺς ἀπεκρίναντο· Γνωστὸν ἔστω σοι, δικαστὰ, ὅτι ὃν ἐξ ἀρχῆς λογισμὸν εἴχομεν, τούτῳ καὶ εἰσέτι στοιχοῦντές ἐσμεν, καὶ μέχρι τέλους τὸν αὐτὸν ἕξομεν, οὐκ ἀπειλαῖς, οὐ βασάνοις, οὐ δωρεαῖς, οὐδενὶ ἄλλῳ τὸ παράπαν μετατιθέμενοι. Ἕνα γὰρ Θεὸν προσκυνοῦμεν, καὶ αὐτὸν μόνον Κύριον εἶναι τῶν ὄντων πάντων ἐγνώκαμεν. Τούτων ἀκούσας ὁ μάγος, βασάνου πάλιν ἑτέραν ἐπενόει καινοτομίαν, καὶ κελεύει σχοινίοις αὐτοὺς διά τε τῶν μασχαλῶν καὶ τῆς ὀσφύος καὶ τῶν κνημῶν περιζῶσαι, καθ' ἕκαστον δὲ ζωστῆρα ξύλον ἐμβάλλεσθαι, καὶ περιδινεῖσθαι, καὶ τῷ σχοινίῳ στερρῶς στρεβλοῦσθαι· οὗ γενομένου θέαμα χαλεπὸν ἦν καὶ ὀφθαλμοῖς ἡμέροις δακρύων ἄξιον. Τὰ μὲν γὰρ ξύλα περιειλεῖτο, αἱ σχοῖνοι δὲ συνεστρέφοντο, κἀντεῦθεν σάρκες τε ἐπιέζοντο, καὶ ἡ συντριβὴ μάλα δεινή. Καὶ γὰρ τοῖς πόρρω διεστηκόσι ψόφος οἷος ἐκ τῶν ὀστῶν ἠκούετο. Ἦν δὲ τὸ τῇ βασάνῳ ἐπιλεγόμενον· Τῷ θελήματι τοῦ βασιλέως μὴ ἀντιτάσσεσθε. Εἶτα τῷ πρὸς τῶν ἁγίων ἀντιφθεγγόμενον· Οἱ τῷ τοῦ βασιλέως ὑμῶν θελήματι καθυπείκοντες τῷ τοῦ Θεοῦ θελήματι ἀντιλέγουσι. Τρίτη μὲν οὖν ὥρα ἦν ὅτε ἡ βάσανος ἤρχετο· μέχρι δὲ καὶ ἕκτης οὕτω πασχόντων τῶν ἀθλητῶν παρετείνετο.

ια'. Ἀπαγορεύσας οὖν μᾶλλον ὁ δικαστὴς εἰς τὸ δεσμωτήριον αὐτοὺς πάλιν ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι. Διὸ δὴ καὶ ἀπήχθησαν οὐ ποσὶν οἰκείοις, ἀλλ' ὑφ' ἑτέρων αὐτοὶ διαβασταζόμενοι τῷ παντάπασιν νενεκρῶσθαι. Παρήγγελτο δὲ τοῖς φυλάττουσιν ὡς, εἰ φωραθείη τις τροφῆς αὐτοῖς κοινωνῶν ἢ ποτοῦ ἢ ἐνδύματος, ἐσχάταις ὑποβληθήσεται τιμωρίαις. Εἰς ταύτην οὖν τὴν εἱρκτὴν οἱ τοῦ Χριστοῦ στρατιῶται πᾶσαν κάκωσιν δι' αὐτὸν ὑπομένοντες, ἐπὶ τρισὶ χρόνοις ἐγκεκλεισμένοι διέμειναν, οὐδὲ μίαν ἢ τοῦ λιμοῦ λύσιν, ἢ τῶν ἐν τῇ φυλακῇ κακῶν παραμυθίαν εὑρίσκοντες, εἰ μή τινες τῶν συνδεσμωτῶν κατοικτείραντες βραχύ τι τροφῆς κατὰ τὸ λεληθὸς αὐτοῖς ὤρεξαν. Οἱ γὰρ τῇ εἱρκτῇ προσκαθήμενοι φύλακες ἠλέουν μὲν αὐτοὺς τῶν συμφορῶν καὶ τοῦ γήρως,

quomodo dum ei parcitis, ad nos incessendos contumeliis maxima invehitur libertate. Illi vero, veluti quodam stimulo ejus sermone excitati, tam furtiter invaserunt, ut ex gravitate eorum qui ascenderant, et ex vehementia eorum qui tendebant, et ex crudelitate eorum qui flagellabant, compages quidem corporis ei fuerint dissolutæ, ossa autem sint confracta, et carnes sint disceptæ. Eum ergo portantes, quoniam pedibus minime uti poterat, tanquam onus aliquod projiciunt vi in custodiam, in qua etiam inclusum erat illud par sanctorum.

X. Cum quinque dies præteriissent, eos e carcere eduxerunt, et duxerunt in locum, qui vocabatur Paradisus, prope quod erat templum ignis, qui ab eis colebatur. In quo cum præsedisset ille sceleratus: Ocius mihi dicite, inquit sanctis, an adhuc permaneatis in eadem stulta cogitatione, an consilium mutaveritis in aliquid melius et salutare. Sancti tanquam uno ore protinus responderunt: Notum tibi sit, judex, quod quam ab initio habuimus cogitationem, in ea adhuc persistimus, et perpetuo persistemus, non minis, non tormentis, non donis, nullo denique alio omnino mutati, sed unum Deum adoramus, et eumdem solum esse Dominum omnium eorum quæ sunt, cognovimus. Hæc cum audiisset magus, aliud rursus novum excogitat tormentum, et jubet eos cingi funibus per axillas et lumbos et tibias, in unoquoque autem cingulo lignum injici et circumagi, et funem vehementer torqueri. Quod cum factum esset, erat acerbum spectaculum, et mitibus oculis lacrymabile. Nam ligna quidem circumagebantur, funes autem convertebantur, et carnes inde premebantur, et ossa conterebantur. Erat vero valde gravis contritio; etenim iis quoque qui procul erant remoti, audiebatur fragor ossium. Erat autem id quod eis dicebatur inter tormenta: Voluntati regis nolite repugnare. Deinde id quod e contrario dicebatur a sanctis: Qui regis vestri voluntati cedunt, Dei voluntati resistunt. Atque erat quidem hora tertia, quando cœpit tormentum, usque ad sextam autem sic patientibus athletis est productum.

XI. Defessus itaque judex, jussit eos rursus abduci in carcerem. Quamobrem fuerunt abducti, non suis pedibus, sed portati ab aliis quod ii essent omnino morte affecti. Imperatum autem fuerat custodibus, ut si deprehensus fuisset aliquis, eos vel cibo vel potu vel indumento impertiens, is ultimo subjiceretur supplicio. In hunc ergo carcerem conjecti Christi milites, omnem afflictionem, omnem vexationem propter ipsum sustinentes, tres annos inclusi permanserunt: nullam aut famis recreationem, aut malorum, quæ erant in custodia, invenientes consolationem, nisi aliqui ex iis qui erant simul vincti, eorum miserti, parum quid nutrimenti eis latenter præbuissent. Qui enim in carcere assidebant custodes, eor-

quidem calamitatum miserebantur et senectutis ; sed cum nihil possent facere,quod ad eorum pertineret curationem propter metum judicis, solum ex eorum malis dolorem accipiebant,et afferebant lacrymas commiserationis.

XII. Deinde post illam acerbam et diuturnam afflictionem, cum esset in eo loco Sapores (is autem dicebatur Bithmada) eos educit e custodia is cui fuerat commissum,ut eos castigaret. Dixisses, si vidisses, illos esse umbræ similes ; adeo longa afflictione extabuerant. Deinde eos sistit ad tribunal Ardasabor ; erat autem is princeps omnium magorum, qui erant in Perside. Ille vero statim eis dixit : Quid autem, estis Christiani ? Sancti vero. Certe, dixerunt, Christiani, et solum Deum vivum adorantes,et ipsi soli servientes. Tyrannus autem : Videtis, dixit, quemadmodum quæ vobis illata sunt tormenta, attulerunt vobis magnam afflictionem, multo autem magis diuturna vexatio et inclusio ; ea enim et formam vobis mutavit, et effecit ut ita extabescceretis. Quamobrem vobis consulerim, ut mihi pareretis afferenti ea quæ sunt vobis conducibilia, et vobis parcatis,et solem lucidum adoretis. Sin minus, restat ut gravissimæ morti subjiciamini.

XIII. Respondit sanctus Acepsimas : Non me latet summo esse tibi studio dogma patrium ; et hoc tibi esse propositum,si modo fieri posset,vel vi vel persuasione efficere, ut omnes attrahas ad eamdem religionem.Hoc autem de nobis nunquam tibi veniat in mentem, ut putes vel blanditiis vel minis vel aliis intentatis malis posse nobis persuadere, ut deficiamus a nobis semel confirmato dogmate et a confessione. Parati enim sumus omnia pati potius, quam a fide in Christum deficere. Non ignoro, inquit tyrannus, quod cum vobis Christianis mors putetur esse quies, omne studium a vobis ad hoc ponatur,ut iis fruamini,quorum spem concepistis, sed non licebit vobis cito consequi id,quod desideratis. Nam cum prius vestras carnes paulatim consumpsero, acerbum vitæ finem vobis imponam. Cui sanctus : Et jam prius, inquit, a nobis audisti, et nunc id quoque certo scias, quod neque tuorum tormentorum, neque minarum nos ullam ducimus rationem. Nam qui in præcedentibus malis nobis manum præbuit adjutricem, ipse nunc quoque nobis feret opem, et efficiet, ut non difficiliter feramus ea quæ nobis intentabuntur. Et si velis facere periculum nostræ in profundo senio fortitudinis, nihil obstat. Scies enim te frustra laborare, et aggredi ea quæ sunt inutilia.

XIV. Propter hæc ira repletus judex, jubet afferri flagella ex corio crudo confecta, et subjici eorum oculis. Deinde dicit sanctis : Juro, inquit, per ipsum magnum Deum et inclytam fortunam Saporis, nisi imperio ejus obedieritis, his vestras carnes consumam, vestri nulla motus misericordia. Quod si etiam contigerit,ut vos citius moriamini,

A οὐδὲν δὲ τῶν εἰς θεραπείαν δρᾶσαι διὰ τὸν τοῦ δικαστοῦ φόβον δυνάμενοι συνήλγουν αὐτοῖς μόνον καὶ τὸ τῆς συμπαθείας προσέφερον δάκρυον.

IB'. Εἶτα μετὰ τὴν πικρὰν ἐκείνην καὶ πολυχρόνιον κάκωσιν Σαβωρίου κατὰ τὸν αὐτόθι τόπον γενομένου (Βιθμαδᾶ οὗτος ἐλέγετο), ἐξάγει τῆς φυλακῆς ὁ κολάζειν αὐτοὺς πιστευθείς. Εἶπες ἂν ἰδὼν ἐκείνους ἐοικέναι σκιᾷ · οὕτως ἦσαν ὑπὸ τῆς μακρᾶς κακοπαθείας ἐκτετηκότες. Εἶτα τῷ τοῦ Ἀρδασαβὼρ παρίστησι βήματι · ἄρχων δὲ οὗτος πάντων τῶν ἐν Περσίδι μάγων ἐτύγχανεν ὤν. Καὶ ὃς εὐθὺς πρὸς αὐτούς · Τί δαί, Χριστιανοί ἐστε ; Καὶ οἱ ἅγιοι, Ναί, εἶπον, Χριστιανοί, καὶ τῷ μόνῳ ζῶντι B Θεῷ προσκυνοῦντες καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύοντες. Καὶ ὁ τύραννος · Ὁρᾶς, εἶπεν, ὅπως αἱ ἐνεχθεῖσαι βάσανοι πολλὴν ὑμῖν τὴν ταλαιπωρίαν ἐμπεποιήκασιν, ἐπὶ πλέον δὲ, οἶμαι, καὶ ἡ χρονία κάκωσίς τε καὶ κάθειρξις. Αὕτη γάρ τὰς τε μορφὰς ὑμῖν ἠλλοίωσε, καὶ δεινὴν οὕτω τὴν σύντηξιν ἐνειργάσατο · διὸ καὶ συμβουλεύσαιμι ἂν ὑμῖν πεισθῆναί μοι τὰ λυσιτελοῦντα εἰσηγουμένῳ καὶ φείσασθαι ἑαυτῶν, ἡλίῳ τε τῷ φαεινῷ προσκυνῆσαι · εἰ δ' οὖν, τὸ λειπόμενόν ἐστι θανάτῳ ὑμᾶς ὑπαχθῆναι χαλεπωτάτῳ.

Β'. Γίνεται φιλονεικία περὶ τὴν αἵρεσιν τῶν εἰρημένων ἀνδρῶν. Οἱ μὲν γὰρ ἐξ Ἀρείου πρὸς Μακεδόνιον ἔβλεπον· τὸ δὲ ὀρθόδοξον τὸν Παῦλον ᾑρεῖτο. Κρατεῖ δὲ ὅμως ἡ τῶν ὀρθοδόξων ψῆφος, καὶ χειροτονεῖται ὁ Παῦλος ἐν Βυζαντίῳ ἐπίσκοπος κατὰ τὴν τῆς ἁγίας Εἰρήνης, ἣν ὁ χρόνος ἀνακαλεσάμενος ἀπὸ τῆς νέας παλαιὰν ὀνομάζεσθαι δίδωσι. Κωνστάντιος δὲ οὐ μετὰ πολὺ ἐκ τῆς Ἀντιοχείων πόλεως ἐν τῇ Κωνσταντίνου γενόμενος, δι' ὀργῆς εἶχε τὸν χειροτονηθέντα, ὅτι μὴ γνώμῃ τῇ αὐτοῦ πεισθείς, τὸν τῆς

(1) Macedonium plane ab Alexandro nominatum non fuisse asserit Baronius anno 340, § *Sed cum Alexandri episcopi integritatem* ; sed id commentum ess Sab ni historici Macedodian, qui m ni i secuti sunt.

(2) Anno 340.

χειροτονίας, καὶ Ἀρειανῶν καθίσας συνέδριον τὸν μὲν Παῦλον σχολάζειν κατεψηφίσατο, Εὐσέβιον δὲ τρίτον ἀμείβοντα θρόνον ἐκ Νικομηδίας τῆς βασιλίδος ἐπίσκοπον ἀναδείκνυσιν. Ἀλλ' ὁ μὲν δυσσεβῶς ταῦτα τράξας ὑποστρέφει πάλιν πρὸς Ἀντιόχειαν· Εὐσέβιος δὲ πάντα λίθον ἐκίνει ὥστε περιελεῖν τοῦ ἱεροῦ συμβόλου τὸ ὁμοούσιον.

Γ'. Ἄγεται δὴ τὰ ἐγκαίνια τῆς ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐκκλησίας, ἣ Κωνσταντῖνος μὲν ὁ μέγας ἐκ βάθρων ἀνήγειρε, Κωνστάντινος δὲ καθιερωθῆναι σπουδὴν ἔθετο, καὶ τῇ τῶν ἐγκαινίων προφάσει ἐπίσκοποι συλλέγονται τὸν ὀριθμὸν ἐνενήκοντα. Μάξιμος δὲ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων ἔφορος ἀνὴρ εὐσεβὴς οὐ παρῆν, ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ῥώμης Ἰούλιος οὔτ' αὐτοπρόσωπος οὔτε διά τινος τῶν ὑποτελῶν. Συγκροτεῖται μὲν οὖν ἡ σύνοδος παρόντος καὶ Κωνσταντίου. Οἱ δὲ περὶ Εὐσέβιον σπουδὴν ὕγουσι πρὸ τῶν ἄλλων ἀποσκευάσασθαι Ἀθανάσιον. Ἐπάγουσι δὲ αὐτῷ πρώτην αἰτίαν τὸ παρὰ κανόνα λέγοντες πρᾶξαι, κανόνα ὃν αὐτοὶ τηνικαῦτα ἐξέθεσαν. Ἐπανελθὼν γάρ, ἔφασκον, τῆς ὑπερορίας οὐχὶ κοινῇ γνώμῃ καὶ ψήφῳ, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην ἐπέτρεψε· καὶ δευτέραν ὅτι κατὰ τὴν εἴσοδον αὐτῷ στάσεως συρράγείσης πολλοὶ ἐναπέθανον· τρίτην δὲ τὰ ἐν Τύρῳ πεπραγμένα, ἐξ ὧν καὶ καταψηφισάμενοι του τῆς εὐσεβείας ἀθλητοῦ Γρηγόριον ἀντικαθιστῶσι τούτοις ὁμόφρονα, καὶ ταῦτα τολμήσαντες ἐπιτολμῶσι καὶ τὸν μεταπλασμὸν τῆς πίστεως, οὐδέν μὲν καταφανῶς τῶν ἐν Νικαίᾳ μεμψόμενοι, τῷ ὑφάλῳ δὲ καὶ κακοτέχνῳ τῆς διανοίας σπέρματα προναταβάλλοντες πρὸς τὴν τοῦ ὁμοουσίου καθαίρεσιν. Καὶ ἡ μὲν κατὰ Ἀντιόχειαν σύνοδος, ταῦτά τε κρίτοι αὖθ' ἕτερα τολμήσασα καί τινα κανονίσασα, διαλύεται.

Δ'. Εὐσέβιος δὲ πρὸς τὸν Ῥώμης Ἰούλιον διαπρεσβεύεται, τὴν κατὰ Ἀθανασίου ψῆφον τεχναζόμενος κυρωθῆναι. Ἀλλ' οὐδὲ ὧν ἤλπιζεν ἤνυσε. Παῦλος δὲ ὁ ἀρχιερεὺς τὴν Ῥώμην καταλαβών, ἕτεροί τε ἐπίσκοποι οὐκ ὀλίγοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀθανάσιος, οἳ καὶ κατὰ συσκευὴν ἀπηλάθησαν Εὐσεβίου διῆγον ὁμοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ. Ὁ δὲ ἱερὸς Ἰούλιος, συκοφαντίαν εἶναι μαθὼν τὰ κατὰ τῶν ἀρχιερέων πεπραγμένα, γράμμασιν αὐτοὺς ὀχυρώσας ἐπὶ τὴν ἀνατολὴν ἀποστέλλει, τόν τε οἰκεῖον ἑκάστῳ θρόνον ἀποδιδοὺς, καὶ συναιτιώμενος νοὺς κοθελόντας. Τὰς μὲν οὖν οἰκείας ἐκκλησίας οὗτοι πάλιν ἀναλαμβάνουσι, καὶ τὰς ἐπιστολὰς οἷς ἐγράφησαν διαπέμπονται. Εὐσεβίου γὰρ ἀποφθαρέντος, Παῦλος εἰς τὸν οἰκεῖον θρόνον ἀποκαθίσταται· οἱ ὀρειανίζοντες δὲ ἐν τῇ νῦν λεγομένῃ ἐπὶ Παύλου ἐκκλησίᾳ χειροτονοῦσι τὸν Μακεδόνιον, ὃς τὸν Υἱὸν μὲν τῷ Πατρὶ ἀνόμοιον ἐβλασφήμει, παραγραφόμενος τὸ ὁμοούσιον, τὸ δὲ πανάγιον Πνεῦμα καὶ παντελῶς ἀλλότριον τῆς θεότητος.

cessisset electio : et congregato Arianorum conciliabulo, condemnavit quidem Paulum, ut quiesceret : Eusebium vero, qui tertio mutabat sedem (3), ex Nicomediæ episcopo creat urbis regiæ episcopum. Sed cum ille quidem impie hæc fecisset, revertitur rursus Antiochiam. Eusebius autem omnem movebat lapidem, ut ex sacro symbollo tolleret homousion, id est, consubstantiale.

III. Celebratur dedicatio ecclesiæ Antiochenæ, quam Constantinus quidem Magnus excitavit a fundamentis, Constantius autem studium adhibuit, ut consecraretur ; et dedicationis prætextu congregantur episcopi numero nonaginta (4). Maximus vero antistes Hierosolymorum, vir pius, non aderat, neque Romæ Julius, nec per se, per aliquem ex subjectis. Congregatur ergo synodus, præsente etiam Constantio. Eusebiani autem studeant ante alia, ut deponatur Athanasius. Primam vero in eum intentant accusationem, quod fecerit præter regulam;regulam dicentes, quam tunc ipsi ediderant. Reversus enim,aiebant, ab exsilio, non communi sententia, sed ipse sibi tradidit episcopatum. Secundam autem, quod cum in ejus adventu exorta esset seditio, multi sint mortui. Tertiam, ea quæ facta sunt Tyri. Ex quibus condemnato pietatis athleta, ejus loco constituunt Gregorium,qui eadem quæ ipsi sentiebat. Et cum hæc ausi essent, audent etiam fidem transformare; nihil quidem aperte reprehendentes eorum quæ facta sunt Nicææ,sed improbo et malitioso consilio semina prius jacientes ad destruendum homousion. Et quæ Antiochiæ quidem habita fuit synodus, cum et hujusmodi alia causa esset, et quosdam fecisset canones, fuit soluta.

IV. Eusebius autem fungitur legatione (5) apud Julium Romanum episcopum, machinans ut confirmaretur lata in Athanasium sententia. Sed nihil effecit eorum quæ sperabat. Paulus vero pontifex cum Romam venisset (6), et alii non pauci episcopi, quin etiam ipse quoque Athanasius, qui fuerant expulsi, comparatis ab Eusebio insidiis, simul Romæ degebant. Sanctus autem Julius cum intellexisset esse calumniam, quæ facta fuerant adversus pontifices, eos litteris munitos mittit ad Orientem, suam unicuique reddens sedem, et eos simul reprehendens, qui ipsos deposuerant. Atque suas quidem ecclesias ii rursus accipiunt, et mittunt litteras ad eos,ad quos scriptæ fuerant. Cum Eusebius itaque interiisset,Paulus in suam sedem restituitur. Qui autem partes Arii sequebantur, in ea quæ nunc ad Paulum dicitur, ecclesia eligunt Macedonium : qui blaspheme quidem Filium dicebat esse Patri similem, circumscribens homousium : sanctissimum autem Spiritum a divinitate omnino alienum.

(3) Primo namque Beryti episcopus fuerat, dein Nicomediæ. Athanas, apol. 2.

(4) Anno 341.

(5) Per litteras scilicet.

(6) Cum semel tantum Paulus Romam venerit, ut notat Baronius anno 342, § *Rursum vero*, dicendum est, id accidisse, non modo, sed postquam Hermogene occiso per Constantium expulsus est, ut infra capite 6.

V. Cum Athanasius autem suam recepisset ecclesiam, qui considebant rursus Antiochiæ (etenim rursus convenerant, conantes vicissim criminari Julium Romanum episcopum) protinus impium Gregorium, quem ipsi præter leges elegerant, mittunt Alexandriam. Et cum quidem reducebat prætor Alexandriæ, secum ducens septem millia militum. Quod cum rescivisset Athanasius, Romam iterum navigavit. Populus autem Alexandrinus non ferens rem tam nefariam, ecclesiam, quæ vocabatur Dionysii, non recte id faciens, exussit. Cum vero rescivisset Constantius, qui agebat Antiochiæ, Paulum præconem veritatis in suam sedem esse restitutum, jubet Hermogeni duci exercitus, qui mittebatur in partes Traciæ, exturbare eum ex ecclesia. Et ille quidem cum venisset Constantinopolim, studebat facere, ut ei fuerat imperatum. Populus autem non est hoc passus, sed et domum ejus incendunt, et ipsum extractum interimunt. tQuod quidem cum audiisset Constantius, ægerrime ulit quod factum fuerat : et cum ipse venisset in civitatem, sanctum quidem Paulum ex ea expellit: et civitatem multat frumento, ablato ei dimidio doni, quod illius pater benignus scilicet et clemens Constantinus, ei donaverat. Erat autem summa donationis octoginta millia panum quotidianorum. Irascebatur autem etiam Macedonio, non solum, quod præter ejus sententiam fuisset electus, sed etiam propter cædes, quas ipse, seditionem agitans, fuerat causa faciendi.

Ε'. Ἀθανασίου δὲ τὴν ἰδίαν ἀναλαβόντος ἐκκλησίαν, οἱ ἐν Ἀντιοχείᾳ πάλιν συνεδρεύοντες (καὶ γὰρ συνῆσαν, ἀντεγκαλεῖν ἐπιχειροῦντες Ἰουλίῳ τῷ Ῥώμης) τὸν δυσσεβῆ Γρηγόριον διὰ τάχους, ὃν αὐτοὶ παρανόμως ἐχειροτόνησαν, εἰς τὴν Ἀλεξάνδρου ἐκποστέλλουσι, καὶ κατῆγεν αὐτὸν ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας στρατηγὸς, ἑπτακισχιλίους στρατιώτας μεθ' ἑαυτοῦ ἐπαγόμενος. Ὁ μαθὼν Ἀθανάσιος εἰς τὴν Ῥωμην πάλιν ἀπέπλευσεν, Ὁ δὲ τῶν Ἀλεξανδρέων λαὸς οὐκ ἐνεγκὼν τὸ ἔκθεσμον, τὴν καλουμένην Διονυσίου ἐκκλησίαν, οὐκ ὀρθῶς ποιοῦντες, ἐνέπρησαν. Μαθὼν δὲ Κωνσταντιος ἐν Ἀντιοχείᾳ διάγων ὡς Παῦλος ὁ τῆς ἀληθείας κῆρυξ εἰς τὸν ἴδιον ἀποκατέστη θρόνον, Ἑρμογένει τῷ στρατηλάτῃ ἐντέλλεται πρὸς τὰ τῆς Θρᾴκης ἐκπεμπομένῳ μέρη, ἐξῶσαι τοῦτον τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ὁ μὲν τὴν Κωνσταντίνου θράσας, ἐσπούδαζεν ἣ προστέτακτο δρᾷν· τὸ πλῆθος δὲ οὐκ ἠνείχετο, ἀλλὰ τήν τε οἰκίαν αὐτοῦ κατακαίουσι, καὶ αὐτὸν σύροντες διαφθείρουσιν· ὅπερ ἀκούσας Κωνστάντιος δι' ὀργῆ τὸ πραχθὲν ἐποιήσατο, καὶ αὐτὸς τὴν πολιν καταλαβὼν τὸν μὲν ὅσιον Παῦλον ἀπελαύνει ταύτης, ζημιοῖ δὲ καὶ τὴν πόλιν τὸ σιτηρέσιον ἀφελὼς αὐτῆς τὸ ἥμισυ τῆς δωρεᾶς ἣν ὁ ἐκείνου πατὴρ, ὁ φιλάνθρωπος, δηλαδὴ Κωνσταντῖνος, αὐτῇ ἐδωρήσατο. Ἦν δὲ τὸ ὅλον τῆς δωρεᾶς ἡμερήσιοι ἄρτοι μυριάδες ὀκτώ. Ὠργίζετο δὲ καὶ κατὰ Μακεδονίου οὐ μόνον ὅτι παρὰ τὴν αὐτοῦ κεχειροτόνητο γνώμην, ἀλλὰ καὶ διὰ τοὺς φόνους ὧν αὐτὸς στασιάζων γέγονε αἴτιος.

VI. Eo itaque dimisso, venit Romam (7), et versabatur simul cum Athanasio. Refert ergo, quæ passus fuerat, Romano episcopo : et rursus munitus ejus litteris et Constantis imperatoris, statim revertitur, et suæ sedi restituitur, cum magno gaudio exceptus a civitate. Constantius autem rursus id factum ægre tulit, et rursus ab eo prodit jussus, qui justum mittat in exsilium. Itaque cum eum accepisset præfectus Philippus, sanctum quidem mittit in exsilium, ejus vero loco in ecclesia reponit sancti Spiritus hostem Macedonium. Processit autem missio exsilium non aperte, sed ex insidiis. Cædes enim Hermogenis reddidit Philippum cautiorem ad malefaciendum: et honorifice quidem vocat Dei pontificem ad lavacrum, quod appellatur Zeuxippus, anquam propter quædam in communi utilia et arcana consilia: et illinc mittit in aulam imperatoris, et per ipsam deinde Thessalonicam, quæ fuit patria ejus majoribus, et ei quidem est prohibitum ascendere ad partes Orientis, non autem in propinquas regiones.

ς'. Ὅμως ἐάσας αὐτὸν ὁ μακάριος Παῦλος καταλαμβάνει τὴν Ῥώμην, καὶ Ἀθανασίῳ συνῆν. Ἀναφέρει γοῦν ἃ πεπόνθοι τῷ Ῥώμης, καὶ αὖθις τοῖς παρ' αὐτοῦ, ἔτι δὲ καὶ τοῖς Κώνσταντος τοῦ βασιλέος κατοχυρωθεὶς γράμμασι, παραυτίκα τε ἐπάνεισι, καὶ τῷ οἰκείῳ θρόνῳ μετὰ πολλῆς αὐτὸν θυμεδίας τῆς πόλεως ὑποδεξαμένης ἐγκαθιδρύεται. Καὶ πάλιν ὁ Κωνστάντιος δι' ὀργῆς τὸ γινόμενον ἐτίθετο, καὶ πάλιν πρόσταγμα εἰς ὑπερορίαν ἅγιον τὸν δίκαιον· καὶ γὰρ τοῦτοῦ δεξάμενος ὁ ὕπαρχος Φίλιππος, ἐξορίζει μὲν τὸν ὅσιον, ἀντικαθίστησι δὲ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τὸν Πνευματομάχον Μακεδόνιον. Τὸ δὲ τῆς ὑπερορίας οὐκ ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς, ἀλλ' ἐξ ἐνέδρας προῆλθεν· ὁ γάρ τοῦ Ἑρμογένους φόνος σοφώτερόν τι κακουργῆσαι τὸν Φίλιππον ἀπειργάσατο· καὶ καλεῖ μὲν σὺν τιμῇ τὸν τοῦ Θεοῦ ἀρχιερέα εἰς τὸ λουτρὸν ὧν ἐπώνυμον Ζεύξιππος, ὡς ἐπὶ κοινωφελέσι δῆθεν καί τισι βουλεύμασι μυστικοῖς, κἀκεῖθεν εἰς τὰς βασιλείους ἐκπέμπει αὐλὰς, καὶ δι' αὐτῶν εἰς Θεσσαλονίκην, ἣν καὶ οἱ αὐτοῦ πρόγονοι πατρίδα εἶχον, καὶ τοῖς μὲν τῆς ἀνατολῆς ἐπιβαίνειν μέρεσιν ἐκεκώλυτο, ταῖς δὲ πλησιαζούσαι οὐκ ἔτι.

VII. Impius autem Macedonius, militari manu ei serviente, equitans simul cum præfecto, Dei

Ζ'. Ὁ δέ γε δασσεδὴς Μακεδόνιος, στρατιωτικῆς χειρὸς ὑπηρετούσης, συνεποχούμενος τῷ ὑπάρχῳ εἰς

(7) Hoc tempore venit Romam Paulus, neque in sedem suam, nisi post concilium Sardicense litteris Constantis, anno Dn. 748, restitutus est, ut infra, capite 9, narratur. Quæ vero hic narrantur de Philippi in Paulum injuriis, restitutione Macedonii, et martyrio Marciani et Martyrii, contigerunt prius occiso Constante, ut infra cap. 10, quando per eumdem Philippum in Caucasum relegatus est et occisus. Vide Baronium anno 342 § *Rursum vero*, anno 348, et anno 351, § *Nos igitur quæ de Pauli.*

τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν παρεισδύεται, τῆς διαφθορᾶς εἰς πεντήκοντα καὶ τρισχιλίους παρταθείσης. Ταύτης τῆς παροινίας καὶ Μαρκιανὸς συναπέλαυσε καὶ Μαρτύριος, ἀναγνῶσται καὶ τῷ θείῳ Παύλῳ ὑπογραφεῖς τυγχάνοντες, ἅτε δὴ καὶ αὐτῶν παῤῥησίᾳ συγκηρυττόντων τὸ ὁμοούσιον. Οὕτω τοίνυν ταῖς τῶν Χριστιανῶν σφαγαῖς ὁ τῆς Ἐκκλησίας ἐχθρὸς τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς θρόνοις ἐγκαθιδρύεται· καθ' ὃν δὴ καιρὸν καὶ Κωνστάντιος τὴν Μεγάλην ἐκκλησίαν, ἐπώνυμον δὲ αὐτῇ ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία, νεουργεῖ, καὶ Παῦλος τὸ τρίτον ὁ θεσπέσιος, μετ' ὀλίγον εἰς Ἰταλίαν παραγίνεται, καὶ Ἀθανάσιον τὸν σύναθλον λαβὼν, ἀναδιδασκουσιν ἃ πεπόνθεσαν Κώνσταντα, τὸν τῆς ἑσπέρας μὲν βασιλεύοντα, ἀδελφὸν δὲ τυγχάνοντα Κωνσταντίου. Ὁ δὲ τὰ ἔκθεσμα ὧν ὑπέστησαν ἀκριβέστερον ἐκμαθὼν, γράφει τῷ ἀδελφῷ τρεῖς παρ' αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἐπισκόπους ἀφικέσθαι, οἳ λόγον ποιήσονται τῶν περὶ Ἀθανάσιον καὶ Παῦλον τολμημάτων, ἅμα δὲ καὶ τὴν τῆς πίστεως ἔγραφον ἔκθεσιν διακομίσονται πρὸς αὐτόν. Καὶ μὴν δὴ καὶ τέσσαρες τῶν ἐπισκόπων πρὸς τὴν Ῥώμην ἐκπέμπονται, Νάρκισσός τε ὁ Κίλιξ καὶ Θεόδωρος ὁ Θρᾴξ, Μάρκης ὁ Χαλκηδόνος καὶ Μάρκος ὁ Σύρος. Οὗτοι τὴν Ῥώμην καταλαβόντες τοῖς περὶ Ἀθανάσιον καὶ Παῦλον εἰς λόγους μὲν ἐλθεῖν οὐκ ἐθάρσησαν, τὴν δὲ ὑπ' αὐτῶν ἐν τῇ Ἀντιόχου ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἀποκρύψαντες, ἑτέραν τε συνθέντες κατὰ τὸ φανερὸν μὲν οὐδὲν βλάσφημον περιέχουσαν, τὸ μέντοι ὁμοούσιον οὐ πρεσβεύουσαν, ἐπιδιδόασι τῷ βασιλεῖ, καὶ πλέον οὐδὲν οὔτε δράσαντες οὔτε παθόντες αὖθις ἀνέστρεψαν.

A invadit Ecclesiam, cum se extendisset interitus ad ter mille et quinquaginta. Hujus contumeliæ fuerunt etiam participes Marcianus et Martyrius, qui erant lectores et scribæ divini Pauli, ut qui ipsi quoque libere prædicarent homousion. Sic ergo Christianorum cædibus Ecclesiæ inimicus collocatur in sedibus ecclesiasticis. Quo quidem tempore et Constantius Magnam construit ecclesiam, quæ denominatur a Dei sapientia, et divinus Paulus tertio paulo post venit in Italiam, et accepto Athanasio socio certaminis, docent Constantem ea quæ passi fuerant; qui erat quidem imperator Occidentis, erat vero frater Constantii. Cum ille autem diligenter didicisset, ea quæ nefarie passi fuerant, scribit ad fratrem, ut tres B episcopi ad eum veniant ab Oriente, reddituri rationem eorum quæ in Athanasium et Paulum sunt perpetrata, et simul in scriptis allaturi expositionem fidei. Et Romam quidem mittuntur (8) quatuor episcopi, Narcissus Cilix (9), et Theodorus Thrax (10), et Marces Chalcedonensis, et Marcus Syrus (11). Ii cum Romam venissent, cum Athanasio quidem et Paulo non ausi sunt disserere : cum autem eam quæ ab eis Antiochiæ exposita fuerat, fidem celassent, et aliam composuissent, quæ aperte quidem nihil continebat blasphemum, sed non tuebatur homoousion, tradunt imperatori, et cum nihil amplius nec fecissent, nec passi fuissent, redierunt.

Η'. Τριετίας δὲ διαδραμούσης πάλιν οἱ τῆς ἀνατολῆς συναθροίζονται, καὶ πίστιν ἄλλην συντάττουσι, καὶ τοῖς ἐν Ἰταλίᾳ ἐκπέμπουσι. Διάκονοι δὲ ἦσαν τοῦ τοιούτου συντάγματος Εὐδόξιος ὁ τηνικαῦτα Γερμανικείας ἐπίσκοπος καὶ Μαρτύριος καὶ ὁ τῆς Μοψουεστίας Μακεδόνιος. Ἡ δὲ τῆς πίστεως αὐτῶν ἔκθεσις καὶ αὕτη τὰ μὲν ἄλλα τῇ προεκτεθείσῃ παραπλησίως εἶχε, προσθήκαις δέ τισι ταῖς κατὰ τὸ τέλος ἀλλοκότοις εἰς τὸ μακρότερον ἐξετείνετο. Ὁ δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην τῶν ἀρχιερέων σύλλογος οὐ προσεδέξατο ταύτην, ἀρκεῖσθαι φάμενοι τῷ συμβόλῳ τῆς πίστεως ὃ ἡ ἐν Νικαίᾳ προηγόρευσε σύνοδος. Οὕτω δὲ πάντα ταραχῆς κατεχούσης, καὶ συγκυτικῆς ἐριδὸς, κηρύσσεται σύνοδος οἰκουμενικὴ γνώμῃ τοῖν δυοῖν βασιλέοιν μετὰ ἐνδέκατον ἔτος τῆς τοῦ εὐσεβεστάτου Κωνσταντίνου τοῦ πατρὸς αὐτῶν τελευτῆς. Συνῆλθον οὖν ἐν Σαρδικῇ ἐκ μὲν Ἑσπέρας ἐπίσκοποι πλείους ἢ τριακόσιοι, ἐκ δὲ τῆς Ἀνατολῆς ἑξ μόνοι καὶ ἑβδομήκοντα. Καὶ οἱ τῆς Ἑῴας τοῖς ἐκ τῆς δύσεως εἰς ὁμιλίαν συνελθεῖν οὐκ ἐπένευον· τὸ δὲ αἴτιον ὅτι Παῦλος αὐτοῖς καὶ Ἀθανάσιος οἱ τῆς εὐσεβείας συνεδρίαζον ἀθληταί.

C VIII. Cum triennium autem præteriisset, rursus congregantur episcopi Orientales, et aliam fidem componunt, et emittunt ad eos, qui sunt in Italia. Hujus vero scripti fuere ministri Eudoxius, qui tunc erat episcopus Germaniciæ, et Martyrius, et Macedonius Mopsuestiæ. Erat autem eorum fidei expositio alioqui eadem cum ea, quæ prius fuerat exposita, sed alienis quibusdam in fine additionibus extendebatur longius. Pontificum autem, qui erat Romæ, cœtus eam minime admisit, dicentes se contentos esse symbolo fidei, quod Nicæna pronuntiavit synodus. Cum essent autem omnia plena tumultu et contentione, indicitur œcumenica synodus sententia duorum imperatorum, undecimo anno post decessum imprimis pii imperatoris D Constantini, eorum patris. Convenerunt ergo Sardicen (12) ab Occidente quidem plusquam trecenti episcopi, ex Oriente autem soli septuaginta sex. Episcopi vero Orientis non admittebant ad colloquium episcopos Occidentis. Causa autem erat, quod Paulus et Athanasius, athletæ pietatis, cum eis considebant (13).

Θ'. Ὡς δὲ οὔτε οἱ τῆς εὐσεβείας τοὺς περὶ Ἀθανάσιον ἀπεσκευάζοντο, οὔτε οἱ τῆς αἱρέσεως τῆς

IX. Cum vero nec defensores veræ religionis amoverent Athanasium, nec hæretici desisterent ab

(8) Anno 342.
(9) Neroniadis episcopus.
(10) Heracleæ antistes.
(11) Arethusæ episcopus.

(12) Anno 347.
(13) Baronius anno 347, § *Quod rursum spectat*, putat Paulum interfuisse synodo Sardicensi, secutus Theodoretum lib. I, cap. 5.

inimicitiis,quas gerebant in athletas,a se invicem scinduntur : et cum Philippos,quæ est Macedoniæ civitas, venissent Orientales, congregantur : et tunc aperte anathemati subjiciunt homousion. Qui autem erant Sardicæ, eos absentes condemnant et deponunt tanquam calumniatores ; quæ vero Nicææ confirmata fuerat, fidem corroborant, et anathemati subjiciunt ὁμοιούσιον (14), id est, essentiæ similitudinem. Quæ cum cognovisset Constans imperator Occidentis,per litteras docet fratrem Constantium, et suadet ut sit clemens et benignus in Paulum et Athanasium ; et ne sit eis impedimento, quominus suis sedibus restituantur ; adjiciens quod nisi volens faveret iis qui jure nituntur, ipse veniet, et eo invito jus reddet iis qui afficiuntur injuria. Fratris itaque minas extimescens Constantius, sanctum quidem Paulum non prohibuit restitui suo episcopatui (15) : ejus autem certaminis socium Athanasium diversis ad se accersit litteris, et cum venisset, benigne accipit, et suæ sedi restituit. Sic quidem magna perturbatio redacta fuit ad tranquillitatem, et Ecclesia gaudebat se habere defensores pietatis.

X. Cum autem Magnentius invasisset tyrannidem, et interemisset Constantem imperatorem Occidentis, rursus Arianæ insaniæ procella orbis terrarum conturbabat ecclesias : et rursus quidem fugit Athanasius : ejus autem sedem arripit Gregorius (16), et relegatur Paulus Cucusum Armeniæ pietatis defensor. Quo in loco per laqueum consummatur martyrio (17),impiis noctu irruentibus. Constantinopoli autem ejus loco introducitur impius Macedonius, et extruduntur pastores ex aliis ecclesiis,eas vero rursus invadunt lupi,et gentium in Christianos crudelitatem contendit obscurare insania Macedonii.Et universus quidem Oriens malis affligebatur,præcipue autem Constantinopolis. Quo tempore Angelius quoque episcopus Novatianorum, ut qui ipse quoque tueretur homousion, mittitur in exsilium ; eratque malum, quod non potest explicari, non solum procedens usque ad pontifices et sacerdotes,sed etiam feminas et pueros,qui Macedonii repellebant communionem,occupans.Nam ubera quidem feminarum, o insaniam ! partim quidem in arcarum tegumenta injecta et compressa exscindebantur,partim autem ferro, et alia in alios excogitabantur gravia supplicia.Nam quæ vel a Deo alienos gentiles adversus communem naturam excogitare impediebat pudor, ea tunc facere impiis venit in mentem.

XI. Extendit rabiem Macedonius etiam adversus regionem Paphlagonum; audierat enim multos ex orthodoxis et Novatianis in ea versari, et efficit, a quatuor cohortes armatorum militum adversus eos mittantur, et armis cogantur ad impietatem.

πρὸς τοὺς ἀθλητὰς ἔχθρας ὑπέλεγον, διασχίζοντα ἀπ' ἀλλήλων, καὶ τὴν ἐν Μακεδονίᾳ Φιλίππου οἱ ἐξ Ἀνατολῆς καταλαβόντες συναθροίζονται, καὶ τηνικαῦτα εἰς τὸ ἐμφανὲς τὸ ὁμοούσιον ἀναθεματίζουσιν· οἱ ἐν Σαρδικῇ δὲ τούτους μὲν ἐρήμῃ δίκῃ καταδικάζουσι, καὶ καθαιροῦσιν ὡς συκοφάντας· τὴν ἐν Νικαίᾳ δὲ κυρωθεῖσαν πίστιν.... ὧν τὴν γνῶσιν ὁ τῶν ἑσπερίων βασιλεὺς Κώνστας λαῶν, ἀναδιδάσκει τε διὰ γραμμάτων τὸν ἀδελφὸν Κωνστάντιον, καὶ παραινεῖ εὐμενῶς διακεῖσθαι πρὸς Παῦλον καὶ Ἀθανάσιον, καὶ μηδαμῶς αὐτοῖς ἐμποδὼν ἵστασθαι πρὸς τὴν τῶν οἰκείων ἀποκατάστασιν θρόνων, προστιθεὶς ὡς, εἰ μὴ ἑκὼν τοῖς δικαίως ἔχουσι κατανεύσει, αὐτὸς παραγεγονὼς καὶ ἄκοντος τὸ δίκαιον τοῖς ἠδικημένοις ἀποδοίη. Δείσας οὖν τὴν τοῦ ἀδελφοῦ ἀπειλὴν ὁ Κωνστάντιος τὸν μὲν ὅσιον Παῦλον τῇ ἰδίᾳ ἐπίσκοπῇ οὐκ ἐκώλυσεν ἐνιδρύεσθαι, τὸν δὲ σύναθλον Ἀθανάσιον διαφόροις ἐπιστολαῖς παρ' αὐτὸν καλεῖ, καὶ ἐλθόντα εὐμενῶς προσδέχεται, καὶ τῷ οἰκείῳ θρόνῳ ἀποκαθίστησιν. Οὕτω μὲν ὁ πολὺς ταράχος ἐγαλήνιξε, καὶ ἡ Ἐκκλησία τοὺς τῆς εὐσεβείας ἔχαιρεν ἔχουσα προμάχους.

Γ'. Μαγνεντίου δὲ τυραννίδα ἐπιθεμένου, καὶ Κώνσταντα τὸν τῆς Ἑσπέρας βασιλεύοντα ἀνελόντος, πάλιν ἡ τῆς Ἀρείου λύσσης καταιγὶς τὰς τῆς οἰκουμένης ἐτάραττε· καὶ φεύγει μὲν πάλιν Ἀθανάσιος, ἁρπάζει δὲ τὸν αὐτοῦ θρόνον Γρηγόριος, καὶ ὑπερορίζεται Παῦλος ἐν Κουκουσῷ τῆς Ἀρμενίας, ὁ τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος. Ἔνθα καὶ τῷ δι' ἀγχόνης τῶν δυσσεβῶν νύκτωρ ἐπισπευδόντων τελειοῦται μαρτυρίῳ. Ἀντεισάγεται δὲ τῇ Κωνσταντινουπόλει ὁ δυσσεβὴς Μακεδόνιος, καὶ ἐξωθοῦνται καὶ τῶν ἄλλων ἐκκλησιῶν οἱ ποιμένες, ἐπεισπηδῶσι δὲ αὖθις οἱ λύκοι, καὶ τὴν κατὰ Χριστιανῶν Ἑλλήνων ὠμότητα ἡ Μακεδονίου μανία κρύπτειν ἐφιλονείκει. Καὶ πᾶσα μὲν ἡ ἀνατολὴ τοῖς δεινοῖς διεφθείρετο, ἡ Κωνσταντίνου δὲ κατὰ τὸ ἐξαίρετον, ὅτε καὶ Ἀγγέλιος ὁ τῶν Ναυατιανῶν ἐπίσκοπος, οἷα δὴ καὶ αὐτὸς τὸ ὁμοούσιον πρεσβεύων, ὑπερορίζεται. Καὶ ἦν ἀδιήγητον τὸ κακὸν, οὐ μέχρις ἀρχιερέων ὁδεῦον, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας ὅσοι τὴν Μακεδονίου παρωθοῦντο κοινωνίαν, ἐπιτεινόμενον. Μαστοὶ γὰρ γυναικῶν, ὦ τῆς μανίας ! οἱ μὲν κιβωτῶν καλύμμασιν ἐμβαλλόμενοί τε καὶ συμπιεζόμενοι ἐξεκόπτοντο, οἱ δὲ σιδήρῳ, ἄλλα τε κατ' ἄλλων χαλεπαὶ κολάσεις ἐπενοοῦντο· ἃ γὰρ καὶ τοὺς ἀθέους Ἕλληνας κατὰ τῆς κοινῆς φύσεως ἐπινοεῖν εἰδὼς ἀνεχαίτιζε, πράττειν τότε τοῖς δυσσεβέσιν ἐπὶ νοῦν ἦκεν.

ΙΑ'. Ἐκτείνει τὴν λύσσαν Μακεδόνιος καὶ ἐπὶ τὴν τῶν Παφλαγόνων χώραν· πολλοὺς γὰρ ἠκηκόει καὶ τῶν ὀρθοδόξων καὶ τῶν ἀπὸ Ναυάτου ἐν αὐτῇ διατρίβειν· καὶ τέσσαρας φάλαγγας στρατιωτῶν ἐνόπλων παρασκευάζει σταλῆναι κατ' αὐτῶν, καὶ τοῖς ὅπλοις

(14) Error est, et legendum ἀνόμοιον, id est Filii a Patre essentiæ dissimilitudinem.

(15) Paulus anno 348 et Athanasius anno 349 restituuntur.

(16) Non Gregorius, sed Georgius. Vide vitam Athanasii 2 Maii.

(17) Anno 351.

πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἐκβάζεσθαι. Οἱ δὲ κατὰ τὸ Μαντίνειον οἰκοῦντες εἰς πλῆθος συστάντες καὶ ζήλῳ τῆς εὐσεβείας, δρέπανα καὶ ἀξίνας καὶ πᾶν τὸ παρατυχὸν ὅπλα ποιησάμενοι, ἀντιπαρατάττονται τοῖς στρατιώταις· εἶτα συμβολῆς γενομένης, πολλοὶ μὲν διαφθείρονται καὶ τῶν Παφλαγόνων, τῶν δὲ στρατιωτῶν πλὴν ὀλίγων ἅπαντες. Αὕτη τοίνυν ἡ μιαιφόνος καὶ ἀναιδὴς πρᾶξις οὐ παρὰ τῶν ἠδικημένων μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ νῶν οἰκείως δοκούντως ἔχειν Μακεδονίῳ μῖσος ἀνήγειρε δίκαιον· ἀλλὰ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα παρώξυνε πρὸς ἀπέχθειαν. Οὐ τοῦτο δὲ μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ σῶμα Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβεστάτου, φημὶ, βασιλέως (ἐδόκει γὰρ ὁ οἶκος ἐν ᾧ κατέκειτο ἐγγὺς εἶναι τοῦ καταπεσεῖν) λαβὼν ἄνευ γνώμης αὐτοῦ εἰς τὸν τοῦ ἁγίου Ἀκακίου νεὼν μετεκόμισε, καὶ ἐπειδὴ πᾶσιν ἡ μετάθεσις οὐ συνεδόκει, ἀλλὰ πολλοῖς ἀνόσιον ἐνομίζετο τὰ τῶν κατοιχομένων ἀνομύττεσθαι σώματα, καὶ τότε βασιλέως ἐν εὐσεβείᾳ διαλάμψαντος, φόνος ἐρρύη πολὺς, καὶ τῶν πολλῶν καὶ ἀνηκέστων κακῶν ὧν ἐτόλμα Μακεδόνιος, μικράν τινα δίκην ἀπέτισε, τοῦ ἀξιώματος τὴν καθαίρεσιν.

ΙΒ'. Ἐκράτει δ' οὖν ὅμως τὰ Ἀρείου δι' ὅλης τε τῆς Κωνσταντίου βασιλείας, καὶ ἔτι μᾶλλον κατὰ τοὺς Οὐάλεντος τοῦ δυσσεβεστάτου χρόνους, ἕως ἂν ἐκεῖνον μὲν ἡ θεία μετῆλθε δίκη, Θεοδόσιον δὲ τὸν ἐξ Ἱσπανίας ψήφῳ δικαίᾳ Γρατιανοῦ τοῦ τὰ Ἑσπέρα περιέποντος εἰς τὸν βασίλειον τῆς ἀνατολῆς ἀνεβίβασε θρόνον, καὶ τῇ ὀρθοδοξίᾳ δι' αὐτοῦ τὸ κράτος ἐβράβευσεν. Ἀλλ' οὕτω μὲν ἡ Ἀρείου αἵρεσις τὰς ἐκκλησίας ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη κατανεμηθεῖσα, τῇ Θεοδοσίου εὐσεβείᾳ ἐξωστρακίζετο, καὶ τὸ ὀρθόδοξον τοῖς οἰκείοις ἐνεκαλλωπίζετο δικαιώμασι. Συγκροτεῖ γοῦν ὁ αὐτὸς θεοφιλέστατος βασιλεὺς σύνοδον, διὰ μελέτης ἔχων καὶ τοὺς ἀπὸ Μακεδονίου πρὸς ἕνωσιν συναγαγεῖν τοῖς ὀρθοδοξοῦσι καὶ πρεσβεύουσι τὸ ὁμούσιον· διὸ καλεῖ καὶ τοὺς προεστῶτας αὐτῶν τῆς αἱρέσεως, καὶ συνῆλθον τῶν ὀρθοδοξούντων ἀπὸ μὲν Ἀλεξανδρείας Τιμόθεος, ἐξ Ἱεροσολύμων δὲ Κύριλλος, Μελέτιος δὲ ἐξ Ἀντιοχείας, Γρηγόριός τε παρὴν ὁ Θεολόγος, καὶ Ἀσχόλιος ὁ Θεσσαλονίκης, καὶ ὁ Νύσσης Γρηγόριος, καὶ ἄλλοι πολλοί· πεντήκοντα γὰρ καὶ ἑκατὸν ἦσαν αὐτῶν ὁ πᾶς σύλλογος. Τοῦ δ' αἱρετικοῦ στίφους ἡγεῖτο μὲν ὁ Κυζίκου Ἐλεύσιος, καὶ Μαρκιανὸς ὁ Λαμψάκου, καὶ ὁ Ἐφέσου Εὐήτιος, καὶ ἄλλοι τινὲς, ἓξ οἱ πάντες καὶ τριάκοντα συγκεφαλαιούμενοι.

ΙΓ'. Παρῄνει δὴ βασιλεὺς ἅπασι καὶ ὅσον ὀρθόδοξον τοὺς τῆς αἱρετικῆς μοίρας συνελθεῖν εἰς ὁμοφροσύνην, καὶ πρεσβεῦσαι τὸ ὁμούσιον, ὑπομιμνήσκοντες ὡς καὶ τὴν τῶν ὀρθοδόξων κοινωνίαν αὐτεπαγγέλτοι προσεδέχοντο. Τὸ δὲ αἱρετικὸν τῶν δικαίων ἐλέγχων καὶ φιλανθρώπων παραινέσεων οὐδένα ποιήσαστες λόγον, τῆς οἰκείας οὐ μεθίεντο δυσσεβείας· Ἐκβάλλονται τοίνυν διὰ τοῦτο καὶ τοῦ συνεδρίου καὶ τῆς πόλεως, καὶ ἡ σύνοδος χειροτονεῖ τὸν Νεκτάριον, συγκλητικοῦ μὲν ὄντα, ἀρχὴν δὲ τὴν τοῦ

A Qui autem habitabant Mantineum, coacta multitudine, cum zelo pietatis falces et secures et quidquid se obtulerat pro armis accepissent adversus milites, prodeunt in aciem. Deinde commisso prælio, multi quidem interierunt, etiam Paphlagonum, ex militibus autem omnes, paucis exceptis. Hoc ergo crudele et impudens factum non solum apud eos qui erant affecti injuria, sed etiam apud eos qui videbantur bene velle Macedonio, justum odium excitavit. Non hoc autem solum, sed etiam quod corpus Constantini, in primis, inquam, pii imperatoris (videbatur enim ædes, in qua erat situm, minari ruinam) acceptum sine ejus sententia transtulerat in templum Sancti Acacii. Et quoniam non placebat omnibus
B translatio, sed multis videbatur impium effodi corpora mortuorum, ut maxime imperatoris, qui fuit pietate insignis, facta et magna cædes, et multorum et gravium malorum, quæ fecerat Macedonius, parvas quasdem luit pœnas, dignitatis scilicet depositionem (18).

XII. Vigebat tamen res Arii per totum imperium Constantii, et adhuc magis temporibus impii Valentis, donec de illo quidem sumpsit pœnas divina justitia, Theodosium autem Hispanum, justa sententia Gratiani, qui administrabat Occidentem, ad sedem imperatoriam provexit Orientis, et fidei orthodoxæ per ipsum robur acquisiit. Sed sic quidem Arii hæresis, quæ quadraginta annos depopulata fuerat ecclesias, pietate Theo-
C dosii fuit exterminata, et fides orthodoxa fuit exornata suis justis honoribus. Congregat itaque idem pius imperator synodum, studens Macedonianos in concordiam redigere cum orthodoxis et iis, qui tuebantur homousion. Quamobrem vocat eos, qui præerant eorum hæresi ; et convenerunt (19) ex orthodoxis ab Alexandria quidem Timotheus, ab Hierosolymis autem Cyrillus, Meletius ab Antiochia ; aderatque Gregorius Theologus, et Ascholius Thessalonicensis, et Gregorius Nyssenus, et multi alii ; erant enim centum et quinquaginta cœtus eorum universus. Hæreticæ autem catervæ dux erat quidem Eleusius Cyzicenus, et Marcianus Lampsacenus, et
D Evetius Ephesinus, et alii, qui erant omnes simul triginta sex.

XIII. Admonebat autem imperator, et quotquot erant orthodoxi, eos qui sequebantur partes hæreticorum, ut cum eis consentirent, et tuerentur homousion, in memoriam revocantes, quod orthodoxorum communionem sua sponte admiserunt. Hæretici autem justarum reprehensionum et benignarum admonitionum nullam ducentes rationem, suam non dimittebant impietatem. Propterea ergo ejiciuntur e concilio et e civitate. Synodus autem eligit Nectarium, qui erat quidem e sanguino

(18) Anno 359.

(19) Anno 381.

senatorio, tunc autem gerebat magistratum prætoris ; erat vero is moribus mitissimus. Confirmat autem ista quoque sancta synodus expositionem fidei, quam constituit concilium Nicænum : et assentitur omnibus imperator, et curat cum magna exportari reverentia e Cucusso confessoris Pauli sacras reliquias, et eis procedunt obviam longe ante Chalcedonem, quicunque ex episcopis aderant Nectario : et cum multis hymnis et comitatu magno eas per mediam portantes civitatem, in ecclesia, quæ fuit quidem exstructa sub nomine sanctæ Irenes (antiqua autem sic vocatur, quam Constantinus imperator ex modica excitavit ad ingentem latitudinem et magnitudinem, cui etiam præsedit), ad breve tempus deposuerunt, et cum hymnos nocturnos peregissent, mane rursus tota civitas; cum pari honore et gloria in ea quæ ex ejus nomine nunc appellatur, ecclesia, omnibus pontificibus et clero, et ipso simul cum eis assistente imperatore, in sepulcro, quod sanctos excipit, deponunt, eum honorantes longis et prolixis hymnodiis, propterea quod magnos labores et gravia certamina fortiter perpessus pro pietate, evasit in cœlis dignus præmiis immortalibus, in Christo Jesu Domino nostro, quem decet omnis honor, majestas et magnificentia, nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A πραίτωρος τότε μετιόντα. Ἦν δὲ οὗτος τὸν τρόπον ἐπιεικέστατος. Βεβαιοῖ δὲ ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη καὶ ἣν ἡ ἐν Νικαίᾳ διετυπώσατο της πίστεως ἔκθεσιν. Καὶ σύμψηφος πᾶσιν ὁ βασιλεὺς γίνεται, ἀνακομίζει τε μετὰ πολλοῦ τοῦ σεβάσματος ἀπὸ Κουκουσοῦ καὶ τοῦ ὁμολογητοῦ Παύλου ἱερὸν λείψανον, καὶ ἀπαντῶσι τῶν ἐπισκόπων αὐτῷ πρὸ πολλοῦ τῆς Χαλκηδόνος, ὅσοι Νεκταρίῳ παρῆσαν, καὶ μετὰ πολλῆς ὑμνολογίας καὶ τῆς ὥλλης ὑποδέχονται τοῦτο δορυφορίας, διὰ μέσης τε τῆς πόλεως αὐτὸ κομίζοντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἣ ἐπ' ὀνόματι μὲν Εἰρήνης ἵδρυται τῆς ἁγίας (ἡ ἀρχαία δὲ οὕτω προσαγορεύεται ἣν Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς εἰς πλάτος τε καὶ μέγεθος ἐκ βραχυτέρας ἀνήγειρεν, ἧς καὶ προήρευε), πρὸς ὀλίγον ἀπέθεντο, καὶ παννύχιον ὑμνῳδίαν τελεσάμενοι, ὄρ- B θρου πάλιν ἡ πόλις πᾶσα μετὰ τῆς ἴσης καὶ ὁμοίας τιμῆς καὶ δόξης εἰς τὴν νῦν ἐπώνυμον αὐτοῦ ἐκκλησίαν, πάντων τε τῶν ἀρχιερέων καὶ τοῦ κλήρου, καὶ αὐτοῦ συμπαρόντος τοῦ βασιλέως τῷ ἁγιοδόχῳ τάφῳ κατατιθοῦσι, μακραῖς καὶ παννύχοις αὐτὸν ὑμνῳδίαις καταγεραίροντες, ἀνθ' ὧν πόνοις μακροῖς καὶ τοῖς ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶσιν ἐγκαρτερήσας τῶν ἐν οὐρανοῖς ἀκηράτων γερῶν γέγονεν ἄξιος, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ πρέπει τιμὴ πᾶσα, μεγαλωσύνη τε καὶ μεγαλοπρέπεια, νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΚΑΙ ΑΘΛΗΣΙΣ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ

ΚΑΙ ΕΝΔΟΞΩΝ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ ΜΑΡΤΥΡΩΝ

ΝΑΖΑΡΙΟΥ, ΓΕΡΒΑΣΙΟΥ, ΠΡΟΤΑΣΙΟΥ

ΚΑΙ ΚΕΛΣΟΥ

—

VITA ET CERTAMEN SANCTORUM

ET GLORIOSORUM CHRISTI MARTYRUM

NAZARII, GERVASII, PROTASII

ET CELSI.

(Græca exscripsimus ex cod. Reg. 1512, sæculi XI. Latine ediderat Surius ad diem 19 Junii).

—

I. Nerone tenente sceptra imperii Romanorum, C Nazarius admirabilis, tanquam stella quædam lucida fulgebat in sua patria. Eum enim habebat Roma veluti imaginem virtutis aliquam, illius glorians moribus. Nam hæc quidem erat patria Nazario. Parentes autem, alter quidem Libycus, altera

Α'. Νέρωνος ἄρτι τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος ὁ θαυμαστὸς Ναζάριος οἷά τις τῶν διαφανῶν ἀστέρων ἐν τῇ οἰκείᾳ πατρίδι ἐξέλαμπεν· εἶχε γὰρ καὶ τούτον ἡ Ῥώμη ὥσπερ τι ἄγαλμα, τοῖς ἐκείνου τρόποις σεμνυνομένη. Πατρὶς μὲν γὰρ αὕτη τῷ Ναζαρίῳ, πατέρες δὲ ὁ μὲν Λίβος, ἡ δὲ Ῥωμαία καὶ αὐτὴ τὸ γέ-

ος, πλούσιοι μὲν ἄμφω καὶ βίον καὶ ἀρετήν, ὑπὸ καθη- A
ητῇ δὲ Πέτρῳ τῷ τοῦ χοροῦ κορυφαίῳ τῶν μαθητῶν
ῷ Θεῷ μᾶλλον οἰκειωθέντες καὶ τελειωθέντες ὕδατί τε
καὶ πνεύματι· τούτους ὥσπερ εὐσεβείας ὁ Θεὸς ἀμει-
ώμενος, καθάπερ πάλαι ποτὲ τὸν Ἀβραὰμ τῆς φι-
οξενίας υἱὸν, αὐτοῖς καὶ κληρονόμον τῆς ἀρετῆς
μα καὶ τῆς περιουσίας τὸν Ναζάριον δίδωσιν. Ὁ
δὲ οἷα πρὸς Θεοῦ δεδομένος, ὅλον Θεῷ πάλιν ἑαυτὸν
ντιδίδωσι. Καὶ υἱοθετεῖται μὲν αὐτὸς ὑπὸ Λίνου τῷ
θείῳ βαπτίσματι, ὃς ἦν Πέτρου μετὰ τοῦ θρόνου
καὶ τῆς ἀρετῆς διάδοχος· τελεωτέρας δὲ ἀπτόμενος
ηλικίας, τελεωτέρας καὶ τῆς χάριτος ἀξιοῦται. Συνηύ-
ξανε γὰρ αὐτῷ αὐξομένῳ τὴν αὔξιν τὴν ἑαυτοῦ καὶ
πολὺς ἐπὶ Χριστὸν ἔρως καὶ πλεῖον μᾶλλον ἐδείκνυτο
καὶ θερμότερος.

Β'. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐν αὐτῷ τῆς εὐσεβείας πῦρσὸς ἐπὶ
μέγα ᾖρετο ἤδη, καὶ πολλοὺς ἐπὶ τὸν ἄνδρα ἐκάλει,
τοὺς θορύβους ὥσπερ καὶ τὴν συνεχῆ ἄφιξιν τῶν
εἰς αὐτὸν παραβαλλόντων ἐγκλίνων, ἔγνω πατρίδα
καὶ οἰκείους ἀπολιπεῖν, καὶ ἐν ἀλλοτρίᾳ γενέσθαι,
ὅπως τῷ ποθουμένῳ τε κατὰ μόνας συγγένοιτο, καὶ
ἀνακηρύξῃ πολλοῖς τὴν εὐσέβειαν. Τὸν ἐπιβάλλοντα
τοίνυν αὐτῷ κλῆρον παρὰ τῶν τεκόντων λαβὼν ἔξεισι
τῆς πατρίδος, καὶ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμείβων οἷς ἂν
ἐπισταίη ἐκ τῶν ὄντων ἐπήρκει· ἔπειτα καὶ τὴν
μείζονα χορηγίαν καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ τῆς Τριάδος
γνῶσιν ἐχειραγώγει. Καὶ ὁπότε παρὰ πόλιν ἀφικό-
μενος Πλακεντίναν καὶ τῇ Μεδιολάνων ἐπιστὰς, Προ-
τασίῳ καὶ Γερβασίῳ τοῖς θαυμαστοῖς ἐντυγχάνει, C
κατακλείστοις μὲν ὑπὸ τοῦ ἄρχοντος Ἰταλίας Ἀνου-
λίνου διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν γενομένοις, ταῖς
παραδοξοποιίαις δὲ καὶ τοῖς θαύμασι καὶ πρὸς τὰς
ὁμόρους χώρας ἐφαπλομένοις.

Γ'. Ἐντυχὼν οὖν τοῖς ἀνδράσιν ὁ θεῖος Ναζάριος
τῇ τε τῆς πίστεως καὶ τῇ τῆς ἀρετῆς κοινωνίᾳ τού-
τους οἰκειωθεὶς (ἐγγίνεταί γάρ τι φίλτρον τοῖς τῶν
ἴσων ἐρῶσιν οὐχ ἧττον ἢ τοῖς τοῦ αὐτοῦ κοινωνοῦσιν
αἵματος), πρὸς τὴν μαρτυρίαν αὐτοὺς ὑπαλείφει,
καὶ θήγει τούτοις τὸν πρὸς Χριστὸν ἔρωτα. Ἐντεῦθεν
τοῦ ἀνδρὸς φήμη πανταχόσε διαδοθεῖσα φθάνει καὶ
μέχρι τοῦ ἄρχοντος Ἀνουλίνου. Ὁ δὲ παραστησά-
μενος τὸν Ναζάριον οἷα σύμβουλός τε αὐτῷ καθίστα-
ται, καὶ μὴ ἀσεβεῖν μηδὲ ἐνυβρίζειν εἰς τοὺς ἐκείνου
θεοὺς παραινεῖ· εἶτα ἐπειδὴ ἔγνω τὸν ἅγιον οὐδὲ D
ἀκοῆς ἀξίαν ἡγούμενον τὴν αὐτοῦ συμκουλὴν, (τί γὰρ
οὕτως ἐπιτήδειον εἰς ὕβριν ὡς τὰ βδελύγματα;)
παίει κατὰ τῶν σιαγόνων πολλὰς, καί ὥσπερ τι ἄγος
ὁ ἐναγέστατος ἀτίμως αὐτὸν τῆς πόλεως ἀπελαύνει.
Τοῦτο δὲ ὅσῳ μέγα εἰς τιμωρίαν ἐδόκει τῷ δικαστῇ,
τοσούτῳ μεῖζον εἰς εὐεργεσίαν ἐλογίσθη τῷ Ναζαρίῳ·
ὅτι καὶ πληγῶν διὰ τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ παθόντα Χριστὸν
ἠξίωτο. Ἐξῄει τοίνυν οὐ σιωπῶν, οὐδὲ τὴν γλῶτταν
ἄφθογγος καὶ τῷ δέει πεπεδημένος, ἀλλὰ τῆς συν-
ήθους ἐχόμενος διδασκαλίας, καὶ πολλοὺς τῶν ἀπίστων
εἴσω τῆς τοῦ Χριστοῦ σαγήνης ποιούμενος. Κατὰ
γοῦν τὴν νύκτα ἐκείνην ἐδόκει Ναζαρίῳ ἡ μήτηρ

vero ipsa quoque erat Romana genere, ambo quidem divites et facultatibus et virtute: Petro autem institutore, chori discipulorum principe, Deo rediti magis familiares, aquaque et spiritu consummati. Eorum pietatem Deus veluti remunerans, quomodo olim Abrahæ hospitalitatem, eis dedit filium hæredem simul virtutis et bonorum, Nazarium. Ille autem, tanquam a Deo datus, se rursus totum tradit Deo. Et ipse quidem in divino adoptatur baptismate a Lino, qui erat ipsius Petri sedis et virtutis successor. Cum autem ad perfectiorem pervenisset ætatem, perfectiorem quoque gratiam consequitur. Ipse enim simul augebatur, et sui accipiebat incrementum, et magnus ejus amor in Christum reddebatur major et ferventior. B

II. Cum vero pietatis, quæ erat in ipso, fax valde esset in altum sublata, et multos ad eum vocaret, et tumultus et continuum eorum qui ad ipsum accedebant adventum declinans, statuit patriam et suos relinquere necessarios, et versari in aliena, ut et cum eo, quem desiderabat, seorsum colloqueretur, et multis prædicaret pietatem. Cum ergo hæreditatem, quæ ad eum pertinebat, accepisset a parentibus, egreditur e patria: et ex una civitate transiens in aliam, ad quoscunque accessisset, iis opem ferebat ex suis facultatibus. Deinde etiam eis majora suppeditabat, ut qui eos deduceret ad veram Trinitatis cognitionem. Et cum venisset Placentiam, et accessisset Mediolanum, convenit Gervasium et Protasium viros admirabiles, qui ab Italiæ quidem præside Anulino jam fuerant in carcerem inclusi propter suam in Christum confessionem; iis autem, quæ fiebant præter omnium opinionem, et miraculis extendebantur fama ad finitimas etiam regiones.

III. Cum eos ergo divinus convenisset Nazarius, fidei et virtutis communione eis effectus familiaris (ingeneratur enim quidam amor in iis qui earumdem rerum amore tenentur, non minus quam in consanguineis) eos incitat, et eis animum addit ad martyrium, et reddit acriorem eorum in Christum amorem. Hinc Nazarii fama in omnem partem dispersa, pervenit etiam usque ad præsidem Anulinum. Ille autem cum sisti curasset Nazarium, fit ei tanquam consiliarius, et suadet ne sit impius, nec illius deos probris insectetur et contumeliis. Deinde postquam cognovit sanctum ne dignum quidem, quod audiretur, putare consilium (quid enim est ad probris appetendum aptius, quam multa quæ coluntur simulacra?) ejus maxillis multos impingit colaphos, et tanquam aliquod piaculum vir exsecrandus eum cum probro et dedecore expellit e civitate. Hoc autem quantum judici videbatur magnum ad supplicium, tantum Nazario existimatum est majus ad beneficium, quod dignus habitus sit plagas accipere propter Christum, qui pro ipso passus est. Egressus est ergo non silens, neque elinguis ac mutus, et metu vinctus, sed

pergens docere ut consueverat, et multos infideles inducens intra Christi sagenam. Porro autem illa nocte visa est mater Nazario adesse, et eum hortari, ut obiret Galliæ civitates, et in eis jaceret semina veritatis, Ille autem, ut ei a matre dictum fuerat, venit Meliam (est autem ea una Galliæ civitas), et omnes, quos convenisset, deducit ad Dei cognitionem, et aperte prædicat pietatem.

IV. Interim autem ad eum accedit femina quædam illustris et ex primis civitatis, adducens quem habebat filium nomine Celsium, jam tres annos natum, et deponit ipsum in ejus manibus : Sequetur te hic puer, dicens, in omni via, donec ipse quoque dignus evaserit, qui sistatur ante throLum Domini Christi. Et illa quidem discedit. Nazarius autem infantem libenter accipit, quem propemodum in ulnis circumferebat. Cumque preces dixisset consuetas, cum per baptismum efficit Deo familiarem : quoniam nec alium noverat verum honorem, nisi cum Deo conjunctionem et familiaritatem. Sic ergo se habens Nazarius, et Galliarum civitates sic doctrina complectens, ne illarum quidem præsidem latuit Dinobaum. Itaque accersitus ad eum, venit cum puero Celsio : et e quo quidem genere esset natus, quibusnam autem parentibus, et cujusnam sit religionis, percontanti Dinobao : Ego quidem, inquit, genere sum Romanus ; Christianam autem sequor religionem, et Deum confiteor eum, qui fuit crucifixus. Tunc fertur Dinobans, ad iram motus, dixisse : Habes dæmonium. Quid enim aliud sibi volunt hæ tantæ nugæ ? Non est tibi pater ? non est tibi mater ? Ille vero : Si dæmonium haberem, inquit, non quos tu colis, dæmones insectarer probris et contumeliis. Dinobaus autem furorem non valens continere, cum puerum quidem Celsium abstraxisset ex illius manibus, intolerandis eum plagis afficit, ingenio puer eum, qui erat canus prudentia. Deinde eum conjicit in carcerem,, in sequentem diem eum reservans. Magna enim crudelitas et in humanitas ne tantulæ quidem ætatis movebatur misericordia. Quod quidem etiam in bruta animantia et novas plantas clementi et benignæ evenerit animæ ; ea namque digna, quibus precatur, censuerit. Atque intolerabiles quidem plagas propter Christum puer libenter accipiebat Celsius, balbutiente lingua hoc solum dicens : Deus, cui ego servio, ipse te judicabit, o judex, irritans ipse quoque Dinobaum propter suum in Cristum desiderium, sicut diu ante Judæos æqualium puerorum chorus, meum Jesum hymnis celebrantes et laudem ei perficientes.

V. Quædam autem insignis femina, nomine Dinomeda, consulit conjugi Dinobai, ut suadeat marito, ut moveatur misericordia pueri ætatis, et simul etiam absolvat Nazarium. Illa autem hæc marito communicat, quomodo olim uxor Pilato. Postridie itaque cum sedem judiciariam ascendisset Dinobaus, et adduxisset Nazarium, suadebat pro viribus, ut assentiretur impietati. Ne eum enim tunc puniret, prohibebant uxoris suasiones.

A ἐπιστᾶσα προτρέπειν αὐτῷ καὶ τὰς τῶν Γαλλιῶν περιελθεῖν πόλεις, καὶ ταύταις τὰ σπέρματα τῆς ἀληθείας καταβαλεῖν. Ὁ δὲ ὑπὸ τῆς μητρὸς αὐτῷ εἰρημένον ἐν τῇ Μελίᾳ (πόλις δὲ αὕτη τῶν Γαλλιῶν) γίνεται, πάντας τε οἷς ἂν συνενεχθείη πρὸς θεογνωσίαν καθοδηγεῖ, καὶ ἀνακηρύττει τρανῶς τὴν εὐσέβειαν.

Δ'. Ἐν τούτῳ δὲ πρόσεισί τις αὐτῷ γυνὴ τῶν ἐπιφανῶν τε καὶ πρώτων τῇ πόλει, ὃν εἶχε παῖδα Κέλσιον προσάγουσα, τρίτον ἔτος ἤδη γεγονότα, καὶ ταῖς αὐτοῦ χερσὶ παρατίθεται, Ἀκολουθήσει σοι ὁ παῖς οὗτος ἐν πάσῃ ὁδῷ, εἰποῦσα, ἕως καὶ αὐτὸς ἄξιος γένηται τῷ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ θρόνῳ συμπαραστῆναι. Καὶ ἡ μὲν ἀπαλλάττεται · ὁ δὲ ἡδέως τὸν B παῖδα δέχεται καὶ μόνον οὐκ ἐπὶ τῶν ἀγκαλῶν περιέφερεν, εὐχάς τε αὐτῷ τὰς συνήθεις ἐπιλέγει καὶ οἰκειοῖ Θεῷ διὰ τοῦ βαπτίματος · ἐπεὶ μηδὲ τιμὴν ἑτέραν ἤδει ἀληθινὴν ὅτι μὴ πρὸς τὸ Θεῖον οἰκείωσιν. Οὕτω τοιγαροῦν ἔχων Ναζάριος καὶ οὕτω τὰς τῶν Γαλλιῶν πόλεις τῇ διδασκαλίᾳ περιλαμβάνων, οὐδὲ τὸν ἄρχοντα τοῦτον Δεινόβαον ἐλελήθει, ἀλλὰ μετάπεμπτός τε αὐτῷ μετὰ τοῦ παιδὸς ἥκει Κελσίου, καὶ οἵου μὲν γένους ἔφυ, τίνων δὲ πατέρων, τίνος δὲ θρησκείας ἐστὶ πυνθανομένῳ Δεινοβάῳ, Ἐγὼ, ἔφη, τὸ μὲν γένος εἰμὶ Ῥωμαῖος, πρεσβεύω δὲ τὰ Χριστιανῶν, καὶ Θεὸν ὁμολογῶ τὸν ἐσταυρωμένον. Τότε λέγεται πρὸς ὀργὴν κινηθέντα Δεινόβαον, Δαιμόνιον ἔχεις, φάναι. Ἤ τί γε ἄλλο ἡ τοσαύτη βουλεC ταί σοι φλυαρία ; Οὐκ ἔστι σοι πατήρ ; οὐκ ἔστι μήτηρ ; Ὁ δὲ, Εἰ δαιμόνιον εἶχον, εἶπεν, οὐκ ἂν οὓς σέβεις δαίμονας σὺ αὐτὸς, ἠσχυνον καὶ καθύβριζον. Καὶ ὁ Δεινόβαος, μὴ κατασχὼν τὴν μανίαν, τὸν μὲν παῖδα Κέλσιον τῶν ἐκείνου χειρῶν ἀποσπάσας πληγαῖς ἐπιβάλλει οὐ φορηταῖς, ὁ παῖς ταῖς φρεσὶ τὸν πολιὸν τὴν σύνεσιν · εἶτα καὶ τῇ εἱρκτῇ ἐμβάλλει, ταμιευόμενος εἰς τὴν ὑστεραίαν. Ἡ γὰρ πολλὴ ὠμότης καὶ ἀπάνθρωπον οὐδὲ ἡλικίας αὐτῷ τοιαύτης ἔλεον οὐδένα ἐδίδου, ὅπερ ἂν καὶ πρὸς ἄλογα ζῶα καὶ πρὸς νεκρὰ φυτὰ φιλάνθρωπος πάθοι ψυχὴ, καὶ φειδοῦς αὐτὰ ἀξιώσειεν. Ἐδέχετο μὲν οὖν τὰς ἀνυποίστους πληγὰς διὰ Χριστὸν ἡδέως ὁ παῖς Κέλσιος, τοῦτο μόνον ψελλιζούσῃ γλώσσῃ ἐπιφθεγγόμενος, Ὁ Θεὸς, ᾧ ἐγὼ λατρεύω, αὐτός σε κρινεῖ, δικαστά· D καὶ παρακνίζων καὶ αὐτὸς Δεινόβαον τῷ περὶ τὸν Χριστὸν πόθῳ, καθάπερ πολλῷ πρότερον Ἰουδαίους ὁ τῶν ἡλίκων παίδων χορὸς, ὑμνοῦντες τὸν ἐμὸν Ἰησοῦν, καὶ αἶνον αὐτῷ καταρτίζοντες.

Ε'. Γυνή δέ τις τῶν περιβλέπτων, ὄνομα Δεινομέδη, συμβουλεύει τῇ Δεινοβάῳ οἶκτον τῆς τοῦ παιδὸς ἡλικίας καὶ αὐτοῦ Ναζαρίου λαβεῖν, καὶ ἅμα δὲ Ναζάριον ἀπολῦσαι. Ἡ δὲ τῷ ἀνδρί τε ταῦτα κοινολογεῖται, οἷά ποτε τάχα ἡ γαμετὴ τῷ Φιλάτῳ, καὶ τῇ ὑστεραίᾳ ἐπὶ τὸν δικαστικὸν θρόνον ἀναβὰς Δεινόβαος τόν Ναζάριόν τε ἀγαγὼν παρῆνει ὡς οἷόν τε συνθέσθαι τῇ ἀσεβείᾳ. Κολάζειν γὰρ τέως αὐτὸν ἐκώλυον αἱ παραινέσεις τῆς γυναικός. Ἐπεὶ δὲ πείθειν οὐκ

εἶχε, τῆς πόλεως ἀπελαύνει τὸν ἄνδρα, πρᾴως οὕτω πρὸς αὐτὸν φθεγξάμενος· Αἱ τῆς συζύγου μου συμβουλίαι πάσης ἐλεύθερον ἀφιᾶσί σε τιμωρίας. Ἀπεισιν οὖν ἐκεῖθεν Ναζάριος παρὰ τὴν γείτονα Τίμερον μετὰ τοῦ παιδὸς Κελσίου· πόλις δὲ ἡ Τίμερος αὕτη καὶ τῶν προαστείων τῇ Μελίᾳ. Παρ' αὐτῇ τοίνυν διῃτᾶτο ταῖς περὶ Θεοῦ καὶ θείαις ἐκείναις διδασκαλίαις τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην αὔξων καὶ τοὺς πολλοὺς πρὸς ἐπίγνωσιν ἐπαγόμενος. Οὐκ ἔφερε δὲ πάντως ὁ τὴν βασκανίαν ὠδίνων διάβολος τὰ τοῦ πράγματος ἔχοντα οὕτως. Πῶς γάρ, εἰ διάβολος ἦν ἐκεῖνος καὶ ἀπ' ἀρχῆς τοῖς ἀγαθοῖς ἀντικείμενος; Ἀμέλει καὶ τὸν ἄρχοντα τῆς πόλεως ὑπελθὼν πείθει τὰ περὶ Ναζαρίου Νέρωνι τῷ Βασιλεῖ μηνῦσαι. Ὡς οὖν ἐκείνῳ τὰ περὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐγνωρίσθη, γράμματα κατὰ πάσης ἐφοίτα τῆς ὑπηκόου Ναζάριον ἐρευνᾶσθαι κατὰ σπουδὴν ἐπιτρέποντα, καὶ τὸν εὑρόντα γε ὡς αὐτὸν ἄγειν.

ς'. Ἐπεὶ δὲ κρύπτεσθαι τὸν ἄνδρα οὐκ ἦν οἷα ἐν τῷ περιφανεῖ τῆς ἀρετῆς ἑστῶτα καὶ ὑπ' αὐτῆς μεγάλῳ στόματι κηρυττόμενον, ταχὺ τοῖς ἐρευνῶσιν εὑρίσκεται. Οἱ δὲ, ἐπεὶ δῆλος αὐτοῖς γέγονεν, ἤδη χαίροντες χαίροντα Νέρωνι παριστῶσι. Τί οὖν ἐκεῖνος; Τῶν κολαστηρίων αὐτῷ προκειμένων κολακείαις ὑπήρχετο τὸν Ναζάριον, ἵνα τοῖς μὲν φόβον, ταῖς δὲ μαλακίαν ἐνθεὶς πείσοι πρὸς τὸ αὐτοῦ βούλημα μεταθέσθαι. Ναζάριος δὲ τὸ παράπαν ἀμετάθετος ἦν, ὥσπερ ὑπὸ τούτων μᾶλλον πρὸς τὴν μαρτυρίαν στομούμενος, οὐ χαυνούμενος, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πλείονι τῇ ἐνστάσει χρώμενος. Νέρων οὖν οὐκ ἔχων ὅ τι δράσειε, φυλακῇ τέως τὸν ἄνδρα μετὰ τοῦ παιδὸς δίδωσι. Βραχὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ Νέρωνα μὲν πάλιν ὁ δικαστικὸς εἶχε θρόνος, Ναζάριος δὲ εἰσήγετο μετὰ τοῦ παιδός· καὶ πάλιν ὁμοίως νῦν μὲν πολὺς ἦν ὁ Νέρων ταῖς ἀπειλαῖς, νῦν δὲ ταῖς κολακείαις ἡδὺς καὶ ταῖς ὑποσχέσεσιν. Ὡς δὲ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐνστάσεως τὸν ἄνδρα ἑώρα, ἀπογνοὺς τῷ οὕτως ὑπαγαγέσθαι Ναζάριον, τῷ τῆς θαλάσσης ἐναποῤῥῖψῆναι βυθῷ μετὰ τοῦ παιδὸς προστάσσει Κελσίου, ὅπως μηδὲ ὁρᾷν ἔχοι οὓς μηδὲ ζῆν οὕτω διακειμένους ἐβούλετο. Ἀλλ' ἦσαν ἀληθεῖς πάντως οἱ τοῦ θεόφρονος Ἡσαΐου λόγοι, ὥσπερ πρὸς αὐτοὺς εἰρημένοι· « Ἐὰν διαβαίνῃς δι' ὕδατος, μετὰ σοῦ εἰμι, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλείσουσί σε· καὶ ἐὰν διέλθῃς διὰ πυρὸς, οὐ μὴ κατακαυθῇς. » Ἐπεὶ γὰρ αὐτοὺς ὁ βυθὸς εἶχεν ἤδη, καὶ οἱ τῇ θαλάσσῃ ῥίψαντες προσεδόκων πολὺ τῶν ἰχθύων βρῶμα περιμάχητον αὐτοὺς γενέσθαι, ἀγγελική τις δύναμις ἄνωθεν καταβᾶσα τοῦ βυθοῦ ἀνεσώσατο, καὶ τῇ χέρσῳ ἀβλαβεῖς αὐτοὺς ἀποδέδωκε, τοῦ παιδὸς Κελσίου διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἀτελὲς ἔτι ναυτίοις, ὥσπερ εἰκὸς, καὶ ἀηδίαις ὑποπλησθέντος. Ἀλλ' εὐχῇ τοῦτον καὶ τύπῳ σταυροῦ καὶ θείῳ φιλήματι ὑγιᾶ Ναζάριος δείκνυσιν.

ζ'. Ἀγρεύει τὸ θαῦμα τοῦτο καθάπερ ἰχθύας καὶ τοὺς ἐπὶ τῆς θαλάσσης αὐτοὺς καθέντας τοῦ Νέρωνος ὑπηρέτας. Τὸ γὰρ ἀπὸ τούτου ἀκόλουθοι γεγόνασι τῷ ἁγίῳ, καὶ οὕτω αὐτῷ προσετέθησαν ὡς καὶ τοῦ προτέρου βίου πολλὰ μεταμέλειν αὐτοῖς, καὶ ὅτι μὴ ἐκ πολλοῦ Νέρωνος ἀποστάντες ἐκείνῳ προσεῖχον,

A Postquam autem non potuit persuadere, eum expellit e civitate, sic eum placide allocutus : Uxoris meæ consilia te liberum dimittunt ab omni cruciatu. Illinc ergo abit Nazarius in vicinam Temerum cum puero Celsio. Est autem hæc urbs Temerus propinqua Meliæ. In ea ergo vitam agebat, divinis suis doctrinis augens gregem Christi, et multos inducens ad agnitionem. Non ferebat autem omnino, qui invidiam parturiebat, diabolus res ita se habentes. Quomodo enim, si ille erat diabolus, et qui ab initio bonis adversabatur? Blandis itaque verbis aggrediens, præsidem civitatis, persuadet, ut Neroni imperatori significet de Nazario. Cum ergo de Nazario ei esset significatum, missæ sunt litteræ per univer-
B sam illam regionem, jubentes summo studio quæri Nazarium, et eum, qui invenisset, ad ipsum ducere.

VI. Cum autem is latere non posset, ut qui in illustri staret loco virtutis, et magno ore ab ipsa prædicaretur, cito invenitur ab iis, qui scrutabantur. Illi autem, cum is jam eis evasisset manifestus, læti lætum sistunt ante Neronem. Quid ergo ille? Propositis ei tormentis, assentationibus aggressus est Nazarium, ut cum illis quidem ei terrorem attulisset, his autem eum emolliisset, persuaderet ei, ut transiret ad suam voluntatem. Nazarius vero erat omnino immobilis, ut qui ab his ad martyrium magis acueretur, non autem emolliretur. Et ideo majori utebatur constantia.
C Cum nesciret ergo Nero quid ageret, tunc eum cum puero tradit in custodiam. Parum intercessit temporis, et Neronem quidem rursus sedes habuit judiciaria. Introductus autem fuit Nazarius cum quero. Et rursus similiter, nunc quidem minis vehemens erat Nero, nunc autem suavis blanditiis et promissis. Postquam autem vidit eum tanta esse constantia, desperans sic posse induci Nazarium, jubet eum injici in profundum maris cum puero Celsio, ut nec eos quidem posset videre, quos ne volebat quidem vivere sic affectos. Sed erant omnino vera, quæ dixit divinus Isaias, tanquam de eis prænuntiata: Si transieris per aquam, tecum sum : et non te concludent fluvii. Et si transieris per ignem, non combureris. Nam cum jam essent in
D profundo, et qui eos jecerant, crederent fore, ut a multis piscibus devorarentur magna contentione, angelica quædam virtus desuper advolavit, et e profundo servavit, et illæsos eos terræ reddidit, puero Celsio propter ætatem adhuc imperfectam, nausea et fastidio pleno, ut est consentaneum. Sed precibus et signo crucis, et divino osculo eum salvum reddidit Nazarius.

VII. Capit, tanquam pisces, hoc miraculum Neronis quoque servos, qu, ipsos in mare demiserant. Sanctum enim deinceps sunt secuti, et ita se ei adjunxerunt, ut prioris vitæ magna ducerentur pœnitentia, et ægre ferrent quod non diu ante, relicto Nerone, animum illi adhibuissent. Terræ ergo

cum puero reditus Nazarius, transit cum eo ad civitatem, quæ dicitur Tenusa; et illinc profectus, venit Mediolanum, rursus quoque priorem pergens dare doctrinam, et dulci potare nectare eos, qui erant vere filii regni. Sed cives rursus ei non permittebant libere prædicare veram religionem, sed eum comprehenderunt, et eum præsidi Anulino, qui ei prius multas impegerat alapas, tradiderunt, vel per illos, ut verius dicam, is qui fuit ab initio invidus, et odio habuit homines. Ille autem jubet eum rursus includi in priori custodia. Nazario autem ipsa custodia erat multis regiis pretiosior, pratum floridum, novus paradisus. In eam enim ingressus versabatur cum Gervasio at Protasio sociis certaminis : a quibus assidue ille, tanquam ab aliquibus fluminibus, irrigatus, carpebat suavissimos flores illorum consuetudinis, ut propemodum gratias haberet Anulino, quod eum rursus conjunxisset cum iis quos desiderabat. Cum eis ergo congressus, et magnam accepit utilitatem, ut ipse etiam vicissim intulit ea quæ erant utilia ; et eos satis ad certamina, et puerum incitavit Celsium : quem puerum quidem sermo, perfectum autem ostendit actio.

VIII. Anulinus autem cum de Nazario singula exacte didicisset, mirabatur quemadmodum potuisset effugere Neronem (sciebat enim, quam esset furiosus et quam ferus Nero), lupum agnus, ut aiunt. Hinc etiam de sancto Nazario et ejus sociis cum facit litteris certiorem, rogans quidnam juberet, ut faceret sanctis. Ille autem cum audivisset Nazarium adhuc esse superstitem, cædem spirabat adversus lictores, quibus jusserat, ut eum in maris profundum injicerent ; et præ ira e sede exsiliens cum vociferatione currebat per regiam, clamans insidiatores, ingratos, adversus deos impios, et cupiebat eos invenire, ut ipsos etiam interimeret simul cum martyribus, ignorans stolidus, quod Deus potest non solum a mari servare eum qui in ipso habuerit fiduciam, sed etiam ipsum mare exsiccare. Testatur autem divus David dicens, eum posuisse fluvios in desertum, contra autem, deserta in locus aquarum [1]. Cum eos ergo multum quæsivisset, et non invenisset, sic litteris exponit suam adversus sanctos sententiam: Quoniam ii, qui ante nos ascenderunt in hanc excelsam imperii sedem, non solum eos, qui in maximos deos erant impii, morte sua damnabant sententia, sed etiam, si invenirentur aliqui, qui maleficiis et præstigiis multos corrumperent, par quoque in eos statuebant supplicium, nostra quoque decernit potentia, quod isti quamprimum vita priventur, gladio capitibus eorum amputatis: deinde eorum corpora objiciantur feris ad devorandum, ut ne omnium quidem communem consequantur sepulturam. Sit ergo tibi curæ id, quod in præsentia jussi, exsequi. Est enim mihi

XXIII. Matrona autem eis dixit amice et pacifice: Hanc sinite, inquit, hæc est Dei ancilla, quæ prius erat ancilla vestrorum deorum. Nihil est de cætero ei vobiscum commune. Hæc cum audissent, illi quidem sunt reversi, templi conflagrationem et alia minantes gravissima. Puella autem jacens ad pedes beatæ Matronæ, Christum valde rogabat, ut obsignaretur signaculo, et quamprimum divinum baptismum consequeretur. Cum Matrona ergo reliquas jussisset exspectare, ipsa processit ad aridam colligendam materiam: et cum multum collegisset rediisset: Quædam ex C vobis, inquit, euntes quam celerrime, renuntiate iis qui paulo ante venerunt, dicentes: Ignis est vobis paratus, et satis materiæ. Quanam autem de causa tardat vester adventus, ut finem accipiant minæ, quæ sunt a vobis intentatæ? Hæc cum illi audivissent, et sapientem inventionem, et generosos spiritus essent admirati, nesciebant quidnam contra responderent: et nec ausi sunt postea illuc reverti. Tunc iis quæ redierant, beata rursus aliud jussit: nempe ut episcopum convenirent, et secum ducerent unum ex sacerdotibus et diaconum. Quod quidem cum factum esset magna celeritate, iis qui jam venerant sacerdotibus, tradidit eam quæ nuper accesserat, sacerdotem: et jussit eam catechismo initiare et baptismo, et rursus ad se adducere.

D XXIV. Post baptismum itaque adducta Euche (sic enim fuerat nominata), edocebatur in omni disciplina spirituali, et in rebus divinis exercebatur simul cum reliquis, quæ erant octo numero. Erat autem sancta adeo jucunda in sermone, et bonum odorem spirans in Deum, ut multi sæpe ex iis qui eam convenerant, postquam cessasset loqui, volentes demum reverti, ægre ab ea discederent: ut qui veluti quibusdam vinculis essent ab ea constricti sui in eam amoris, aut qui cum in siti pulchra aqua se exsatiaverint, et propterea graviter ferant ab ea recessum. Porro autem ipsam rursus invasit desiderium conveniendi Bassianum,

Cum autem is esset rursus in regina urbium Constantinopoli, in ipsa vero adesset etiam Domitianus ejus maritus, repellebat desiderium ejus mariti metus, ne forte in manus ejus incideret, si venisset in urbem. Quamobrem cum distractus ei esset animus his duabus cogitationibus, nempe patris spiritalis desiderio, et metu mariti, in animo habebat ire potius Alexandriam, aut, cujus spe fuerat frustrata, Antiochiam. Hæc de causa intentius vacabat orationibus, et a Domino exspectabat significationem ejus, quod erat ei futurum conducibile.

XXV. Cum in summum ergo esset resoluta, videbatur aspicere tres viros quorum unusquisque vehementer contendebat, quisnam ex his tribus esset præferendus, ut eam duceret uxorem. Cum ea autem aures averteret, et putaret rem esse valde absurdam (terrebat enim somnium, ut quod esset contrarium iis quas interdiu susceperat, cogitationibus): Quinam autem vos estis, videbatur eis sancta dicere, et quæ sunt vestra nomina? Illi vero dixerunt, unum quidem nominari Alexandrum, alterum autem Antiochum, tertium vero Constantinum. Sorte autem conabantur dirimere controversiam ; ea vero cecidit in eum qui erat ætate juvenis, nomine Constantinus. E somno ergo excitata, quidnam sibi vellet visionis revelatio, intelligens statuit quidem relinquere viam, quæ Alexandriam ducit, aut Antiochiam : tota autem in hoc erat, ut proficisceretur Constantinopolim. Hoc enim dicebat placere Deo, qui evidenter ostendit significationem eorum quæ erant obscura.

XXVI. Cum suis itaque sororibus somnium communicasset, videbat eas suæ voluntati resistere ; non quod judicarent id, quod visum fuerat, aliud significare, sed quod eam valde amplecterentur, et non sustinerent eam ab ipsis discedere : ut quæ non secus ac recens plantatæ plantæ, ab illius verbis irrigarentur, et venirent in periculum, ne ejus privatione flaccescerent. Tamen quoniam, dixerunt, divina quædam providentia opem tulit tuo consilio, nequaquam possumus tuum interrumpere propositum. Sed secundo loco, inquiunt, sit tibi curæ, quibusnam eis nos relictura post tuum hinc recessum. Illa autem de eis protinus episcopum facit certiorem, et petit, ut ad ipsam mittat duas diaconissas, quibus tempus virtutem confirmavit. Quæ cum accessissent, beatissima Matrona suas, veluti quoddam depositum, credidit earum fidei, et suasit plurimi facere animas earum fidei creditas : ne, quas fecit Deus mundum relinquere, rursus sinerent accedere ad mundi vanitatem, et pacta conventa negligere.

XXVII. Hæc cum dixisset, et ultimum eis dedisset amplexum, et unam ex eis solam secum accepisset Sophronen, navem conscendit, et secundo vento vecta, pervenit Constantinopolim. Deinde cum venisset ad templum prope mare situm, quod a nomine pacis Dei, dictum est templum Irenes,

αὐτὴν πόθος ἐντυχεῖν πάλιν Βασιανῷ. Ἐπεὶ δὲ οὕτως εἰς τὴν βασιλεύουσαν τῶν πόλεων τὴν Κωνσταντινούπολιν ἦν, ἐν αὐτῇ δὲ παρῆν καὶ Δομετιανὸς ὁ ταύτης ἀνὴρ, διωθεῖτο τὴν ἔφεσιν ὁ τοῦ ἀνδρὸς φόβος μήποτε καὶ εἰς τὰς χεῖρας ἐμπέσοι καταλαβοῦσα τὴν βασιλεύουσαν· ὅθεν καὶ δυσὶ τούτοις μεριζομένη τοῖς λογισμοῖς πατρὸς τε πνευματικοῦ πόθῳ καὶ φόβῳ τοῦ κατὰ νόμους ἀνδρὸς, τὴν Ἀλεξάνδρειαν μᾶλλον ἐνενόει κατελαβεῖν, ἢ ταύτης ἀποτυχοῦσαν τὴν Ἀντιόχειαν. Ταύτῃ τοι καὶ συντονώτερον προσέκειτο ταῖς δεήσεσι, καὶ τὴν τοῦ συνοίσοντος δήλωσιν παρὰ Κυρίου προσάμενε.

ΚΕ'. Κατενεχθεῖσα γοῦν εἰς ὕπνον ἐδόκει τρεῖς ἄνδρας ὁρᾶν, διατείνεσθαί τε τούτων ἕκαστον καὶ ἰσχυρῶς ἀνθίστασθαι, τίς τῶν τριῶν προτιμητέος ἀγαγεῖν αὐτὴν εἰς γυναῖκα. Τῆς δὲ ὥσπερ ἐκτρεπομένης τὴν ἀκοὴν καὶ τὸ πρᾶγμα κομιδῇ ἄτοπον ἡγουμένης, (θορυβεῖ γὰρ καὶ ὄναρ ἀπεναντίας τοῖς μεθ' ἡμέραν λογισμοῖς ὁρώμενον), Τίνες δὲ ὑμεῖς ἐστε, πρὸς αὐτοὺς ἡ ἁγία λέγειν δοκεῖ, καὶ τίνα ὑμῶν τὰ ὀνόματα ; Οἱ δὲ τὸν ἕνα μὲν Ἀλέξανδρον ὀνομάζεσθαι, θάτερον δὲ Ἀντίοχον, τὸν δὲ λοιπὸν Κωνσταντῖνον, καὶ τελευτῶντας κλήρῳ πειρᾶσθαι διαλύειν τὴν ἀμφισβήτησιν· πεσεῖν δὲ τοῦτον εἰς τὸν καθ' ἡλικίαν νεάζοντα, Κωνσταντῖνος οὗτος ἐτύγχανε. Διυπνισθεῖσα γοῦν καὶ τὴν τῆς ὄψεως ἀπανάλυψιν ὅ τι βούλοιτο ἡ ἁγία συνεῖσα, τὴν μὲν πρὸς Ἀλεξάνδρειαν ἢ Ἀντιόχειαν μεθεῖναι διέγνω, ὅλη ἦν τῆς πρὸς Κωνσταντινούπολιν ἀποδημίας ἐγίνετο· εἰς εὐαρέστησιν γὰρ εἶναι τοῦτο ἔλεγε τῷ τὴν τῶν ἀφανῶν δήλωσιν ἐναργῶς θεῷ παραστήσαντι.

ΚΣ'. Κοινωσαμένη δὲ νὸ ὄναρ καὶ ταῖς περὶ αὐτὴν ἀδελφαῖς ἀντιπραττούσας ἐώρα ταύτας τῇ βουλήσει τῇ ἑαυτῆς, οὐχ ὡς ἕτερόν τι κρινούσας τὸ ὀφθὲν ἐκεῖνο δηλοῦν, ἀλλ' ὅτι λίαν αὐτῆς περιείχοντο καὶ ἀποστῆναι οὐδαμῶς ἠνείχοντο, ὥσπερ νεόφυτά τινα ὑπὸ τῶν ἐκείνης λόγων ἀρδόμεναι καὶ τῇ αὐτῆς στερήσει κινδυνεύοντα μαρανθῆναι. Ὅμως ἐπεὶ θεία τις, ἔφασαν, πρόνοια συνεργὸς κατέστη σοι τῇ βουλεύματι, τῆς προθέσεως ἀνακόπτειν οὐδαμῶς ἐσμεν δυνατοί· ἀλλὰ δεύτερος, φασὶ, πλοῦς, τίσιν ἡμᾶς καταλήψεις μετὰ τὴν σὴν ἀναχώρησιν ἀφροντίδος γενέσθω σοι. Ἡ δὲ εὐθέως τῷ ἐπισκόπῃ τὰ περὶ τούτων δῆλα καθίστησι, καὶ δύο τῶν διακόνων τινὰς αἷς ὁ χρόνος τὴν ἀρετὴν ἐβεβαίωσε, πέμψαι παρ' αὐτὴν κατεμήνυε. Παραγενομένας δὲ ἡ πολλάκις μακαρία τὰς ὑπ' αὐτὴν οἷά τινα παρακαταθήκην ἐπιστεύε, παρήνει τε περὶ τελείους τίθεσθαι τὰς πιστευθείσας ψυχὰς, Ἵνα μὴ ἃς ὁ Θεὸς, φησίν, παρεσκεύασε τὸν κόσμον ἀπολιπεῖν, ἐάσητε πάλιν τῇ τοῦ κόσμου ματαιότητι προσελθεῖν, καὶ τῶν συνθηκῶν ἀμελῆσαι.

ΚΖ'. Ταῦτα εἰποῦσα καὶ ἀσπασαμένη τὰ τελευταῖα, μίαν τε μόνην αὐτῶν τὴν Σωφρόνην μεθ' ἑαυτῆς λαβοῦσα τοῦ πλοίου ἐπέβη, εὐφόρῳ τε ἀνεχθεῖσα τῷ πνεύματι τὴν Κωνσταντίνου καταλαμβάνει. Εἶτα πρὸς τὸν ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ Εἰρήνης ἱδρυμένον παρὰ τῇ θαλάσσῃ ναὸν γενομένη τὸν

διάκονον μετακαλεῖται Μάρκελλον, ἥτις ἦν ἑαυτὴν κατασταῖσσα δήλην. Οὗτος δὲ ἦν ὃν ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε συμβουλεῦσαι Βασσιανῷ πρὸς τὸ ἐν Ἐμέσῃ πεμφθῆναι ταύτην σεμνεῖον. Ἀσμένως οὖν παρ' αὐτοῦ εἰσδεχθεῖσα ἠρωτᾶτο τίς εἴη ἡ αἰτία τῆς μακρᾶς ταύτης ὁδοιπορίας. Ἡ δέ· Οὐδὲν ἕτερον, ἔφη (τί γὰρ ἂν καὶ εἴη τὸ τοσούτου καταφρονῆσαι κόπου ποιῆσαι ταύτην δυνάμενον), εἰ μὴ ἄμαχός τις ἐπιθυμία τῆς αὐτῶν ὁμιλίας καὶ μάλιστα, φησί, τοῦ θείου Βασσιανοῦ, ὑφ' ἧς καὶ γήρως ἤδη καὶ γυναικῶν ἀσθενείας καὶ φιλησύχου διαγωγῆς καὶ τῶν ἄλλων πάντων ὑπεριδοῦσα μόνης ἐγνώμην τῆς πρὸς ὑμᾶς φερούσης ὁδοῦ. Εἶθ' οὕτως ἐπεξῄει συντετμημένως τήν τε τοῦ Δομετιανοῦ εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ τὸ Σίναιον μεταδίωξιν καὶ τὴν εἰς τὸ εἰδωλεῖον ταύτης διατριβήν, καὶ ὅπως ὄχλος οὐκ ἐφικτὸς ἀριθμῷ τῇ εὐσεβείᾳ δι' αὐτῆς προσετίθετο. Ἐπεξῄει δὲ οὐκ ἐπιδεικτικῶς, ἀλλὰ φιλαληθῶς· ἀλλότριον γὰρ μετρίου φρονήματος καὶ τῆς οὐδὲν οὕτω σπουδαστάσης ὡς τὸ λαθεῖν ἡ ἐπίδειξις· ἄλλως τε δὲ καὶ τὸ λειποταξίου γραφῆναι τὴν ἅπαξ εἰς τὸν τῶν μοναχῶν ἀπόγραψαμένην βίον ἀσύμφορον ἔκρινεν εἶναι καὶ σκανδάλου πρόφασιν παρέχειν δυνάμενον.

ΚΗ'' Ὁ δὲ Μάρκελλος ἕκαστα τῷ θείῳ Βασσιανῷ παραχρῆμα διασάφει. Καὶ ὃς ἐπιστυγνάσας τῇ ἀκοῇ, ὡς εἶχε τάχους ἀπιέναι τοῦτον παρεκελεύετο, καὶ ἥρεμόν τινα καὶ ἀθόρυβον οὐ πόρρω που τῆς μονῆς ἀφορίσαι ταύτῃ καταγωγήν, ὥστε καὶ βουλομένῳ πρὸς αὐτὴν φοιτᾶν ῥᾴδιον εἶναι. Ὁ δὲ ὀξέως ἐνήργει τὸ προσταττόμενον, καὶ οἰκίαν ἑτοιμάσας ἐπιτηδειαν ἔνθα ὁ μέγας Βασσιανὸς ἀφικόμενος ἐντυχών τε καὶ ὅσα δέον εἰπών, ἀλλὰ καὶ παρ' αὐτῆς πάλιν περὶ τῶν ταύτῃ συνεχθέντων μαθών, καὶ ὧν ἔχρῃζε μεταδοὺς, καὶ εἴ ἑτέρου δέοιτό τινος παρ' αὐτῆς ἐπυνθάνετο. Τῆς δὲ καὶ ἑτέρας εἶναι ἐν Βηρυτῷ ἀδελφὰς εἰπούσης, καὶ βούλεσθαι παρ' αὐτὴν ἀφικέσθαι ταύτας, καὶ συνδιάγειν, γράμμασιν εὐθὺς τῷ ἐπισκόπῳ Βηρυτοῦ ἐγνώριζε περὶ τούτου, καὶ ἃς ἡ Ματρώνα κατ' ὄνομα ἐπεζήτει παρ' αὐτὴν ἐπέτρεπε τὸ τάχος ἐκπέμψαι. Αὗται τοιγαροῦν ἐκπεμφθεῖσαι καὶ συνοικήσασαι τῇ Ματρώνῃ ἄκραν ὑπεῖχον αὐτῇ τὴν εὐπρεπεστάτην τύπον ἐκείνης ἑαυτὴν παρεχούσης εἰς ἀρετὴν ἀκριβέστατον, ἣ καὶ μεῖζον πολλῶν στομάτων ἐκήρυττε ταύτην καὶ καταφανῆ πᾶσιν ἐποίει. Μετὰ γὰρ πολλῶν ἄλλων καὶ ἡ βασιλὶς Βερίνα ἡ τοῦ μεγάλου Λέοντος γαμετὴ ὡς αὐτὴν ἐφοίτα, καὶ οὐκ ἐκείνην μᾶλλον, ἀλλ' ἑαυτὴν ἔκρινεν ἐν τούτῳ τιμᾶν. Δεξιουμένη τε παρ' αὐτῆς μετρίοις τοῖς δεξιώμασι καὶ οἷς εἰκὸς ἦν τὴν ἀπράγμονα καὶ φιλόσοφον ἐκείνην χαρίζεσθαι, ἀπῄει θαυμάζουσά τε τὴν αὐτῆς ἀρετὴν, καὶ ὅτι μηδὲν ἠξίου λαβεῖν παρὰ τῆς πολλὰ δοῦναι καὶ δυνμένης καὶ βουλομένης.

ΚΘ'. Εὐφημία δέ τις Ἀνθίμου ποτὲ τοῦ Ῥωμαίων ἡγεμόνος σύνοικος, συνήθης τῇ ὁσίᾳ γενομένη καὶ πείρᾳ πιστωθεῖσα τὰ κατ' αὐτὴν, κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὴν τῷ πατρικίῳ Σφορακίῳ εἰς γυναῖκα συναφθεῖσαν, νόσῳ περιπεσοῦσαν δεινῇ καὶ

A diaconum accersit Marcellum, quænam esset ei aperiens. Is autem erat, quem superius diximus consuluisse Bassiano, ut ea mitteretur ad monasterium, quod est Emesæ. Libenter ergo ab eo accepta, rogavit ut diceret, quænam esset causa longæ hujus peregrinationis. Illa autem : Nihil, inquit, aliud (quid enim posset efficere, ut tantum laborem despiceret?) nisi maximum quoddam desiderium eos conveniendi, et maxime, inquit, divinum Bassianum. Propter quod jam et senectutem, et mulierum imbecillitatem, et quietam vitæ agendæ rationem, et alia omnia despiciens, soli viæ, quæ ad vos ducit, ineundæ intenta fui. Deinde breviter persequitur Domitiani Hierosolyma, et in Sinam montem persecutionem, et suam in idolorum
B delubro conversationem, et quod multitudo innumerabilis per eam accessit ad pietatem. Persequitur autem, non ut quæ se ostentaret, sed ut quæ teneretur veri dicendi desiderio. Est enim ostentatio aliena a modestia, et ab ea quæ nihil æque studuit atque latere. Alioqui autem accusari, quod ordines deseruisset, quæ semel ascripta fuerat in vitam monasticam, judicabat esse inutile, et quod posset occasionem præbere offensionis.

XXVIII. Marcellus autem singula statim aperit divino Bassiano. Ille vero auditione affectus tristitia, jussit eum quamprimum abire, et quietum aliquod et a tumultu alienum, non procul a monasterio, præstituere ei habitaculum, ut esset ei facile, si vellet, ad eam accedere. Ille autem cito effectum
C reddidit id quod imperabatur : et cum aptam domum ei parasset, sanctam in ea collocat. Quem in locum cum magnus venisset Bassianus, eamque esset allocutus, et dixisset quæ oportebat, quin etiam ab ea didicisset de iis quæ ei obtigerant, et eam impertiisset iis quibus indigebat, eam rogavit, an sibi opus esset aliquo alio. Cum ea autem dixisset alias sorores esse Beryti, et eas velle ad ipsam venire, et una degere, hoc episcopo Beryti statim litteris significat, et quas nominatim quærebat Matrona; jussit ad eam quamprimum mittere. Eæ ergo emissæ, et cohabitantes cum Matrona, ei summam exhibebant obedientiam, illa seipsam præbente perfectissimum exemplar ad virtutem, quæ etiam multo magis, quam multa ora, eam
D prædicabat, et omnibus reddebat manifestam. Nam cum aliis Verina quoque imperatrix, uxor magni Leonis, ad ipsam ventitabat, nec tam illam, quam seipsam in hoc statuebat honorare. Quæ cum moderate et frugaliter ab ea esset accepta, et ut oportebat ipsam accipere, illa quæ erat remota a negotiorum sollicitudine, et dedita philosophiæ, recessit, admirans ejus virtutem, et quod nihil peteret ab ea quæ multa dare posset et vellet.

XXIX. Euphemia autem conjux Anthimi, qui fuerat præfectus urbis Romæ, cum fuisset sanctæ familiaris, et cujusmodi esset ipsa didicisset experientia, eam autem, quæ patricio Sporacio conjuncta erat matrimonio, in gravem morbum vidisset

incidisse, et qui artem vincebat medicinam, et nullam vitæ spem ostenderet ; cum eam, inquam, vidisset sic affectam : Si me audias, inquit, jubens valere medicos, in præsentia trade te communi bono, quod venit in civitatem, sanctam, inquam, Matronam, quæ multos non solum a morbis corporis, sed etiam animæ liberavit, ab impietate traducens ad verum Dei cultum, et ipsam haud ita multo post admiraberis, et alios multos ad ipsam transmittes. Hæc cum dixisset, quænam esset, et qualem vitam transegisset, ei narravit ab initio usque ad finem. Die ergo sequenti ambæ ad eam veniunt, et cum in longum productus esset earum sermo, cum ea quæ morbo laborabat manum dexteram sanctæ apprehendisset, ad eam, quæ erat affecta, partem attulit : affectionem autem statim sensit leviorem. Matrona vero rogavit causam, cur eam tetigisset. Cum autem verum dixisset ea quæ laborabat, Dominus, inquit, te liberabit ab eo malo, quod te detinet ; nos enim hoc non possumus efficere.

XXX. Quæ itaque laborabat, ab illo tempore remisse accedentem cogitans mali gravitatem, in animo habebat manere apud sanctam, exspectans perfectam liberationem ab eo quod ipsi afferebat molestiam. Propterea jubebat etiam manere animantia, quæ ei ad usum serviebant. Cum autem ei nuntiatum esset, non esse aliud, quod eam acciperet, habitaculum (unum enim esse, idque habitari mercede), cum beata conferens sermones, Facultates, inquit, satis magnas suppeditavit mihi splendor generis, multasque ædes exstructas ad pulchritudinem atque magnitudinem. Earum, inquit, quascunque volueris, quæ uno ambitu comprehenduntur, parata sum ego tibi largiri, animarum, quæ sunt servandæ, futuras habitacula, et principaliter ad meam ipsius utilitatem. Illa autem cum spiritu cognovisset, quam multis animabus ex hoc aperienda esset porta salutis, assensa est se esse accepturam, et cum diaconum accersivisset Marcellum, et ei rem exposuisset, mittit ad contemplandum ea quæ promissa fuerant. Qui postquam est contemplatus, reversus dixit esse quidem pulchrum loci situm, ut qui a dextera quidem mare, alia autem ex parte propinquum habeat Bassiani monasterium; non parva autem et levi, sed magna opus habere diligentia.

XXXI. Nondum hæc renuntiabantur, et promissio consecuta est effectum : et cum donum fuisset litteris insinuatum, statim ei quoque perfectum sanitatis donum a Deo fuit donatum. Postea autem et ædes exstruxit magnificentius, ut quæ eas, quibus opus erat, impensas ad corrigendum et exornandum munifica manus ei exhibuerit. Hinc fit, ut eas usque in hodiernum diem vocent omnes Severianas. Hinc cum sancta migrasset e priori habitatione, nihil omnino migravit a scopo, qui est in Deum, et ab operibus : nisi quis hoc vocarit migrationem, a minoribus ad majora trans-

A τέχνας ἰατρικὰς ἐλεγχούσῃ ἐλπίδα τε ζωῆς μηδεμίαν ὑποφαινούσας, ἐπεὶ οὕτως ἔχουσαν ἐθεάσατο, Εἴτε ἐμοὶ πείθῃ, ἔφη, ἰατροῖς χαίρειν εἰποῦσα τῷ νῦν τῇ πόλει κοινὸν ἀγαθὸν ἐπιδημῆσαν σπούδαζε ἐπίδος, Ματρώναν φημὶ τὴν ὁσίαν, ἥτις πολλοὺς οὐ σωμάτων μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχῶν ἔλυσε νόσους ἐξ ἀσεβείας μεταγαγοῦσα πρὸς θεοσέβειαν, καὶ ἐφ' οἷς εἰς μακρὰν διὰ θαύματός τε αὐτὴν ποιουμένη καὶ πολλοὺς ἄλλους πρὸς αὐτὴν παραπέμπουσα. Ταῦτα εἰποῦσα καὶ οἵα τις ἦν, καὶ οἷον διήνυσε βίον ἀπ' ἀρχῆς εἰς τέλος αὐτῇ διηγεῖτο. Τῇ ἑξῆς οὖν ἀμφοτέραι γίνονται παρ' αὐτῇ καὶ εἰς μακρὸν τῆς φιλίας παραταθείσης ἡσυχῇ πως ἡ κάμνουσα τῆς ἐξιᾶς λαβομένη τῆς μακαρίας τῷ πάσχοντι μέρει ταύτην ἐπέφερε, καὶ παραυτίκα τοῦ πάθους ἠσθάνετο κουφοτέρου. Ἡ Ματρώνα δὲ τὴν αἰτίαν τῆς ἐπαφῆς ἐπυνθάνετο. Τῆς δὲ καμνούσης τὸ ἀληθὲς εἰπούσης, Ὁ Κύριος, ἔφη, τοῦ συνέχοντός σε λύσει ἀνιαροῦ· τὰ γὰρ ἡμέτερα οὐχ οἷά τε ἐστι τοιαύτην ἐνέργειαν.

B

Α'. Ἡ πάσχουσα γοῦν ἐξ ἐκείνου ὑφειμένως προσβάλλουσα τὴν τοῦ πάθους ἐννοοῦσα βαρύτητα παρὰ τῇ ἁγίᾳ μένειν ἐσκέπτετο τελείαν ἀπαλλαγὴν τοῦ λυποῦντος προσμένουσα· διὸ καὶ τὰ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν ζῶα ἐκέτευε διαμένειν προστάττων. Διαγγελθέντος δὲ αὐτῇ μὴ ἕτερον εἶναι τὸ ὑποκείμενον οἴκημα, ἓν γὰρ εἶναι καὶ τοῦτο οἰκεῖσθαι μισθοῦ, εὐθὺς εἰς λόγους συνελθοῦσα τῇ μακαρίᾳ Κτῆσιν ἐμοὶ περιττὴν, ἔλεγε, τὸ τοῦ γένους πρόφανὲς ἐχορήγησε, καὶ δὴ καὶ οἰκιῶν ἀφθονίαν ἱκανὴν κάλλος ἐξειργασμένων καὶ μέγεθος. Τούτων ὅσας ἂν καὶ βούλῃ ὑπὸ μίαν τὴν περιοχὴν τυγχανούσας ἑτοίμη ἐγώ σοι χαρίζεσθαι, πολλῶν ἐσομένας ψυχῶν σώζεσθαι μελλουσῶν οἰκητήρια εἰς ἐμοῦ τε αὐτῆς προηγουμένως ὠφέλειαν. Ἡ δὲ κατὰ πνεῦμα γνοῦσα ὁπόσαις ἐκ τούτου ψυχαῖς θύρα διανοιγήσεται σωτηρίας, συνέθετο λήψεσθαι, καὶ τὸν διάκονον μεταστειλαμένη Μάρκελλον, καὶ αὐτῷ τὰ τοῦ πράγματος ἀναθεῖσα πέμπει θεάσασθαι τὰ ἐπαγγελθέντα. Ὃς ἐπεὶ ἐθεάσατο, ἀναστρέψας εὐφυῶς μὲν ἔχειν τὸν τόπον θέσεως διηγόρευεν, ἐν δεξιᾷ μὲν τὴν θάλατταν ἔχοντα, ἑτέρωθι δὲ ἐκ γειτόνων παρέχοντα τὸ τῶν Βασσιανοῦ φροντιστήριον, μὴ μικρᾶς δὲ καὶ τῆς τυχούσης, ἀλλὰ πολλῆς ὅτι μάλιστα δεῖσθαι τῆς ἐπιμελείας.

C

D

ΑΑ'. Οὔπω ταῦτα ἠγγέλλετο, καὶ τὰ τῆς ἐπαγγελίας πέρας ἐδέχετο, γράμμασι πιστωθείσης τὴν δωρεᾶς· καὶ εὐθὺς κἀκείνῃ παρὰ Θεοῦ τελεία ἡ τῆς ὑγείας ἀντεχαρίζετο δωρεά. Μετὰ ταῦτα δὲ καὶ σεμνοτιμότερον ἐξειργάσατο τὰς οἰκίας ὅσων ἐδεήθη τῶν ἀναλωμάτων πρὸς διόρθωσίν τε καὶ διακόσμησιν ἀφθόνῳ παρασχοῦσα χειρί, ἀφ' οὗ μέχρι καὶ τήμερον ταύτας, τὰ Σευηριανὰ πάντες λέγουσιν. Ἐντεῦθεν ἡ ὁσία τῆς προτέρας οἰκήσεως μεταβᾶσα οὐδὲν ὅλως τοῦ κατὰ Θεὸν μετέβη σκοποῦ καὶ τῶν ἔργων εἰ μὴ τοῦτο καλοίης μετάβασιν τὴν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπὶ τὰ μείζονα, ἀφ' ἧς καὶ ἐπὶ μέγα χωρῆσα

ὑτὴν ποίμνιον παρεσκεύασε, καὶ τῆς τῶν
ον διετήρησε βλάβης, συλλήπτορι τοῦ
τῶν ἀγαθῶν αἰτίῳ χρωμένη. Γίνεται δέ
ι πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἕτερον, ὃ καὶ πλέον
τὴν ἐμεγάλυνεν.

τελεῖτο μὲν δημοτελὴς ἑορτὴ καὶ σεβά-
ρεντίου τοῦ μάρτυρος, ὄχλος δὲ κατὰ τὸν
ὸν εἰς πλῆθος συνέρρει καὶ διημέρευεν.
ὸο ἐτύγχανον ἀδελφαὶ μὲν τὴν φύσιν, τὸν
οὐκ ἀδελφὰ φρονοῦσαι, ἀλλὰ κομιδῇ
ει, τὸ μέντοι γένος ἐπίσημοι καὶ πε-
Αὗται τοίνυν τῆς ἑορτῆς τελεσθείσης
:ανιοῦσα ἡνίκα γεγόνασι περὶ τὸν τόπον
:ῆς ὁσίας φροντιστήριον ἦν, ἦχός τις ἐμ-
ν ὕμνων τοῖς αὐτῶν προσέβαλεν ἀκοαῖς·
θεῖσαι καὶ τίς ἡ τοῦ φροντιστηρίου καθ-
μαθοῦσαι πρὸς ταύτην εἰσῆεσαν. Ὡς δὲ
ος αὐτῇ συνῆλθον, καὶ τοῦτο μὲν ἐξ αὐτῶν,
:αὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἠθῶν εὐκοσμίας πολλῆς
ὠφελείας, ἡ μία τούτων ἔρωτι ταύτης
ωματικῷ, Σὺ μὲν ἄπιθι, ἔφη πρὸς τὴν
ὺ δὲ πρὸς ταύτῃ μενῶ· λήθη γάρ με
καὶ οἴκου καὶ συγγενῶν ἔσχε καὶ κατὰ
φάναι Δαυΐδ, Ἐξελεξάμην παραῤῥιπτεῖ-
ὁ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ μου μᾶλλον ἢ τῆς κατὰ
ολαύειν εὐημερίας. Ὡς δὲ ταῦτα ἡ Ἀθα-
το γὰρ αὐτῇ ὄνομα, πρὸς τὴν ἀδελφὴν
ἔσχεν αὐτὴν συμφρονοῦσαν, ἀλλὰ καὶ
ντιῤῥεγγομένην καὶ κουφότητος εἶναι τὸ
γουσαν καὶ ἀλόγου θερμότητος ῥᾷον χω-
μεταμέλειαν. Ταῦτα δὲ ἔλεγε γνώμῃ
μᾶλλον ἢ φρονήματι στερῤῥοτέρῳ. Ἡ
ν μὲν κατὰ Θεὸν αὐτῆς ἐπῄνει σκοπὸν,
αὐτὴ τὴν ἀθρόαν μετάθεσιν ἐδοκίμαζεν,
νει πρὸς τὸν ἄνδρα πρότερον ἀπελθεῖν
σθαι περὶ τούτου, βίου τέ φησι ἐπιμελη-
οῖόν τε τελειοτέρου, καὶ Θεοῦ δεῖσθαι διὰ
καί σοι εὔοδα τὰ κατὰ σκοπόν· καὶ τότε
πρ' ἐμὲ, κατὰ νοῦν δέ σοι ἀπαντήσει τὸ
νον. Εἰ γὰρ καὶ πόθος θεῖος εἰσῆλθέ σου
ν, καὶ οὐκ ἀνίησι κατασχὼν, ἀλλὰ πολλά
ῤρεῖν ἀπάγει αὐτό τε τὸ τῆς ἡλικίας νεά-
ι περὶ τοὺς πόνους ἀνάσκητον, ὑπηρετεῖ-
ον, οὐχ ὑπηρετεῖν πεφυκός· τὸ δὲ μεῖζον
ἀνδρὸς κώλυσις.

ὑτοις εἰρημένοις ἡ Ἀθανασία ἡσυχάζουσα
νη μὲν ὡς ἀπωθουμένη, μὴ βουλομένη δὲ
καὶ τὸ ἑαυτῆς θέλημα συνιστᾷν· διὰ
ἀνεχώρει τοῦ σκοποῦ τούτου καὶ τῆς προ-
ῤῥιῶς ἐχομένη καὶ κατὰ τὴν τῆς ἁγίας
σώφρονος βίου καὶ λιτότητος ἐπιμελου-
μένη προπαιδείαν τοῦτο πρὸς τὸν ἀσκη-
μένη βίον. Καὶ δή κατά τινα τῶν αὐτῆς
ομένη καὶ μονωθεῖσα τοῦ συνοικοῦντος,
τὰ μίμησιν τῆς ἁγίας καὶ αὐτὴ διατίθε-
ἷς τε κατὰ τὸν αὐτὸν καιρὸν μνημονεύουσα

A ilium. Quo factum est, ut sŭum quoque gregem fecerit valde augeri, et ab inimicis conservarit illæsum, operibus habens adjutorem eum, qui est causa bonorum. Fit etiam tale quid aliud præter cætera, quod eam fecit majorem.

XXXII. Celebrabatur quidem publicum et venerandum festum Laurentii martyris. In ejus autem templum confluxerat maxima multitudo populi, et diem in eo transigebat. Ibi duæ erant quidem sorores natura, sed moribus minime, ut quæ valde inter se discreparent : genere autem erant claræ et insignes. Eæ ergo peracto festo illinc revertentes, cum fuissent in loco in quo erat sanctæ monasterium, numerosus quidam sonus hymnorum divinorum accessit ad aures earum. Quibus delectatæ, cum rescivissent, quænam ea esset, quæ præest monasterio, ad eam ingressæ sunt. Cum eam vero convenissent, et partim quidem ex verbis, partim autem ex modestia et morum honestate magnam accepissent utilitatem, una ex iis spiritali ejus amore capta : Tu quidem, inquit, abi, dixit alteri ; ego autem manebo apud eam. Me enim cepit oblivio et mariti, et domus, et cognatorum ; et, ut dicam cum divino Davide : « Elegi abjecta esse in domo Dei mei potius, quam in mundo frui rebus jucundis 5. » Cum autem sorori hæc dixisset Athanasia (hoc enim erat ei nomen), ea non est illi assensa : sed aperte contradixit, dixitque rem esse levitatis et incousiderati fervoris, qui facile

B

C tendit ad pœnitentiam. Hæc autem dicebat animo potius mundi cupido, quam gravi et constanti. Sancta vero ejus quidem laudabat ex Deo scopum, sed nec ipsa repentinam probabat mutationem, sed suadebat ut prius rediret ad maritum, et eam rem communicaret marito ; dicebatque oportere eam, quoad ejus fieri potest, curam gerere vitæ perfectioris, et Deum perpetuo rogare, ut scopum ejus dirigat. Tuncque, aiebat, venies ad me ; ex animi autem tui sententia succedet id cujus teneris desiderio. Etsi enim divinum desiderium subiit tuum animum, nec te tenere intermittit, me tamen multa impediunt, ne confidam : nempe tua ætas tenera, et quod in suscipiendis laboribus non sis exercitata,

D et quod sit natura magis ingeneratum, ut tibi serviatur potius, quam ut servias, et quod est omnium maximum, mariti prohibitio.

XXXIII. Iis dictis, silebat Athanasia, animo quidem cruciata, ut quæ repelleretur, nollet autem contradicere, et suam confirmare voluntatem. Propterea recessit, hunc scopum et propositum acerrime persequens, et ut sancta ei suaserat, vitæ temperantis et frugalis curam gerens, et veluti præcedentem disciplinam, ad vitam et exercitationem id faciens monasticam. Porro autem cum venisset in quemdam ex suis agris, et sejuncta fuisset a conjuge, studebat ipsa se gerere ad sanctæ imitationem, eodem tempore cibum sumens, par-

ceque et tenuiter, sicut illa, comedens, et preces fundens ante cibum et post cibum, et alia omnia pro viribus imitans, quæ faciebat beata. Cum ea autem in hoc esset, et quæreret honestam a marito sejunctionem, tale quid accidit, valde honestam præbens liberationem. Nam cum ea ut prius diximus, abesset, maritus, qui erat sumptuosus et moribus intemperans, magnos faciebat sumptus. Cum itaque redactus esset ad inopiam, persuadet puero, ut clam surripiat aliquam ex arcis dominæ, et ad eum afferat. Quod quidem cum factum esset, non latuit ancillam, quæ servabat res dominæ. A qua cum illa rursus id didicisset, de cætero tanquam honesta arrepta occasione, nulla non ratione Athanasia moliebatur separationem. Tandem autem cum marito persuasisset, et magnam partem facultatum, quæ ad ipsam pertinebant, secum tulisset, Matronæ fidei suam credit animam; accedensque, et ei suas offerens divitias. Hæc, inquit, mihi accipe, et repone in thesauris Christi, qui non possunt surripi; et ne despicias animam, quæ a sancta tua dependet anima, et omnia sua tibi dedicat.

καὶ λιτῶς ὥσπερ ἐκείνη ἐσθίουσα, εὐχάς τε πρὸ τροφῆς καὶ μετὰ τὴν τροφὴν ποιουμένη καὶ τἄλλα ὅσα δύναμις μιμουμένη τῆς μακαρίας. Ἐν τούτῳ δὲ οὔσης αὐτῆς καὶ εὐπρεπῆ ζητούσης τὴν ἀπὸ τοῦ συνοικοῦντος διάζευξιν, τοιόνδε τι συνηνέχθη, λίαν εὐπρόσωπον παρέχοντα ἀπαλλαγήν. Ἀποδυσμούσης γὰρ ταύτης, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσεν, οὗτος πολυδάπανος ὢν καὶ τὸν τρόπον ἀκόλαστος, πλείοσιν ἐχρῆτο τοῖς ἀναλώμασιν. Ἐν ἀπορίᾳ τοίνυν αὐτῶν γενόμενος πείθει τὸν παῖδα, λάθρα τι τῶν κιβωτίων ὑφελέσθαι τῶν τῆς δεσποίνης, καὶ τούτῳ προσαγαγεῖν. Ὑπὲρ γενόμενον οὐκ ἔλαθε τὴν θεράπαιναν ἡ τὰ τῆς κυρίας φυλάττουσα ἦν· παρ' ἧς πάλιν ἐκείνη μαθοῦσα τὸ λοιπὸν, ὡς εὐλόγου προφάσεως ὀρεξαμένη, παντοίᾳ ἦν ἡ Ἀθανασία μηχανωμένη τὴν διάλυσιν, καὶ τέλος τὸν ἄνδρα πείσασα τὸ πολὺ τε τῆς οὐσίας καὶ ἐπιβάλλον αὐτῇ συγκομισαμένη τῇ Ματρώνῃ τὴν ἑαυτῆς ἐμπιστεύει ψυχήν, καὶ προσελθοῦσα καὶ τὸν πλοῦτον αὐτῇ προσαγαγοῦσα, Λάβε μοι, ἔφη, ταῦτα καὶ τοῖς ἀσύλοις κατάθου τοῦ Χριστοῦ θησαυροῖς· καὶ μὴ περιίδῃς ψυχὴν τῆς σῆς ἁγίας ἐξεχομένην ψυχῆς καὶ σοι πάντα τὰ καθ' ἑαυτὴν ἀνατιθείσης.

XXXIV. Matrona autem administrationem quidem, ut molestam et negotiosam rejiciens, suppliciis vero propositum admittens, dubitabat quidnam esset sibi faciendum. Et Bassiano quidem rem communicat, et audita ejus sententia, accipit quæ oblata fuerant, et ex pecuniis quidem quasdam consumit in monasterii faciendis operibus: ut quæ monasterium quidem muro circumdederit, trium autem tabulatorum habitaculum exstruxerit. Primum quidem et terræ propinquum, quod est ad sepulcra definitum. Secundum autem et medium, quod est aptum ad hiemandum, et habet templum, quod est eo tempore aptum, ad quod conveniatur. Tertium vero et postremum, quod ipsum quoque templo ornatur pulcherrimo, et est pulchre accommodatum ad ver illic agendum. Quæ quidem permanent usque in hodiernum diem, prædicantia sumptuosam et magnificam ædificationem. In his quidem, sicut dictum est, consumptæ sunt nonnullæ pecuniæ Athanasiæ: reliquas autem distribuit monasteriis, quæ erant Hierosolymis, et aliis, quæ rerum necessariarum laborabant inopia, bono Marcello ad hæc pie inserviente. Et sic quidem Athanasia, amissis, quæ fluunt, divitiis, acquisivit divitias, in quas non cadit interitus.

ΛΔ'. Ἡ Ματρώνα δὲ τὸ μὲν περὶ τὴν διοίκησιν ὡς ὀχληρὸν καὶ ἀσχολον ἀποβαλλομένη, ἀποδεχομένη δὲ τὴν ἱκέτιν τῆς προαιρέσεως ἐν ἀπόρῳ γοῦν τί χρὴ καθίστατο διαπράξασθαι. Κοινοῦται τοιγαροῦν Βασσιανῷ τὰ τοῦ πράγματος καὶ γνώμην παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα δέχεται τὰ προσενεχθέντα καί τινα μὲν τῶν χρημάτων εἰς ἔργα τά κατὰ τὴν μονὴν ἀναλίσκει, τὸ ἀσκητήριον μὲν διατειχίσματι κυκλόθεν περιλαβοῦσα, τριώροφον δὲ ἀσκητήριον δειμαμένη. Τὸ μὲν πρῶτον καὶ περὶ γῆν πρὸς τάφους ἀφωρισμένον, τὸ δὲ μετ' ἐκεῖνο καὶ μέσον χειμάσαι τε ἁρμόδιον ὂν καὶ ναὸν ἔχον ἐν καιρῷ τοιούτῳ πρὸς σύναξιν ἐπιτήδειον· τὸ δὲ τρίτον καὶ τελευταῖον, καὶ αὐτὸ ναῷ καλλίστῳ κοσμούμενον καὶ πρὸς τὸ ἐαρίζειν εὖ διακείμενον. Ἃ καὶ εἰς δεῦρο διαμένει κηρύττοντα τὸ φιλότιμόν τε καὶ μεγαλοπρεπὲς τῆς οἰκοδομῆς. Ἐν τούτοις μέν, ὥσπερ εἴρηται, ἔνια τῶν τῆς Ἀθανασίας ἀντιλώθη χρημάτων· τὰ δ' ἄλλα πρός τε τὰ ἐν Ἱεροσολύμοις σεμνεῖα διένειμε μοναστηρίοις τε ἑτέροις ἐνδεῶς ἔχουσι καὶ τοῖς ἄλλως τῶν ἀναγκαίων ἀπορουμένοις Μαρκέλλου πρὸς ταῦτα τοῦ σπουδαίου φιλοθέως ὑπηρετήσαντος. Ἡ Ἀθανασία μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, πλοῦτον ἀποβαλοῦσα τὸν ῥέοντα πλοῦτον ἄφθαρτον ἀνεκτήσατο.

XXXV. Cum quindecim autem annos fuisset superstes in hac vivendi ratione, a vita præsenti liberata, felix iter ad Deum iniit. Sic grex Matronæ fuit amplificatus, multis quotidie accedentibus, et volentibus pasci ab hac magistra. Cum autem instaret tempus ejus dissolutionis, plane ostendebat sancta, se neque propter parata opera perturbari ad separationem. «Paratus enim fui, inquit divinus David, et non sum conturbatus [6]. » Neque rursus

ΛΕ'. Δέκα δὲ πρὸς τοῖς πέντε ἔτη ἐν τῇ ἀγωγῇ ταύτῃ ἐπιβιώσασα τῶν παρόντων ἀπαλλαγεῖσα τὴν μακαρίαν πρὸς Θεὸν πορείαν ἀνεστείλατο. Οὕτω τῆς Ματρώνης εἰς πλατυσμὸν ἐχώρει τὸ ποίμνιον πολλῶν καθ' ἑκάστην προσερχομένων καὶ ὑπὸ παιδαγωγῷ ταύτῃ ποιμαίνεσθαι βουλομένων. Ἐπεὶ δὲ ὁ τῆς ἀναλύσεως αὐτῆς ἐφειστήκει καιρὸς, δῆλη ἦν ἡ ὁσία μήτε τῇ ἑτοιμασίᾳ τῶν ἔργων τεραττομένη πρὸς τὴν διάζευξιν· « Ἡτοίμασθην γάρ, » φησὶν ὁ θεῖος

[6] Psal. cxviii, 60.

Δαυὶδ, « καὶ οὐκ ἐταράχθην • » μήτε πάλιν τὸν χωρισμὸν ἐπισπεύδουσα, τὸ μὲν, ὥσπερ εἴρηται, διὰ τὸ θαρρεῖν, τὸ δ' αὖ πάλιν διὰ τοῦ ποιμνίου πόθον. Διὸ καὶ ἀναγκαιότερον ἦν αὐτῇ τὸ ἐπιμεῖναι τῇ σαρκὶ κατὰ Παῦλον καὶ χάριν τοῦ πλείονας καταβαλομένην τοὺς πόνους, πλείονας ἐκεῖθεν καὶ τοὺς καρποὺς δρέψασθαι • ὅθεν καὶ μείζοσιν ἑαυτὴν κατέτεινε πρὸς τῷ τέλει τοῖς κόποις, κατὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν δρομέων, εὐχαῖς τε πλείοσι καὶ συντονωτέραις σχολάζουσα ἦν.

ΛϚ'. Τοῦ Θεοῦ μέντοι βουλομένου μηδὲ ταύτης ἀποστερῆσαι Ματρώναν τῆς παρακλήσεως, τὸ καὶ πρὸ τῆς ἐντεῦθεν ἀπαλλαγῆς τὴν ἐκεῖθεν αὐτὴν διαδεξομένην γνῶναι κατάστασιν, ὕπνος αὐτὴν καὶ πλέον τοῦ συνήθους λαμβάνει, ᾧ ἐδόκει τόπον περιιέναι δένδρεσι μὲν ἐκτόπως κατάφυτον, ὕδασί τε κατάρρυτον ἡδυτάτοις καὶ πολλῇ ὅση τὸν χῶρον περιβάλλουσιν ἡδονῇ, ἐν ᾧ γυναῖκές τινες σεμναὶ καὶ κόσμιαι παρεστῶσαι καὶ σαφῆ τῆς ἀρετῆς ἴχνη δεικνῦσαι τοῖς προσώποις οἰκίαν τινὰ ἐνδοτέραν ἐφώκεσαν αὐτῇ τῇ χειρὶ δεικνύειν ἀπορρήτῳ κάλλει, καὶ οἵῳ μήτε ἀνθρωπίνῃ χεῖρα ἐργάσασθαι, μήτε γλῶσσαν εἶναι δυνατὴν ἐξηγήσασθαι κατεσκευασμένην • καὶ παρ' αὐτὴν ἐκάλουν εἰσελθεῖν τὴν Ματρώναν σὴν εἶναι ταύτην λέγουσαι καὶ σοὶ κατ' ἐξαίρετον ἀφωρίσθαι. Διυπνισθεῖσα δὲ ὅπη τείνει τὸ ὄναρ συνίει, εἶχέ τε λαμβάνειν εἰς πίστιν ὁποῖα μετὰ τὴν ἐνθένδε ἀπαλλαγὴν τὰ ἐκδεξόμενα ταύτην ἔσται. Παντὸς οὖν τοῦ τῆς ζωῆς χρόνου εἰς ἑκατὸν αὐτῇ διαμετρηθέντος, ἐξ ὧν εἴκοσι μόνοι τυγχάνουσι πρὸς τοῖς πέντε, ἐφ' οἷς ὁ κοσμικὸς αὐτὴν εἶχε βίος • τοὺς δὲ λοιποὺς ἅπαντας τὴν κατὰ πνεῦμα ζῶσα διήνυσεν ἀγωγὴν, τὰ ἐνταῦθα λιποῦσα πρὸς τὸν ποθούμενον αὐτῇ Χριστὸν ἐξεδήμει, πράξεις καταλιποῦσα παρὰ πάντων μὲν διαφερόντως θαυμαζομένας, ὀλίγους δὲ πρὸς μίμησιν ὑπάγεσθαι δυναμένας, αὐτὸν ᾧ καὶ προσῆλθε Χριστὸν διὰ παντὸς ἱκετεύουσα εἰρήνην τε ταῖς ἐκκλησίαις δωρήσασθαι καὶ παντὶ τῷ λαῷ αὐτοῦ σωτηρίαν, ἕνα τοῦτον τῆς ἀδιαιρέτου Τριάδος δοξάζοντι, ᾗ καὶ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεί, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A festinabat sejungi ; illud quidem, ut dictum est, propterea quod confideret, hoc autem rursus propter amorem sui gregis. Quocirca erat ei magis necessarium in carne permanere, sicut dicit divinus Paulus 7, et cum majores subiisset labores, illinc quoque plures fructus accipere. Quamobrem in fine se majoribus exercebat laboribus, sicut boni cursores, et pluribus vacabat precibus et intentionibus.

XXXVI. Cum Deus autem vellet ne hoc quidem consolatione privare Matronam, ut antequam hinc excederet, nosset futurum illic suum statum, eam arripit somnus major solito, in quo videbatur obire locum, pulchris admodum arboribus consitum, et qui aquis irrigabatur suavissimis, et prædium B jucunditate maxima circumdantibus : in quo astantes quædam feminæ graves et honestæ, et vultu præ se ferentes aperta virtutis indicia, domum quamdam interiorem ei manu videbantur ostendere, insigni pulchritudine, et qualem nec humana potest manus efficere, neque lingua narrare. Vocabant autem Matronam, ut illuc ingrederetur, dicentes : Hæc est tua, et tibi præcipue definita. E somno vero excitata, intellexit quorsum somnium tenderet, quod ei fidem faciebat eorum quæ erant secutura, postquam ex hac vita excessisset. Cum totum ergo vitæ tempus ei perductum esset ad centesimum annum, et solos quidem viginti quinque annos in vita transegisset mundana, reliquos autem in spiritali, hinc migravit ad Christum, quem desiderabat, relictis actionibus, quæ C ab omnibus quidem habentur in insigni admirationa, paucos vero possunt inducere ad eas imitandas, Christum, ad quem accessit, perpetuo supplex rogans, ut det pacem ecclesiis, et toti populo suo salutem, qui eum unum glorificat Trinitatis, in quam non cadit divisio, quam decet omnis gloria, honor et adoratio, nunc et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

7 Philipp. 1, 23, 24.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΩΣ ΗΜΩΝ

ΑΜΦΙΛΟΧΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΙΚΟΝΙΟΥ.

—

VITA ET CONVERSATIO

SANCTI PATRIS NOSTRI

AMPHILOCHII EPISCOPI ICONII.

(Nov. 23. — Prodit Græce nunc primum ex cod. ms. n. 1554, sæc. XV ; Latine ex interpretatione nostra.)

—

I. Amphilochii vitam, dum in terra versatus est, si quis descripserit, præclari quid memoriæ tradet. Maximo enim damno afficeretur Ecclesia universa, si illius virtutes resque pro unigenito Dei Filio præclare gestæ silentio prætermitterentur. Ut igitur quæ pulchra snnt dilligere et, quantum licet, laudibus efferre videamur, ad enarrationem progrediemur, ita quidem ut ante omnia patriam ejus ac parentes indicemus, deinde ejus vivendi morem et quibus familiariter usus sit amicis exponamus.

A Α'. Καὶ τί τῶν καλῶν ἔσται τις τῇ μνήμῃ παραδοὺς, εἰ τὸν Ἀμφιλοχίου παρέλθοι ἐν γῇ ; Τῷ μεγίστῳ γὰρ ζημιώσει πάντως τὸ τῆς Ἐκκλησίας πλήρωμα μὴ λόγοις τὰ ἐκείνου κατορθώματα διηγούμενος καὶ τὰ ὑπὲρ τοῦ μονογενοῦς τοῦ Θεοῦ Παιδὸς ἀριστεύματα. Ἵν' οὖν καὶ φιλεῖν δόξαιμεν τὰ καλὰ καὶ ἐπαινεῖν κατὰ δύναμιν, ἰτέον πρὸς τὴν διήγησιν, πατρίδα πρῶτον εἰπόντες καὶ οἵων ἔτυχε τῶν γεγεννηκότων ἀγωγήν τε βίου, καὶ οἷς ἐκεῖνος πρὸς φιλίαν ἐχρήσατο.

II. Vir iste sanctus Deoque devotus nobili genere oriundus natus est in Oriente, in terra Cappadocum, familiaribus autem et amicis usus est magno Basilio et Gregorio, pariter Cappadocibus, B pariter moribus et eruditione admodum insignibus. Ostendunt hoc luculenter ejus epistolæ ad Basilium Magnum de quæstionibus ecclesiasticis perscriptæ, et solutiones quæstionum ad eum datæ, quæ hodieque piis hominibus regulæ instar conservantur. Cum igitur eamdem cnm illis patriam nactus, eadem fide ac pietate excelleret, neque viriute illis cessit, sed omnino par fuit. Piorum enim filius parentum, diligenter educatus atque institutus, ubi in virum adolevit, igne quem Christus in terram projecit inflammatus, magni Abrahami exemplum secutus, patria relicta et cognatis amicisque valere jussis, a vitæ tumultu procul secedit in Lycaonum regionem transmigrat. Ibi postquam antrum reperit quieti C aptum et in quo satis otio indulgere posset, hoc seso includit, et æde precationibus idonea in honorem semper virginis Dei Verbi Matris quantum fieri potuit in illo loco erecta, vitam illic fere angelicam transegit. Hymnis enim indesinenter, jejunio perpetuo vacavit, somnum ad incorporalium instar nunquam propemodum degustavit, humi stratus et aspero vitæ generi addictus, lacrymis et virtuti in intimis animi recessibus reconditæ operam continua navavit. Preces ejus assiduæ, mens nihil

Β'. Οὗτος ὁ ἱερὸς ἀνὴρ καὶ τῷ Θεῷ καθηγιασμένος εὐγενὴς μὲν ἦν καὶ αὐτὸς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, Καππαδόκης τὸ γένος· συμφοιτητὰς δὲ καὶ φίλοις χρώμενος ἦν Βασιλείῳ, φημὶ, τῷ πάνυ καὶ Γρηγορίῳ, τοῖ ὁμοίως μὲν Καππαδόκαις, ὁμοίως δὲ καὶ βίῳ καὶ λόγῳ περιφανῶς διαλάμψασι. Δηλοῦσι τοῦτο σαφῶς αἵ τε πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον ἐπιστολαὶ τούτου ζητημάτων χάριν ἐκκλησιαστικῶν αὐτῶν συντεθεῖσαι, κἀκείνου πάλιν αἱ πρὸς αὐτὸν λύσεις τῶν ζητηθέντων, αἳ καὶ εἰς κακόνα τοῖς εὐσεβέσι τετήρηνται Τὴν αὐτὴν οὖν ἐκείνοις πατρίδα λαχὼν καὶ τῆς αὐτῆς πίστεώς τε καὶ εὐσεβείας αὐτοῖς κοινωνῶν οὐδὲ τὴν ἀρετὴν δεύτερος ἦν, ἀλλὰ καὶ αὐτην ἰσοστάσιος. Εὐσεβῶν γὰρ γονέων ἐκφὺς καὶ ἀγωγῆς τυχὼν ἐμμελοῦς καὶ παιδείας, ἀνὴρ ἤδη γενόμενος τῷ πυρί τε φλεχθεὶς ἐκείνῳ τῷ ἐπὶ τῆς γῆς βληθέντι παρὰ Χριστοῦ, ἀπανίσταται μὲν τῆς πατρίδος κατὰ τόν μέγαν Ἀβραὰμ ἐκεῖνον, καὶ συγγενῶν καὶ φίλων ἀποῤῥαγεὶς, μακράν τε τῶν βιωτικῶν κσταστὰς θορύβων τὴν τῶν Λυκαόνων χώραν καταλαμβάνει· καί τι σπήλαιον ἐπ' ἐρημίας εὑρὼν ἐπιτηδείως ἔχον μάλιστα τὸ ἐκείνου φιλήσυχον θεραπεῦσαι, τούτῳ φέρων ἑαυτὸν κατακλείει, εὐκτήριόν τε εἶκον τῇ ἀειπαρθένῳ τοῦ Θεοῦ Λόγου Μητρὶ ὡς οἷόν τε ἦν ἐν αὐτῷ σχεδιάσας, βίον ἦγεν ἐκεῖσε βραχὺ τοῦ ἀγγελικοῦ λειπόμενον. Ὅ τε γὰρ ὕμνος αὐτῷ εἶχεν ἀκαταπαύτως, ἡ νηστεία συντεταμένως, ἡ ἀγρυπνία μικροῦ τοῖς ἀσάρκοις ὁμοίως, χαμευνία, σκληραγωγία, δάκρυον, ἐργασία ἡ ἐν πνεύματι τῆς καρδίας διηνε-

πής· ἀπερίσπαστος προσευχὴ, νοῦς οὐδενὶ τῶν γηΐ- A
νων προκείμενος, ἀλλ' ὅλος ἀεὶ μετάρσιος πρὸς Θεὸν
ἐπαιρόμενος. Τούτοις τοῖς ἄκροις τῆς ἀρετῆς κατ-
ορθώμασι διαλάμποντα οἱ ἐν γειτόνων θεώμενοι,
πίστει τε αὐτῷ πολλῇ προσεφοίτων παντὶ τῷ κόσμῳ
ἀποτασσόμενοι καὶ τὸν αὐτὸν τρίβον ὁδεύειν αἱρού-
μενοι. Τεσσαρακοστὸν αὐτῷ ἔτος ἤδη που περὶ τὴν
ἄσκησιν ἠνύετο, καὶ τελευτᾷ μὲν τὸν βίον Ἰωάννης ὁ
προεδρεύων τότε τῆς Ἰκονιέων ἐκκλησίας· τὸν δὲ
ἡ τοῦ Θεοῦ πρόνοια, ἣ πάλαι τὰ τῆς καρδίας γνώρι-
μα ἦν, εἰς τὸν τοῦ μετακεχωρηκότος θρόνον μετα-
καλεῖται, καὶ ὅπως, προσῆκον εἰπεῖν.

Γ'. Νὺξ ἦν, καὶ ἄγγελος Κυρίου τῷ Ἀμφιλοχίῳ
παραστὰς, Ἀμφιλόχιε, εἶπεν, εἰς τῶν Ἰκονέων πο-
ρεύου μετρόπολιν τῶν λογικῶν μου προβάτων ποι-
μὴν ἐσόμενος. Ὁ δὲ πρὸς τὴν κλῆσιν ταύτην δια- B
μέλλων ἦν, καὶ τὸ κελευσθὲν ποιεῖν ἀνεβάλλετο. Δευ-
τέρα νὺξ ἦν, καὶ πάλιν ἡ αὐτὴ κλῆσις καὶ προτροπὴ,
καὶ ἡ ἐκείνου πάλιν ἐπίσης ἀναβολὴ, δαιμονικὴν
ἀπάτην τὸ φαινόμενον ὑποπτεύοντος. Ἐπεὶ δὲ καὶ
τρίτη κατέλαβε νὺξ, καὶ ὁ αὐτὸς ἐπέστη τὰ ὅμοια
προτρεπόμενος, τῆς στιβάδος ὁ γενναῖος διαναστὰς
ἔδοξε λαβέσθαι τοῦ ὁμιλοῦντος, καὶ, Εἰ ἄγγελος εἶ,
φησὶ, τοῦ Θεοῦ, δεῦρο στωμεν ἅμφω εἰς προσευχήν.
Ὁ δὲ ἐπείθετο, καὶ τὴν κεφαλὴν κλίνας, Ἅγιος,
ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, ἀνεβόησε· πλήρης ὁ
οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Κρατήσας τοίνυν
τὸν Ἀμφιλόχιον τῆς χειρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἅμφω
καταλαμβάνουσιν, αὐτόματοι δὲ αὐτοῖς αἱ θύραι διε-
πετάσθησαν, φῶς τε μέγα καὶ ἄῤῥητον περιλάμπει
τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ἀνδρῶν πλῆθος λευχειμόνων πε- C
ριηθροίσθη. Εἶτα λαβόντες τὸν Ἀμφιλόχιον τῷ θυ-
σιαστηρίῳ προσάγουσιν, ἐπιδόντες δ' ὃ μετὰ χεῖρας
ἕτερον, (Εὐαγγέλιον δὲ τοῦτο ἐῴκει εἶναι) ὁ Κύριος,
εἶπον, εἴη μετὰ σοῦ. Εἷς δὲ ὁ τῶν ἄλλων πρωτεύειν
φαινόμενος, Εὐχῇ, ἔφη, ἑαυτοὺς ἐπιτρέψωμεν, ὥστε
καὶ τὴν χάριν αὐτῷ ἐπιφοιτῆσαι τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύ-
ματος. Εὐξάμενοι οὖν, καὶ, Εἰρήνην σοι, ἐπειπόντες,
εὐθὺς ἀπῆεσαν μεσούσης νυκτός. Ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς πα-
ραδόξοις τούτοις καταπλαγεὶς, εἰς γόνυ τε τῷ θυσια-
στηρίῳ κλιθεὶς, ῥῆμα μὲν οὐδ' ὁτιοῦν εἶχε προΐσθαι,
μόνῃ δὲ τῇ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ τοῦ Θεοῦ δεόμενος
ἦν, διαλογιζόμενος τε καθ' ἑαυτὸν τί ἂν εἴη τοῦτο,
καὶ πρὸς ὃ τέλος ἥξει τὸ θεαθέν. Ὡς δὲ τῆς ἑβδόμης
ὥρας ἐπιλαβούσης ὁ τῷ τοῦ ξύλου κρούματι τοὺς
ἀδελφοὺς ἀφυπνίζων, διαναστὰς τῇ τοῦ οἰκείου
αὐτοῦ θυρίδι ἐπέστη, καὶ τὴν συνήθη εὐλογίαν ᾔτει D
λαβεῖν κατὰ γῆς κείμενος, φωνὴ δὲ ἠκούετο τοῦ μά-
καρος, οὐδαμῶς δὶς καὶ τρὶς ἐπειπὼν τὸ Εὐλόγησον,
ὑπεχώρησε καὶ τῷ ἀρχιμανδρίτῃ τὸ γεγονὸς εἴρη-
κεν. Ὁ δὲ κροῦσαι τὸ ξύλον ἐπέτρεψε, καὶ τοῦ λαοῦ
συναθροισθέντος καὶ τῆς ὀρθρινῆς τελουμένης δοξο-
λογίας ὁ Ἀμφιλόχιος ἔτι κείμενος ἄφωνος κατὰ γῆς
ἐωρᾶτο. Ὥρας δὲ παρελθούσης τὸ ἀπὸ τοῦδε μιᾶς
εἰς ἑαυτὸν ἐλθὼν ἀπὸ τῆς ἐκτάσεως καὶ φωτὶ θείῳ
τὴν καρδίαν περιλαμφθεὶς διανέστη, καὶ τοῖς παροῦ-
σιν ὤφθη τὸ πρόσωπον ἀπορῥήτῳ αἴγλῃ λελαμπρυ-
σμένος τῷ πλήθει τοῦ φωτισμοῦ τῆς χάριτος ὥσπερ
καὶ πρὸς τὰ ἔξω διαδοθείσης. Οὐδεὶς μέντοι προσεγ-

terreni sapiens, integra semper ad Deum fuit erecta, hoc summo virtutis splendore prælucentem ubi vicini conspexerunt, magna cum fide ad eum accessere atque mundo valere prorsus jusso eodem tramite ingredi constituerunt. Jam plus quam quadraginta annis huic vitæ asceticæ studuerat, cum Joannes Iconiensis Ecclesiæ præsul vita excederet. Istum igitur Dei providentia, cui dudum interiores illius animi sensus perspecti erant, ad occupandum defuncti thronum evocavit; quomodo autem, narrare lubet.

III. Nocte quadam angelus Domini Amphilochio apparens, Amphilochi, inquit, abi in magnam Iconiensium urbem, ut rationalium ovium mearum ibi pastor fias. Ille autem ad hanc invitationem cunctabundus hæsit, et jussum exsequi distulit. Secunda adfuit nox, jamque iterum eadem invitatio et impulsio, illiusque pariter, utpote qui visum dæmoniacæ fraudis opus esse suspicaretur, hæsitatio. Cum autem tertia nox advenisset, idemque eadem injungens appareret, sanctus exsurgens e lecto interlocutorem prehensum his allocutus est verbis: Si Domini es angelus, ades jam ut ambo preces faciamus. Ille autem consensit inclinatoque capite exclamavit: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth; plenum est cœlum ac terra gloria ejus. Apprehensa igitur Amphilochii manu ambo ad ecclesiam pergunt, cujus portæ sponte sese aperuerunt. Lux porro magna et ineffabilis ecclesiam illuminavit, et virorum multitudo albis vestibus ornatorum astitit. Qui Amphilochium ad altare deducunt et quod manibus gestabant ei tradito (Evangelium autem istud esse videbatur), Dominus, inquiunt, sit tecum. Unus autem qui cæteris præstare videbatur, Preces, inquit, fundamus, ut gratia boni Spiritus super eum descendat. Itaque post preces finitas, Pax tecum, dixerunt, et illico media nocte disparuerunt. Amphilochius autem hac re prodigiosa perculsus genibusque flexis altari admotus, ne unum quidem verbum proferre potis fuit, sed solummodo mente ad Deum elevata orans permansit, animo secum volvens quidnam hoc esset et ad quem finem visum illud foret deducendum. Cum autem, septima hora audita, ille qui fratres ligno percusso excitare solebat, ad ejus ædiculæ portam de more benedictionem requisivisset in terram prostratus, neque ulla vox sancti audiretur bis terve illud, Benedicas, proferens, abiit et archimandritæ rem narravit. Postquam hic ligno signum dari jussera', et coacto cœtu matutinæ preces factæ erant, Amphilochius adhuc mutus in terram prostratus conspectus est. Una autem præterlapsa abhinc ora e visione ad se rediens, divina luce mentem ejus collustrante, surrexit et præsentibus apparebat faciem splendore infando circumfusus ob prægrandem illuminationem gratiæ quæ velut ad extera quoque sese propagaverat. Attamen nemo ei appropinquare aut de re

quæ evenisset interrogare ausus est, sed solummodo ad ejus pedes provoluti et benedictione impertiti discesserunt.

IV. Deinde in cellam sese recepturo obviam fiunt episcopi numero septem, quos providentia divina ad eum miserat, de moribus ejus edocuerat et eum episcopum Iconii manuum impositione consecrare jusserat. Accedentes igitur, Tune es, inquiunt, Amphilochius Deo acceptus? Ad quod ille voce submissa et mansueta respondit: Ego sum peccator Amphilochius. Itaque cum eo ecclesiam ingressi sunt, ut quæ spiritus divinus ipsis præceperat, ad finem deducerent. Cum autem jam stolis ecclesiasticis induti essent, sanctus ad quid sese accingerent, videns, Fratres et Patres, inquit, omne mendacium ad diabolum pertinet, veritas autem e contrario Deo accepta est. Debeo igitur veritatem profiteri, ut vos cognoscatis et decernatis de re quæ evenit. Hac nocte me peccatorem angeli Dei episcopum Iconii consecrare visi sunt. Quibus auditis illi se invicem intuiti ob rem plane miraculosam stupore perculsi sunt, conferentesque dicta cum iis quæ ipsi oculis usurpabant, illius consecrationem revera voluntati divinæ convenire cognoverunt. Cunctis igitur provinciæ episcopis et clericis convocatis et re uti accidisset exposita, communi voto in episcopum promovent eum et in thronum Iconiensium urbis imponunt. Itaque acceptis Ecclesiæ gubernaculis dignus eo qui ipsum vocaverat pastor fuit, aqua vitæ illos irrigans atque pane pietatis nutriens.

V. Tribus annis ab Arii et Sabellii e diametro pravorum furore, et Postquam Macedonius et Eunomius Ecclesiam pervertere conati erant, præterlapsis, Theodosius magnus Constantinopoli synodum cogit, in qua disceptatum fuit ab episcopis de unigeniti Filii Dei gloria, siquidem orthodoxi consubstantialem eum Patrique parem affirmabant, hæretici autem de gloria paterna et consubstantialitate detrahere et dejicere eum conabantur. Debuit autem omnino victoriam reportare Spiritus sanctus, et os divini Amphilochii veluti per instrumentum proprium hæreticas nugas ad silentium redigere. Advenit igitur vir quoque hic admirandus et contra veritatis inimicos tanquam dextra manus ab orthodoxis æstimatus est. Cum autem vehiculo publico vectus accedere juberetur, urbem relinquens Theodulum ecclesiæ suæ archidiaconum secum proficisci voluit Carbonem porro igneum linteo involutum archidiacono tradit præcipitque ut secum conservet usquedum eo opus sit habiturus. Cæterum totum sanctus confecit iter jejunus. Constantinopolim ingressus apud viduam piam divertit. Ubi audivit omnes urbis ecclesias serris repagulisque occlusas teneri, nihilominus in iis oraturus perrexit, et ad cujusque ostia in genua pronus a Deo precibus obtinere studuit, ut orthodoxam corroboraret Ecclesiam et sibi eloquentiam veritatis auxiliatri-

A γίσαι τούτῳ ἢ περὶ τοῦ συμβεβηκότος ἐτόλμα πυθέσθαι, προσπεσόντες δὲ μόνον τοῖς αὐτοῦ ποσὶ καὶ εὐλογίας ἀξιωθέντες ἀπηλθον.

Δ'. Εἶτα πρὸς τὸν οἰκίσκον αὐτῷ ἀπιόντι συναντῶσιν ἐπίσκοποι τὸν ἀριθμὸν ἑπτὰ οὓς ἐμφάνεια θεία πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπει τὸν χαρακτῆρά τε παραδείξασα, καὶ ἐπίσκοπον Ἰκονίου προτρεψαμένη χειροτονῆσαι. Ἐγγίσαντες τοίνυν, Σὺ εἶ, εἶπον, ὁ κεχαρισμένος Θεῷ Ἀμφιλόχιος; Ὁ δὲ ἡπίᾳ καὶ γαληνῇ τῇ φωνῇ, Ἐγώ εἰμι, ἔφη, ὁ ἁμαρτωλὸς Ἀμφιλόχιος. Καὶ λαβόντες αὐτὸν ὁμοῦ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἀφίκοντο εἰς ἔργον ἀγαγεῖν βουλόμενοι τὰ ὑπὸ τοῦ θείου πνεύματος αὐτοῖς ἐπιτετραμμένα. Ἤδη δὲ τὰς ἱερατικὰς στολὰς ἀμφιεννυμένων αὐτῶν, ὁ μακάριος συνεὶς ὅ πουεῖν ὥρμηνται, Ἀδελφοὶ καὶ B πατέρες, ἔφη, πᾶν ψεῦδος ἄντικρυς ἐκ τοῦ πονηροῦ· ἡ ἀλήθεια δὲ τοὐναντίον φίλη Θεῷ. Δεῖ οὖν τὰ τῆς ἀληθείας ἐρεῖν, ὥστε καὶ εἰς γνῶσίν τε καὶ κρίσιν ὑμετέραν τὸ πρᾶγμα πεσεῖν. Τῇ νυκτὶ ταύτῃ ἄγγελοί με Θεοῦ τὸν ἁμαρτωλὸν ἐπίσκοπον τῆς Ἰκονιέων ἐώκεσαν χειροτονεῖν πόλεως. Τοῦτο ἐκεῖνοι ἀκούσαντες εἰς ἀλλήλους ἐώρων τὸ παράδοξον τοῦ πράγματος ἐκπλαγέντες· συμβάλλοντές τε τὰ εἰρημένα οἷς αὐτοὶ ἐθεάσαντο ἔγνωσαν κατὰ θεῖον ἀληθῶς εἶναι βούλημα τὴν ἐκείνου χειροτονίαν. Ἅπαντας οὖν τοὺς τῆς ἐπαρχίας ἐπισκόπους καὶ κληρικοὺς συναθροίσαντες, τὰ τοῦ πράγματος αὐτοῖς ἀναγγέλλουσι, καὶ κοινῇ ψήφῳ ἀρχιερέα καθιστῶσιν αὐτὸν, καὶ τῷ τῆς Ἰκονιέων πόλεως θρόνῳ ἐγκαθιδρύουσι. Παραλαβὼν οὖν τὴν ἐκκλησίαν ἐποίμαινε ναύτην ἀξίως τοῦ αὐ- C τὸν εἰς τοῦτο καλέσαντος, ῥεῦμα ζωῆς ποτίζων αὐτοὺς καὶ ἄρτῳ τρέφων θεοσεβείας.

Ε'. Χρόνοις δὲ τρισὶν ὕστερον τῆς Ἀρείου λύσσης καὶ Σαβελλίου τῶν ἐκ διαμέτρου κακῶν, πρὸς δὲ Μακεδονίου καὶ Εὐνομίου τὴν ἐκκλησίαν λυμαινομένων, σύνοδον ἐν Κωνσταντινουπόλει ὁ μέγας Θεοδόσιος συναθροίζει, καὶ συζήτησις ἦν τοῖς ἐπισκόποις περὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ δόξης, τῶν μὲν ὀρθοδόξων ὁμοούσιον καὶ ἴσον τῷ Πατρὶ πρεσβευόντων αὐτὸν, τῶν αἱρετικῶν δὲ καθαιρεῖν καὶ ὑποβιβάζειν τῆς πατρικῆς δόξης καὶ ὁμοουσιότητος διατεινομένων. Ἔδει δὲ πάντως τὴν νικῶσαν ἔχειν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὡς δι' ὀργάνου τινὸς οἰκείου τοῦ μακαρίου τοῦδε στόματος τοῦ θείου Ἀμφιλοχίου τὴν αἱρετικὴν κατασιγᾶσαι κενοφωνίαν. Μετάκλητος D οὖν καὶ ὁ θαυμαστὸς οὗτος ἀνὴρ γίνεται μεγάλη τοῖς ὀρθόδοξοις χεὶρ κατὰ τῶν ἐχθρῶν τῆς ἀληθείας ἀλισθησόμενος. Ἐπεὶ δὲ διὰ τῶν δημοσίων ὀχημάτων φοιτᾷν ἐκελεύετο, συμπαραλαβὼν καὶ Θεόδουλον τὸν τῆς αὐτοῦ ἐκκλησίας ἀρχιδιάκονον, ἐξῄει τῆς πόλεως. Ἄνθρακα δὲ πυρὸς ἐκεῖθεν λαβὼν καὶ ὀθόνῃ τινὶ κατακρύψας, τῷ ἀρχιδιακόνῳ δίδωσιν εἰπὼν φυλάττειν παρ' ἑαυτῷ ἕως εἰς χρείαν αὐτοῦ γένηται, καὶ τῆς ὁδοῦ ἀψάμενος ἄσιτος ἦνυσε ταύτην. Τῇ Κωνσταντινουπόλει δὲ ἐπιβὰς ξενίζεται παρά τινι γυναικὶ χήρᾳ καὶ φιλαρέτῳ. Μαθὼν δὲ ὡς αἱ ἐκκλησίαι πᾶσαι τῆς πόλεως ὑπὸ κλεισὶ καὶ σφραγῖσι κεκλεισμέναι διέμενον, ἀπῆει προσευξόμενος ἐν αὐταῖς· τιθεὶς τὰ γόνατα παρὰ τὰ ἑκάστης προπύλαια ἐδέετο

τοῦ Θεοῦ τὴν ὀρθόδοξον Ἐκκλησίαν κρατῦναι καὶ αὐτῷ λόγον ὑπὲρ τῆς ἀληθείας σύμμαχον παρασχεῖν. Εὐθὺς οὖν αἱ τῶν ἐκκλησιῶν θύραι αὐτόματοι διηνοίγοντο· καὶ ὃς εἰσῆει, καὶ εὐχῆς μᾶλλον εἶχετο. Εὐχομένῳ δὲ ἀγγέλου θεία τις ἐπιφαίνεται παρουσία, καὶ πρὸς τὸν προκείμενον ἆθλον αὐτὸν ἐνισχύει. Ἀμφιλόχιος μέν οὖν παρὰ τῷ ῥηθέντι γυναίῳ ἐπιξενούμενος ἦν· ὁ Εὐνόμιος δὲ καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, παθόντες ὡς Ἀμφιλόψιος παραγένοιτο, καὶ ὅτι αὐτόματοι τούτῳ αἱ τῶν ἐκκλησιῶν ἀνεῴγησαν πύλαι, φθόνου κέντρῳ νυγέντες τὸν βασιλέα ἠξίουν εἰς λόγους ἐλθεῖν τῷ Ἀμφιλοχίῳ, ἅτε λόγων δυνάμει θαῤῥοῦντες αὐτοὶ καὶ ἐκ πρώτης εὐθὺς αἱρήσειν αὐτὸν οἰόμενοι. Καὶ δὴ μετὰ πλήθους καὶ πομπῆς μεγίστου πρὸς αὐτὸν γενόμενος ὁ Εὐνόμιος, Σὺ εἶ, φησὶν, ὁ περιώνυμος Ἀμφιλόχιος ; Ὁ δὲ, Ἐγώ εἰμι ὁ ἁμαρτωλὸς, ἀπεκρίνατο. Καὶ ὁ Εὐνόμιος, Ἵνα τί δὲ, φησὶ, διαστρέφεις τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν ; Οὐκ ἐγὼ διαστρέφω, εἶπεν ὁ μέγας, ἀλλὰ σὺ καὶ ὁ οἶκος τοῦ πατρός σου τοῦ Σατανᾶ. Καὶ ὁ Εὐνόμιος αὖθις· Τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων ὕστερον τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν εἶναι κατὰ χρόνον λέγόντων καὶ ἧττονα τοῦ Πατρὸς, πῶς ὑμεῖς σύγχρονον καὶ ὁμοιούσιον αὐτὸν εἶναί φατε ; Φησὶ γὰρ ἡ θεολόγος φωνή· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. » Εἰ ἐν ἀρχῇ ἦν, δῆλον ὡς ὕστερός ἐστι τοῦ ἀνάρχου Πατρός· πᾶσα γὰρ ἀρχὴ ὑπὸ χρόνον· ὑπέρχρονος δὲ ὁ Πατήρ. Ἦν τοίνυν χρόνος ὅτε οὐκ ἦν ὁ Υἱός. Ἀλλ', ὦ βέλτιστε, ὁ Ἀμφιλόχιος ἀπεκρίνατο, καλῶς τὸ τῆς ἀρχῆς σημαινόμενον ἐκλαμβάνων κακῷ συμπεράσματι καὶ τὸν σὸν λόγον συνήγαγες· Εἰ γὰρ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος, καὶ δι' αὐτοῦ πάντα ἐγένετο, ἓν δὲ τῶν γεγονότων ἐστὶ καὶ ὁ χρόνος, « Δι' οὗ γὰρ, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος, « καὶ τοὺς αἰῶνας ἐποίησεν, » ἄρω καὶ ὁ Υἱὸς ὑπέρχρονος. Πῶς γὰρ ἂν εἴη πρότερον τὸ ὑπό τινος γεγονὸς τοῦ δι' οὗ πρὸς γένεσιν ἦλθεν ; Εἰ δὲ τοῦτο, πάντως ἄχρονος ἄρα καὶ ὁ Υἱὸς κατὰ τὴν θεολόγον, ὡς οἶσθα, φωνήν. Εἰ δὲ καὶ τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα χρονικήν σοι δίδωσιν ὑπόνοιαν κατὰ τοῦ Υἱοῦ, καὶ ὑστερογενῆ τοῦτον ὑπείληφας τοῦ Πατρὸς, ἐμοὶ γοῦν τοῦτο σύγχρονον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν δίδωσιν ἐννοεῖν· τὸ γὰρ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » οὐ κατὰ τὰς ὑπολήψεις ἐν ἀρχῇ τῇ κοτὰ χρόνον νοοῦμεν ἡμεῖς· οὕτω γὰρ ἂν καὶ χρόνου ὕστερος ὁ τῶν χρόνων εἴη δημιουργὸς, ἀλλ' ἀρχὴν τὴν ὡς ἄν τις εἴποι ἀΐδιον ὕπαρξιν, καὶ τὰ ἀεί ποτε εἶναι τὸν Υἱὸν καὶ ἀπ' ἀρχῆς, καὶ μὴ ὕστερον ἐπιγεγονέναι. Ὅτι δὲ τοῦτο βουλόμενος ὁ Εὐαγγελιστὴς παραστῆσαι τὸ ἐν ἀρχῇ εἶπεν, ὅρα μοι πῶς ἐπιστέλλων τὸ τοῦ λόγου πάλιν προήνεγκεν· ὃ γὰρ ἐν ἀρχῇ ἦφη πρότερον, νῦν αὐτὸ τοῦτο δηλῶν, ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς εἴρηκε· τί δ' ἂν εἴη τοῦ ἀπ' ἀρχῆς ἄλλο πρεσβύτερον ; ἵνα σου πάντως τὸ περιεργον διαφύγῃ, καὶ διδάξῃ ὡς ἀεὶ ἦν ὁ Υἱὸς, καὶ συνῆν τῷ Πατρὶ, καὶ οὐ νεωστὶ ἐπεισώχθη, οὐδὲ καινός τις Θεὸς τῷ παλαιῷ προσετέθη. Τὴν Ἰουδαϊκὴν γὰρ ὑπόνοιαν ἀναιρῶν ἵνα μὴ δόξῃ νέον τινὰ, ἀλλὰ τὸν ἀεὶ ὄντα τὸν τοῦ Πατρὸς σύμβουλον, ᾧ εἶπεν, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » ἐκεῖνον εἰσάγειν σάρκα γενέσθαι καὶ

cem condonaret. Statim igitur ecclesiarum portæ sponte apertæ sunt; precanti autem divina angeli species apparet et ad certamen imminens vires impertit. Amphilochius igitur apud mulierem quam diximus habitavit. Eunomius autem et qui ab ejus partibus stabant, cum didicissent Amphilochium adesse eique ecclesiarum fores sua sponte reseratas esse, invidiæ stimulo compulsi regem orarunt ut ipsis liceret disputare cum Amphilochio : confisi enim vi eloquentiæ protinus ab initio sese capturos eum sperarunt. Quare cum multitudine et pompa permagna Eunomius ad eum se contulit et interrogavit, num esset ille celeber Amphilochius? Qui respondit se peccatorem esse. Tum Eunomius, Cur, inquit, Dei Ecclesiam perturbas? Ad quæ vir magnus regessit: Non ego perturbo, sed tu et domus patris tui Satanæ. Deinde Eunomius : Cum doctrina evangelica Filium posteriorem Patri secundum tempus et minorem esse declaret, quomodo vos contemporalem atque consubstantialem eum dicitis? Theologus enim ait: In principio erat Verbum. Jam si in principio fuit, posteriorem esse eum apparet Patre qui initio caret. Omne enim initium sub tempus cadit; Pater autem tempus excedit. Fuit igitur tempus quo Filius non fuit. At tu, charissime, Amphilochius respondit, et principium ejusque significationem male intellexisti, et mala conclusione orationem tuam composuisti. Si enim Verbum fuit Deus, et omnia per illud facta sunt, tempus autem in iis quæ facta sunt censetur (Apostolus enim ait : « Per quem etiam sæcula fecit »), ergo etiam Filius tempus excedit. Quomodo enim id quod factum est exsistere poterit prius quam ille per quem factum est? Si autem hoc ita se habet, ergo temporis notio in Filium nequaquam cadit, secundum Theologi effatum, ubi bene nosti. Sin autem principii vocabulum tibi temporis notionem suggerit contra Filium, eumque ideo posteriorem quam Patrem putas, mihi contra illud ipsum causa est ut Filium Patri coexsistentem accipiam. Verba enim ista: « In principio erat Verbum, » non, ut tu quidem autumas, de principio quoad tempus intelligimus : alias enim temporum creator posterior foret tempori : sed principium accipimus, ut ita dicam, veluti æternam subsistentiam, ita ut Filius semper et a principio exstiterit nec posterius natus sit. Quod autem hoc sensu evangelista illud *in principio* dixerit, attende, sodes, quid Verbi naturam explicans addiderit. Prius enim *in principio* dixit, nunc autem, illud idem explicans, quod fuit *a principio* (quid autem vetustius eo quod a principio fuit?) ut omnino nugas tuas cluderet ac demonstraret, Filium semper fuisse, et semper Patri adfuisse, nec posterius introductum aut tanquam recentem Deum antiquo additum esse. Ad evertendam enim opinionem Judaicam et ne novum quemdam, sed eum qui semper Patris consiliarius fuit, et cui dixit : « Faciamus hominem ad imaginem nostram ac similitudinem, » inducere videretur

incarnatum et inter nos conversatum, hac de causa, «In principio erat Verbum,» dixit. Qui enim Theologo illi in mentem venerit quod tu prave interpretatis, ut Filium Patre posteriorem asserat et eum qui omnem creaturam in sapientia creavit, inter creaturas accenseat? Theologo illi, inquam, qui et Verbum ipsum inducit dicens: « Ego in Patre, et Pater in me. » Si enim Verbum posterius factum esset, et non semper cum Patre coexstitisset, periculum est ne Pater, antequam Verbum fieret, sine Verbo (ἄλογος) et sine sapientia fuerit. Et quomodo dicetur quod per sapientiam terram fundaverit, et quod in sensu illus abyssi disruptæ sint? Quid tibi videbitur de eo quod Verbo Domini firmati sint cœli et spiritu oris ejus omnis illorum virtus? Quomodo mente conceperit aliquid eorum quæ futura erant, si verbo et sapientia caruit; aut quomodo in principio, secundum vos, produxit Verbum, si verbi et sapientiæ expers fuit? Unde porro ei accidit ut Verbum non exsistens voluerit progignere? Humana enim mens ipsa, si prorsus verbo esset privata neque illud sibi inditum haberet, quomodo differret a mente animalium, siquidem tu ipse mihi . . . sed Deus propitius sit: tu enim in causa es quod hanc blasphemam vocem protulerim: Dei ac Patris mentem Verbi expertem animalium menti similem in principio fuisse statuis.

VI. Eunomius ad hæc dixit: Quomodo interpretaberis istud, «Dominus creavit me principium viarum suarum in opera ipsius, ante omnes autem colles generat me? » Hæc verba enim e persona sapientiæ prolata sunt quæ confitetur se esse creaturam, ante omnes autem creaturas progenitam. Postquam enim Deus eam creaverat, per eam quæ sunt condidit. Ad quæ Amphilochius: Quomodo hoc ullam creabit difficultatem ei qui verba illa cum grano salis exceperit, nec obstinato malevoloque animo explicuerit? Si enim Deus quæ sunt creare alio modo haud potuit, nisi prius sapientiam tanquam instrumentum quoddam condidisset cujus ope ea quæ sunt progigneret, jure quis rogabit iterum cujusnam ope sapientiam creaverit. Aliud enim omnino fuerit id quod illam creavit et quod hoc a Deo sapientiæ et verbi experte, heu? conditum sit. Si autem, ut ais, Dominus istavit creavit, quomodo insipiens eam creavit? quomodo verbo destitutus? Viden' ad quam absurditatem abripiatur qui Scripturæ sacræ verba pio animo excipere recusat? Is qui benevole illud effatum comprehendit, bene intelligit, quod Pater ante omnes colles Verbum generat, non tamen veluti non exsistens, sed tanquam quod exsistit generat siquidem planta quoque florem generat non ita ut eum autem in se non habuerit, sed quem potentialiter in se habuit, et pariter granum frumenti generat frumentum utpote quod potentialiter in se habet. Creat autem Deus Verbum quatenus decrevit, ut illud tempore sequenti carnem creatam assumeret. Propterea etiam Deum appellat Patrem suum Filius, quando

σκηνῶσαι ἐν ἡμῖν, τούτου χάριν τὸ, « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, » ἀγθέγξατο, Ποῦ γὰρ τοῦτο τὸν θεολογικὸν ἔκεινον εἰσέδραμε νοῦν ὃ σὺ κακῶς ἐξηγῇ, ἵν' ὕστερον ἀποδείξῃ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ συνάψῃ τοῖς κτίσμασι τὸν τὴν κτίσιν πᾶσαν ἐν σοφίᾳ δημιουργήσαντα, ὁ τὸν Λόγον αὐτὸν εἰσάγων, « Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρί, » λέγοντα, « καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί; » Εἰ γὰρ ὕστερον οὗτος ἐπεγένετο, καὶ οὐκ ἀεὶ σύμφυτος ἦν τῷ Πατρὶ, κινδυνεύει πρὸ τοῦ γενέσθαι ἄλογον εἶναι κατὰ σὲ καὶ ἄσοφον τὸν Πατέρα. Καὶ πῶς τῇ σοφίᾳ θεμελιῶσαι τὴν γῆν λέγεται καὶ ἐν αἰσθήσει αὐτοῦ ἀβύσσους διαῤῥαγῆναι; Πῶς δὲ σοι δόξει καὶ τὸ τῷ λόγῳ Κυρίου ἐστερεῶσθαι τοὺς οὐρανοὺς καὶ τῷ πνεύματι του στοματος αὐτοῦ πᾶσαν τὴν αὐτῶν δύναμιν; Πῶς δ' ἂν καὶ ἐνενόησέ τι τῶν ἐσομένων λόγου καὶ σοφίας ἐστερημένος, ἢ τὸν Λόγον αὐτὸν πῶς τὸ καταρχὰς προῆνεγκε καθ' ὑμᾶς, εἴ γε λόγου καὶ σοφίας ἄμοιρος ἦν; Πόθεν δ' ἂν αὐτῷ ἐγένετο Λόγον ἐθελῆσαι τὸν μὴ ὄντα παρενεγκεῖν; Αὐτὸς γὰρ ὁ ἀνθρώπειός τε καὶ ἡμέτερος νοῦς, εἰ λόγου εἴη τὸ παραπαν ἐστερημένος, καὶ οὐκ ἔχει τοῦτον τὸν ἐνδιάθετον, τί ἂν τοῦ κτηνῶν νοὸς διαφέροι, εἰ μή γε σύ μοι. . . . ἀλλ' ἵλεως εἴη Θεὸς· σὺ γὰρ αἴτιος τοῦ βλασφήμου τούτου ῥήματος, κτηνώδη νοῦν εἶναι τὸ καταρχὰς τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς δογματίζεις Λόγου ἐστερημένον.

Ϛ′ Καὶ ὁ Δυνόμιος αὖθις φησι· Καὶ πῶς μοι ἐξηγήσῃ τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με; » Ὡς ἐκ προσώπου γὰρ τῆς σοφίας αὐτῆς ὁ Λόγος προῆκτο ὁμολογούσης κτίσμα μὲν εἶναι, πρὸ πάντων δὲ τῶν κτιστῶν προῖθαι. Κτίσας γὰρ αὐτὴν ὁ Θεὸς δι' αὐτῆς τὰ ὄντα ἐδημιούργησε. Καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος· Καὶ τί τοῦτο δύσλυτον ἔχει τῷ γε τὴν ῥῆσιν εὐγνωμόνως ἐκδεχομένῳ καὶ μὴ φιλονείκως πρὸς αὐτὴν ἔχοντι καὶ κακοήθως διακειμένῳ; Εἰ γὰρ ἀδύνατον ἦν τῷ Θεῷ ἄλλως κτίσαι τὰ ὄντα, εἰ μὴ πρότερον οἱονεί τι ἐργαλεῖον τὴν σοφίαν ἐδημιούργησεν, ὥστε δι' αὐτῆς τὰ ὄντα παραγαγεῖν, ζητήσειεν ἄν τις ἕτερον τὸ ἀ οὗ πήλιν τὴν σοφίαν ἐδημιούργει. Ἄλλο γαα τι πάντως ἂν εἴη τὸ ταύτην δημιουργῆσαν καὶ τοῦτο ἐκτίσθαι παρὰ τοῦ ἀσόφου φεῦ! καὶ ἀλόγου Θεοῦ. Εἰ δὲ, Κύριος, ἐρεῖς, ταύτην ἔκτισε, πῶς ἄσοφος ὢν ἔκτισε; πῶς λόγου ἐστερημένος; Ορᾷς εἰς ἰοῖας πρόεισιν ἀτοπίας τὸ μὴ τὰς τῆς θείας Γραφῆς εὐγνωμόνως ἐκδέχεσθαι ῥήσεις; Δῆλον τῷ ἀγαθοθελῶς τὴν τοιαύτην περικοπὴν ἐκλαμβάνοντι, ὡς γεννᾷ μὲν τὸν Λόγον ὁ Πατὴρ πρὸ πάντων βουνῶν. οὐχ ὡς μὴ ὄντα δέ, ἀλλ' ὡς ὄντα γεννᾷ· ἐπεὶ καὶ φυτὸν ἄνθος οὐχ ὃ μὴ εἶχε παρ' ἑαυτῷ, ἀλλ' ὃ δυνάμει εἶχε γεννᾷ, καὶ κόκκος σίτου σῖτον οὐχ ὃν μὴ εἶχε δυναμει. Κτίζει δὲ καθ' ὃ ἐν ὑστέρῳ εὐδόκησε τοῦτον τὴν κτιστὴν σάρκα ἀναλαβεῖν. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Θεὸν αὐτοῦ τὸν Πατέρα καλεῖ ὁ Υἱός. « Ἀναβαίνω γὰρ, » φησί, « πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Τοῦ κτίσματος γὰρ Θεὸς ὁ Θεὸς, οὐ τοῦ Λόγου. Εἰ δέ σοι τὸ, « Πρὸ πάντων βουνῶν γεννᾷ με, » ὑπονοεῖν δίδωσιν ὡς ὀλίγῳ πρότερον τοῦ γενέ-

σθαι τοὺς βουνοὺς τὸν Υἱὸν γεγέννηκεν ὁ Πατὴρ, A ὥρα σοι καὶ ἀγγέλων αὐτὸν ἐν ὑστέρῳ τιθέναι. Πρότεροι γὰρ οἱ ἄγγελοι τῶν βουνῶν ὧν προγεγεννῆσθαι λέγεται ὁ Υἱός. Τούτοις τοῖς λόγοις οἷά τινι πέδῃ τὴν γλῶτταν ληφθεὶς ὁ Εὐνόμιος καὶ μὴ ἔχων ὃ ἀντεῖποι πρὸς οὕτω σαφῆ καὶ ὁμολογουμένην ἀλήθειαν, εὐπροσώπῳ λόγῳ τὰ τοῦ ἀγῶνος ὥσπερ ἀναβαλλόμενος, Οὐ νῦν, ἀλλ' εἰς αὔριον, ἔφη, ἐνώπιόν σοι τοῦ βασιλέως καὶ πολλῶν διαλέξομαι, καὶ μάτην ληροῦντα δείξω, καὶ οὐδὲν ὅλως ὑγιὲς λέγονται. Καὶ ὁ Ἀμφιλόχιος, Ἀλλ' οὐ γὰρ ἐζέσται σοι καὶ βουλομένῳ διαλεχθῆναι.

ait: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, ad Deum meum et Deum vestrum. Deus enim creaturæ est Deus, non Verbi. Si autem ista verba, «Ante omnes colles generat me,» ita interpretaris, ut Patrem paulo ante quam colles creati sunt genuisse Filium dicas, necessario eum angelis ipsis posteriorem concedes. Priores enim fuere angeli collibus ante quos Filius generatus esse dicitur. Quibus verbis cum veluti vinculo cohiberetur Eunomii lingua, non habuit quæ ad tam lucidam ab omnibusque agnitam veritatem reponeret. Quare specioso sermone disputationem quasi differens, Haud nunc quidem, inquit, sed cras coram rege ac populo colloquemur, ostendamque te frustra nugari neque omnino sani quid proferre. Amphilochius respondit : Attamen, etsi volueris, in colloquium venire haud tibi licebit.

Ζ'. Τὰ μὲν οὖν τῆς διαλέξεως οὕτω τὸ πέρας ἔσχεν. B Ἀπιόντα δὲ τὸν Εὐνόμιον οἰκαδε πυρετὸς λαμβάνει σφοδρὸς, καὶ ἅμα κλινοπετὴς γίνεται. Ἡ δὲ πόλις ἅπασα μετέωρος ἦν τὴν ἐπηγγελμένην ταύτην ἐκδεχομένη διάλεκτον. Ὁ μέντοι τοῦ Θεοῦ δοῦλος παρ' ὅλην τὴν νύκτα εὐχόμενος διετέλει δοθῆναι αὐτῷ λόγον παρὰ τῆς ἄνωθεν χάριτος ἐπὶ βεβαιώσει τῆς ὑγιοῦς τε καὶ ἀληθοῦς πίστεως. Ἡμέρας ἤδη ὑπαυγαζούσης τὸν ἀρχιδιάκονον αὐτοῦ καλέσας, Σήμερον, ἔφη, τέκνον, ἢ ζήσεσθαι ἡμῖν πρόκειται ἢ ἀποθανεῖν. Πλὴν ὅ λάγω σοι πρὸς πέρας ἀγαγεῖν προθυμήθητι· ἐπείπερ ἔθος ἐστὶν, ὡς οἶδας, ἐπισκόπων εἰσιόντων πρὸς βασιλέα, τὸν διάκονον τὸ, Ὀρθοὶ πάντες, ἐκφωνεῖν. Σὺ τοῦτο ἐν τῷ μέλλειν καί ἡμᾶς εἰσιέναι ποίησον. Ὦ δὲ, Ὑφορῶμαι, δέσποτα, ἔφη, ὅτι τοῦτό με ὁ βασιλεὺς ἰδὼν ποιήσαντα εὐθέως ἀποκτενεῖ. Ὁ C δὲ, Αὐτὸν, εἶπεν, αἰδέσθητι τὸν κελεύοντα μὴ δεδοικέναι τοὺς τὸ σῶμα ἀποκτεῖναι δυναμένους, ἀλλ' ἐκεῖνον μᾶλλον τὸν ἀπολέσαι καὶ σῶμα καὶ ψυχὴν ἐν γεέννῃ δυνάμενον. Καὶ ὃς, Ὡς ἐκέλευσας, ἔφη, καὶ τὸ ἔργον ἐκβήσεται. Ἐπεὶ δὲ τὸ παλάτιον εἶχεν αὐτὸν, μέλλοντα ἤδη πρὸς βασιλέα ἰέναι, τὴν ἱερατικὴν ἐσθῆτα ἐνδὺς, Τὴν παρακαταθήκην, ἔφη τῷ διακόνῳ, ἀπόδος μοι ἣν ἐξιὼν τῆς μητροπόλεως παρεθέμην σοι. Αὐτίκα τοίνυν τὴν ὀθόνην ᾗ ὁ ἄνθραξ ἐντετύλικτο ἀνελίξας εὑρίσκει πεπυρακτωμένον αὐτὸ ἔτι, ὦ τοῦ καινοῦ θαύματος ! μήτ' αὐτοῦ τῷ μεταξὺ σβεσθέντος, μήτε τῷ πυρὶ τῆς ὀθόνης τὸ παράπαν βλαβείσης. Τὸν οὖν ἄνθρακα θυμιατηρίῳ ἐνθεὶς, καί τι καὶ τῶν εὐόσμων ἐμβαλὼν ἐν αὐτῷ, ἀκφωνῆσαι τῷ διακόνῳ κατὰ τὸ ἐπιτεταγμένον ἐκέλευε. Καὶ ὃς γεγονωτέρᾳ φωνῇ τὸ, Ὀρθοὶ πάντες, ἐξεβόησε. Θρονθέντες οὖν οἱ παρόντες τῶν θρόνων εὐθὺς ἐξανέστησαν. Ὁ μὲν οὖν βασιλεὺς τὴν ἀκαιρίαν ὄῆθεν τοῦ πράγματος καὶ ἐμέμψατο, καὶ θυμοῦ ἀνεπέπλητο· οἱ δὲ τῆς αἱρέσεως ἀφηγούμενοι δραξάμενοι τοῦ καιροῦ, Οὐχ ἡμεῖς, τῷ βασιλεῖ ἔφησαν, περὶ τούτου τῷ σῷ προείπομεν κρατεῖ, ὅτι λῆρός ἐστι καὶ ἀνόητος ; Ἐγγίσας δὲ ὁ Ἀμφιλόχιος, Χαίροις, ἔφησε, βασιλεῦ, εἶτα ἐν δεξιῷ τῷ παιδὶ αὐτοῦ καθημένῳ, Καὶ σὺ χαίροις, ἔφη, παιδίον, ἡμελημένως πως καὶ παρέργως τὴν προσαγόρευσιν ποιησάμενος. Ὁ δὲ βασιλεὺς τὸν καταπεφρονημένον τοῦτον τοῦ υἱοῦ ἀσπασμὸν ἐπακούσας, ἀνέζεσε τῷ θυμῷ καὶ μικροῦ διέσπα

VII. Hoc modo disputationi finis est impositus. Eunomius autem domum discedens gravi febri correptus lectoque decumbere coactus est. Et dum universa civitas curiose exspectaret indictum istud colloquium, servus Dei tota nocte in preces effusos oravit ut ad confirmandam sanam veramque fidem sibi a gratia divina concederetur vis eloquentiæ. Die autem illucescente archidiacono suo adscito dixit: Hodie, mi fili, de vita agitur et de morte. Cæterum tu faeies quod tibi jam dicturus sum. Cum, uti nosti, episcopis ad regem ingredientibus, diaconus de more hæc verba, « Recti omnes, » pronuntiet, tu quoque ubi ingrediemur fac idem. Ad quæ ille, Metuo, inquit, o domine, ne rex, quando me hæc facientem conspexerit, illico interficiat. Amphilochius respondit : Verere illum qui præcepit, ut ne illos qui corpus interimere valent metuamus, sed illum potius qui et corpus et animam in gehenna perdere potest. Archidiaconus dixit : Faciam quod jussisti. Cum igitur, veste sacerdotali iadutus, ad palatium pervenisset et in eo esset ut ad regem ingrederetur, diacono, Da mihi, inquit, depositum illud quod cum metropolim relinquerem, tibi traditi. Statim igitur linteo quo carbo involutus erat explicato invenit illum adhuc ardentem, o novum miraculum ! ita ut neque tempore interlabente exstinctus, neque linteum ullo modo igne corruptum esset. Itaque carbone thuribulo imposito et thure adjecto diaconum in verba quæ ipsi præceperat, erumpere jussit. Clamavit igitur ille altiori voce : Recti omnes. Obstupefacti qui D aderant e thronis suis illico surrexere. Rex autem non solum hoc præter opportunitatem factum reprehendit, sed etiam ira repletus est. Quare hæreseos duces, occasione capta, ad regem dixerunt : Nonne majestati tuæ de hoc homine jam antea diximus quod nugator sit et stolidus ? Accedens autem Amphilochius, Salve, inquit, o rex; deinde ad ejus filium a dextra sedentem conversus ait : Salve tu quoque, mi fili, ita tamen ut obiter tantum et cum neglectu quodam salutationem pronuntiaret. Cum autem rex hanc salutationem filii contemptim prolatam audiisset, animo excanduit et parum abfuit quin sancto manum inferret. Jam

vero haud amplius sibi temperavit, exsiliensque in A sanctum his invectus est verbis : Cur hoc fecisti ut me quidem salutaveris, filium autem meum, tanquam unum e plebe, nihili feceris ? Nonne et hic rex est ? Nonne corona et purpura et cæteris imperii insignibus ornatus ? Jam dignus es qui capite plectaris. Amphilochius contra regessit : Si tu, o rex, qui hodie exsistis et eras communi fato subjaces et in cineres resolveris, de filio tuo non uti decet honorato indignaris atque hanc contumeliam quasi tibi factam reputas, nonne rex immortalis, quando Filius ejus ab impiis contumelia afficitur, multo potius indignabitur? Aut quomodo putas eum Filii sui neglectionem supportaturum esse? Ad hæc rex, adhuc ira commotus, Cur tu, inquit, senex impudens, canum instar quod non B decet proferes ? Cui reponens Amphilochius, Optime, inquit, rex, locutus es : senex enim sum quod annos, impudens autem propter inverecundos, et canum morem sequor propter lupos qui Dei Ecclesiam contaminent et discerpunt. Quandiu enim istos video Christi mei gregem adorientes, latrare adversus eos non cessabo.

VIII. Tum rex, ut pote cujus animum divina gratia ad bonum revocaret, iram repressit et verborum sancti conscius factus, surgens eum amplexatus osculatusque est,dixitque:Optime et digno modo Amphilochius divino judicio electes verba fecit. Etenim si ego qui homo sum, contumeliam filio meo illatam non mansuete tuli, quomodo Deus honorem unigeniti ipsius Filii imminui patietur ? C Jubet itaque illico Eunomium ejusque asseclas thronis deturbatos exsilio multari, ita quidem ut prius verberibus gravibus cæsi et camelis impositi per mediam urbem traducerentur. Amphilochium autem apud se retinuit ac verbis doctrinæque ejus faciles aures præbuit. Multis jam præterlapsis diebus sancti regi dixit: Tempus requirit, ut pastores ad oves suas revertantur. Attamen rex, dimissis cæteris, diutius eum apud se retinere cupiit. cum autem vehementi redeundi desiderio eum teneri animadvertisset,ut aliquid a se petat,quidquid demum sit, jubet. Sanctus respondet : Quod ego desideravi, Deus jam per te præstitit, atque hoc usque ad finem permanebit. Cæterum nihil terrenum ita mihi in votis est ut a majestate tua petere tale quid possim. Cum autem magis magisque D a rege urgeretur ad aliquid expetendum, se velle dixit ut in urbe Iconiensi duo templa extruerentur, unum quidem in honorem Dei sapientiæ,alterum Joannis Baptistæ : quod rex se facturum magna cum animi propensione spopondit. Denique, accepta aurea cruce, in qua particula venerandi ligni erat crucis vivificæ, rege salutato discedit. Itinere rursus per inediam confecto, antrum suum intravit, ibique munus regium deposuit. Et cum noctem sine somno peregisset, mane clero convocato divinum administrat mysterium, quo facto Iconium ingreditur. Missis deinde quæ ab Amphi-

τὸν ἅγιον οὐδὲ καθεκτὸς ὢν, ἀλλ' ἐξαλλόμενος. Τί δὲ καὶ τοῦτο ἐποίησας, πρὸς τὸν ἅγιον ἔφη, ἐμὲ μὲν ἧ προσηγόρευσας, ἐξουδενώσας δὲ τὸν υἱὸν τὸν ἐμὸν καὶ ὡς τῷ τυχόντι προσενεχθείς ; Θὐχὶ βασιλεὺς καὶ αὐτός ; Θὐχὶ στέφος καὶ ἁλουργίδα περίκειται καὶ τἄλλα ὅσα τῆς βασιλείας παράσημα ; Νῦν οὐ στήσεται ἡ κεφαλή σου ἐπὶ τῶν ὤμων σου. Ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος, Εἰ σὺ, ἔφη, βασιλεῦ, ὁ σήμερον ὢν καὶ αὔριον τῇ κοινῇ φύσει λειτουργῶν καὶ διαλυόμενος τοῦ υἱοῦ σου μὴ ὡς προσῆκόν ἐστι τιμηθέντος ἠγανάκτησας τε καὶ ὕβριν οἰκείαν τὸ πραγμα νενόμικας, ὁ ἀθάνατος βασιλεὺς οὐ πολλῷ μᾶλλον ἀγανακτῶν ἔσται τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καθυβριζομένου παρὰ τῶν ἀσεβῶν ; Ἢ πῶς οἴει φέρειν αὐτὸν τὴν τοῦ Μονογενοῦς ἐλάττωσιν ; Καὶ ὁ βασιλεὺς ἔτι τῷ θυμῷ νικώμενος. Διὰ τί, φησὶν, ἀναίσχυντος εἶ γέρων κατὰ τοὺς κύνας τὸ ἀναιδὲς προβαλλόμενος ; Ὁ δὲ Ἀμφιλόχιος, Εὐστόχως, ἔφη, βασιλεῦ, εἴρηκας· γέρων γάρ εἰμι τῷ γρόνῳ, ἀναιδὴς δὲ διὰ τοὺς ἁτάκτους· τὰ δὲ τῶν κυνῶν ἐπιδείκνυμαι διὰ τοὺς λύκους οἳ τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν λυμαίνονται καὶ σπαράττουσιν. Ἕως γὰρ τούτους ὁρῶ τῇ τοῦ ἐμοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ ἐπιόντας, καθυλακτῶν αὐτοὺς οὐκ ἀφέξομαι.

Η'. Ὁ δὲ βασιλεὺς, τῆς θείας χάριτος πάντος εἰς τὴν αὐτοῦ καρδίαν ὀγαθὰ λαλησάσης, τοῦ θυμοῦ κατέπαυέ τε, καὶ τῶν τοῦ μακαρίου ῥημάτων ἐν συναισθήσει γίνεται. καὶ ἀναστὰς περιέβαλέ τε αὐτὸν, καὶ ἡδέως κατεφίλει, Καλῶς καὶ εὐσεβόλως, λέγων, ὁ ὑπὸ θείας ψήφου πρηγειρισθεὶς Ἀμφιλόχιος εἴρηκεν. Εἰ γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπος ὢν τὴν περὶ τὸν υἱὸν ἄδριν πράως οὐκ ἤνεγκα, ὁ Θεὸς πῶς οἴσει τὴν τῶ μονογενοῦς αὐτοῦ Παιδὸς ὕφεσιν ; Κελεύει τοίνυν εὐθὺς τοὺς μὲν περὶ Εὐνόμιον καθαιρεθῆναί τε τῶν θρόνων καὶ ὑπερορίους παραπεμφθῆναι, πρότερον τυφθέντας καὶ σφοδρῶς καὶ καμήλοις ἐποχηθέντας, εἶτα διὰ μέσης θριαμβευθέντας τῆς πόλεως· τὸν δὲ Ἀμφιλόχιον παρ' ἑαυτῷ κατασχὼν ἡδέως τῶν τε λόγων καὶ διδασκαλίας τῆς αὐτοῦ ἤκουεν. Ἡμερῶν δὲ ἱκανῶν διαγενομένων, τῷ βασιλεῖ ὁ μακάριος, Καιρὸς, ἔφη, λοιπὸν τοὺς ποιμένας ἐπὶ τὰ ἴδια πρόβατα ἐπανέρχεσθαι. Ὁ δὲ βασιλεὺς τοὺς ἄλλους ἐκπέμπων αὐτὸν καὶ ἔτι παρακατέχειν ἠβούλετο. Ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ἑώρα τῆς ἐπανόδου ἐχόμενον, αἴστησιν προτεῖναι ἣν βούλεται λεγει. Ὁ δὲ, Τὸ ἐμὸν, φησὶ, θελημα θεὸς ἤδη διὰ σοῦ τετελείωκεν, ὃ καὶ μέχρι τέλους διαμενεῖ. Ἐρῶ δὲ οὐδενὸς τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ἵνα σου τοῦ κράτους ὑπὲρ αὐτοῦ δεηθείην. Ὡς δὲ ἐπὶ πολὺ παρὰ τοῦ βασιλέως αἰτήσασθαί τι κατηναγκάζετο, δύο οἰκοδομηθῆναι ναοὺς ἀξιοῖ ἐν τῇ πόλει τοῦ Ἰκονίου, ἵνα μὲν ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας, ἕτερον δὲ τοῦ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου· ὃ καὶ σὺν πολλῇ τῇ προθέσει ποιεῖν ὁ βασιλεὺς ἐπαγγέλλεται. Καὶ δὴ καὶ προπέμπεται παρ' αὐτοῦ σταυρὸν χρυσοῦν εἰληφὼς ἐν ᾧ καί τι μέρος ἦν τοῦ τιμίου ξύλου τοῦ ζωηφόρου σταυροῦ. Ἄσιτος δὲ πάλιν τὴν ἐπάνοδον διανύσας τὸ αὐτοῦ κατέλαβε σπήλαιον, ἔνθα καὶ τὸ βασιλικὸν ἀπέθετο δώρημα. Ὕπνου δὲ τὴν νύκτα μὴ μετασχὼν, ἕωθεν τοῦ κλήρου συναθροισθέντος ἐκτελεῖ τὴν θείαν μυσταγωγίαν, καὶ οὕτω τὴν τοῦ Ἰκονίου πόλιν εἰσ-

ἔρχεται. Μετὰ ταῦτα δὲ πέμψας κατὰ τὰ αἰτηθέντα ὁ βασιλεὺς τρεῖς ναοὺς ᾠκοδόμησε, δύο μὲν οὓς αὐτὸς ὁ μέγας εἵρηκεν Ἀμφιλόχιος, ἕτερον δὲ κατὰ θέλησιν Θεοδούλου τοῦ ἀρχιδιακόνου, καὶ αὐτὸν δὲ ἐπ' ὀνόματι τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τετελεσμένον. Ἐπεὶ δὲ ἤδη οἱ ναοὶ ᾠκοδόμηντο, μετακαλεῖται τὸν μέγαν Βασίλειον ὁ ἱερὸς Ἀμφιλόχιος ἐφ' ᾧ τοὺς νεουργηθέντας τούτους ἐγκαινίσαι ναούς. Ὁ δὲ, καίτοι νόσῳ κατάσχετος ὤν, ἀλλ' οὖν ἐκείνης κρείττων γενόμενος ἀφικνεῖται, καὶ καθιεροῖ τοὺς ναοὺς, καὶ γίνεται εὐφροσύνη πνευματικὴ, καὶ Πνεύματος ἁγίου ἐπισκόπησις. Δύο δὲ μετὰ ταῦτα παρελθόντων ἐνιαυτῶν τὸν μέγαν ἡ Τριὰς Βασίλειον εἰς τὸν ἀχειροποίητον μετακαλεῖται ναὸν, οὗ τὸ ἱερὸν θάψας σῶμα ὁ ἱερὸς Ἀμφιλόχιος οἴκαδε πάλιν ἐπάνεισι, καὶ τῆς προτέρας ἅπτεται διδασκαλίας. Τρισὶ δὲ χρόνοις ὕστερον τῆς τοῦ μεγάλου τελευτῆς Βασιλείου καὶ αὐτὸς πρὸς Κύριον ἐκδημεῖ, τῶν μακρῶν πόνων τὰς ἀμοιβὰς κομιούμενος.

A lochio petita erant, tria templa rex construi jussit, duo nimirum quæ sanctus desideraverat, tertium autem secundum voluntatem Theoduli archidiaconi, pariter Dei sapientiæ consecratum. His ædibus exstructis, sanctus Amphilochius accersit Basilium Magnum ad ista templa inauguranda. Qui cum e morbo quo tum correptus erat, reconvaluisset, advenit, consecratisque ecclesiis, fit gaudium spirituale et Spiritus sancti custodia. Duobus abhinc elapsis annis Trinitas magnum Basilium ad templum non manibus factum evocavit. Cujus sanctum corpus ubi sanctus Amphilochius terræ commisit, domum redit et uti prius consueverat, docendi munere fungitur. Tandem tribus annis a morte magni Basilii præterlapsis, ipse quoque ad B Dominum transmigrat, longorum certaminum præmium reportaturus.

Θ'. Ἡ μέντοι πόλις ὥσπερ ἐπὶ κοινῇ τινι συντρέχουσα συμφορᾷ οὐκ εἶχε πράως τὴν τοῦ ποιμένος στέρησιν ἐνεγκεῖν, ἀλλὰ ἀθυμίᾳ συνείχετο, καὶ θρήνοις ἐκόπτετο, καὶ συναποθέσθαι τὰς ψυχὰς πάντες τῷ ποιμένι προῃρηντο. Θάψαντες οὖν ἐντίμως τὸ τίμιον ἐκεῖνο ἀληθῶς σῶμα καὶ πολλὰ δάκρυα καταχέαντες μόλις ποτὲ πείθονται τὸν τάφον ἀπολιπεῖν. Πολλαὶ δὲ θεοσημεῖαι παρὰ τοῦ εἰδότος τοὺς δοξάζοντας αὐτὸν δοξάζειν Θεοῦ ἐκεῖθεν γεγόνασιν· ὅτι αὐτῷ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις σὺν τῷ μονογενεῖ Υἱῷ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

IX. Civitas autem, ut in publica fieri solet calamitate, congregata non facile tulit pastoris obitum, sed mœrore correpta, in planctus et lacrimas effusa est, ita quidem ut cuncti cum pastore animam exhalasse optarent. Cum itaque illud revera venerabile corpus honorifice sepelivissent et multas fudissent lacrimas, vix a sepulcro discedere sustinuerunt. Multa autem a Deo qui glorificantes ipsum novit glorificare, facta ibi sunt miracula, cique debetur omnis gloria, honor et adoratio cum unigenito Filio et sanctissimo Spi- C ritu in sæcula. Amen.

MENSIS DECEMBER.

ΒΙΟΣ ΚΑΙ ΠΟΛΙΤΕΙΑ

ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

ΔΑΝΙΗΛ ΤΟΥ ΣΤΥΛΙΤΟΥ.

VITA ET CONVERSATIO

S. PATRIS NOSTRI

DANIELIS STYLITÆ.

(Latine apud Surium ad diem 11 Decembris, Græce ex cod. ms. 1559, sæc. XIV.)

Α'. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀριστέων ὁπόταν περὶ πολέμων καὶ ἀγώνων καὶ τροπαίων τις διαλέγηται, αὐ- D I. Quemadmodum viris fortibus usuvenit, ut quando quis de bellis et certaminibus et tropæis,

eis statim excitetur animus, et quærat instructas acies, et manus conserere cupiant cum hostibus, et quo plura de his verba fieri audiverint, eo magis eis crescit desiderium, et talia facinora statim aggredi cupiunt : ita etiam virtutis amatoribus, ut si quis eis narret vitas, quæ in monastica versantur exercitatione, et per omnem pervadunt virtutem, quæ Deo conciliat, simul inflammantur, et ea cupiunt, quæ sunt sibi convenientia, et ad summam, iis quæ dicuntur, ut quæ sint sibi propria, afficiuntur, et se parant ad imitationem. Admirabilis itaque vita hujus Danielis, quemadmodum vel non sola maxime sufficit ad animum, qui captus est amore virtutis, majore zelo accendendum, et ipsum omnino movendum et demulcendum, et suavissimorum laborum exercitationis afferendam voluptatem, quæ non habet satietatem ; Quo est enim admirabilior, eo est etiam utilior : et si quis eum voluerit æmulari, in modico multam, et quæ cum paucis conferri potest, inveniet virtutem.

A τίκα τε αὐτοῖς ἡ ψυχὴ διανίσταται, καί που καὶ παρατάξεις ἐπιζητεῖ, καὶ πρὸς συμπλοκὴν πολεμίων ὁρμᾷ, καὶ ὅσῳπερ ἂν μᾶλλον τοὺς περὶ τούτων ἀκούωσι λόγους, ἐπὶ πλέον τε αὐτῶν ἡ ὁρμὴ αὔξεται, καὶ τοιούτων ἔργων εὐθὺς ὀρέγονται · οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν τῆς ἀρετῆς ἐραστῶν · ἂν ἀσκητικούς τις αὐτοῖς διέρχηται βίους καὶ διὰ πάσης ἀρετῆς ἥκοντας ὁπόσαι θεῷ οἰκειοῦσιν, ἅμα τε διαθερμαίνονται, καὶ τῶν ὁμοίων ἐφίενται, καὶ ὅλως οἰκείως διατίθενται τοῖς λεγομένοις, καὶ παρασκευάζονται πρὸς τὴν μίμησιν. Ὁ γοῦν τοῦ θαυμασίου τούτου Δανιὴλ βίος πῶς οὐχὶ καὶ μόνος ἱκανώτατός ἐστιν ἀρετῆς ἐρῶσαν ψυχὴν εἰς πλείονα ζῆλον ἐκκαῦσαι, καὶ ὅλως αὐτὴν κινῆσαι καὶ καταθέλξαι ;

II. Huic ergo beato patria quidem erat, quæ inter Euphratem et Tigrim sita, et est, et nominatur Mesopotamia. Natus est autem in quodam vico, vicino urbi Samosatorum : eorum, qui illic habitant, lingua eum vocat Maratha. Ei pater quidem erat Eliu, mater vero Martha ; fuit autem hic modus conceptionis. Matris ejus uterus erat admodum mancus ac mutilus ; erat enim sterilis ad liberorum procreationem. Cum itaque mille probris eam in dies insectarentur maritus, noti, cognati, et omnes alii, et liberorum egestatem ei acerbe objicerent, illa ab eis male affecta et corde cruciata, quid facit ? Confugit ad eum, qui hæc potest curare ; et clam domo media nocte egressa, manus in cœlum tollens, et terram lacrymis irrigans : Domine Rex, inquit, qui ab initio masculum et feminam fecisti, C qui dixisti, « Crescite et multiplicamini[1] ; » qui dedisti in sterilitate Saræ quidem Isaac, Annæ autem Samuelem, Elisabethæ vero Joannem ; tu quoque meæ similis miserere calamitatis, et me misericorditer intuere, et solve sterilitatem, et aufer opprobrium, et sterilis uteri da mihi fructum, ut eum quoque tibi offeram, qui dederis, quomodo prisca Anna Samuelem. Cum tam acerbe flevisset in contritione spiritus, domum rursus ingreditur, et cum parum dormitasset, videt in somnis duo luminaria, præclara pulchritudine, ingentia magnitudine, figura autem disco similia. Ea videbatur videre cœlo relicto sensim descendentia, desuper ejus imminere capiti. Cum mane autem surrexisset, et marito visionem et suis cognatis communicasset, D alius quidem aliquid aliud dicebat eventurum ; illud vero erat significatio ejus, quod ex ea erat processurum vel ipsis stellis lucidius.

B Β'. Τούτῳ τοίνυν τῷ μακαρίῳ πατρὶς μὲν ἡ τῆς Εὐφράτου καὶ Τίγρητος μεταξὺ κειμένη Μεσοποταμία ἐστί τε καὶ οἰκείως κατονομάζεται · ἐν κώμῃ δέ τίκτεται πόλει γείτονι Σαμοσάτων · Μαραθᾶ ταύτην ἡ ἐγχώριος γλῶττα καλεῖ. Τούτῳ πατὴρ μὲν Ἠλιοὺ, μήτηρ δὲ Μάρθα · τρόπος δὲ τῆς συλλήψεως οὗτος. Ἠπήρωτο γὰρ τὴν γαστέρα δεινῶς ἡ μήτηρ, καὶ στείρα ἦν πρὸς παίδων γονήν. Μυρίοις οὖν ὀνείδεσι καθεκάστην ὑποβαλλόντων αὐτὴν ἀνδρὸς, γνωστῶν, συγγενῶν, τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἐκείνη κακῶς ὑπὸ τούτων πάσχουσα καὶ τὴν καρδίαν ὀδυνωμένη, τί ποιεῖ ; Πρὸς τὸν δυνάμενον ταῦτα θεραπεύειν ἀποφεύγει θεὸν, καὶ λάθρᾳ τῆς οἰκίας ἐκ μέσων νυκτὸς ἐξελθοῦσα καὶ τὰς χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἄρασα, δακρυσί τε τὴν γῆν βρέχουσα, Κύριε βασιλεῦ, Ἔλεγεν, ὁ τὴν ἀρχὴν ἄρσεν καὶ θῆλυ ποιήσας, ὁ εἰπών, « Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε · ὁ δοὺς Σάρρᾳ μὲν τὸν Ἰσαὰκ, Ἄννῃ δὲ τὸν Σαμουὴλ, Ἐλισάβετ δὲ Ἰωάννην · αὐτὸς οὗτος τῆς ὁμοίας ἐλέησον, κἀμὲ συμφορᾶς, καὶ πρὸς οἶκτον ἴδε, καὶ τὴν στείρωσιν λῦσον, καὶ τὸν ὀνειδισμὸν ἄφελε, καὶ δός μοι τῆς ἀτέκνου κοιλίας καρπὸν, ἵνα κἀγὼ τοῦτόν σοι τῷ δεδωκότι προσάξω, καθάπερ ἡ πρὶν Ἄννα τὸν Σαμουήλ. Οὕτω πικρῶς ἐν συντριβῇ πνεύματος κλαύσασα, εἶσω πάλιν τῆς οἰκίας χωρεῖ, καὶ μικρὸν ἀφυπνώσασα φωστῆρας δύο λαμπροὺς τὸ κάλλος ὄναρ ὁρᾷ, τὸ μέγεθος μεγίστους, τὸ σχῆμα δίσκῳ προσεοικότας. Τούτους ἐδόκει τὸν οὐρανὸν λιπόντας, ἡρέμα τε ὑποκατιόντας ἄνωθεν αὐτῆς ὑπὲρ κεφαλῆς γενέσθαι. Ἕωθεν οὖν ἀναστάσης καὶ τῷ ἀνδρὶ τὴν ὄψιν καὶ τοῖς συγγενέσι κοινωσαμένης, ἄλλος μὲν ἄλλο τι τὸ ἀποβησόμενον ἔλεγε · τὸ δὲ ἄρα τοῦ ἐξ αὐτῆς ὑπὲρ ἀστέρα λάμψοντος προδήλωσις ἦν.

III. Non multum temporis intercessit, ut cum concepisset, peperit beatum Danielem, et partu utrisque mox liberatur, nempe et sterilitate, et animi ægritudine. Hæc beato Danieli vitæ fuere

Γ'. Οὐ πολὺ τὸ ἐν μέσῳ, καὶ συλλαβοῦσα τέκνον τὸν μακάριον Δανιὴλ, καὶ τῶν ὠδίνων ἀμφοτέρων στειρώσεώς τε καὶ ἀθυμίας εὐθὺς ἀπολύεται. Τοιαῦτα τῷ μακαρίῳ τὰ τοῦ βίου προοίμια · οὕτω προσῆλθε

[1] Gen. I, 28.

εἰς φῶς τὸ τοῦ φωτὸς ὄντως γέννημα. Πέμπτου μὲν οὖν ὁ παῖς ἐπέβαινε χρόνου· οὔπω δέ τινος πρὸς τῶν γεννητόρων ὀνόματος ἠξίωτο, ἅτε δὲ παρὰ Θεοῦ καὶ τοῦτο βουλομένων τῷ παιδὶ γενέσθαι, ὥσπερ ἄρα καὶ τὴν εἰς τὸν βίον παραγωγήν. Ἀπῆγον μὲν οὖν οἱ γονεῖς εἴς τι σεμνεῖον τὸν παῖδα· συναπῆγον δὲ καὶ ὅσα προσφέρειν εὐσεβεῖς χεῖρες φιλοῦσι Θεῷ, ἵν' ὁ ἱερὸς ὄντως καὶ ἐν ἱερῷ τόπῳ τὴν κλῆσιν δέξηται. Παραγενομένων οὖν καὶ λεγόντων τῷ τῆς πνευματικῆς μάνδρας προηγουμένῳ ἄλλο τι ὄνομα τῷ παιδὶ θεῖναι, ἔνθους ὥσπερ ὁ θεῖος ἀνὴρ ἐκεῖνος γενόμενος, τοῦτο ἔφη τεθήσεσθαι ὃ ἂν ὁ Κύριος πάντως ἀποκαλύψῃ· καὶ ἅμα πρὸς τὸν παῖδα βλέψας αὐτὸν δὴ τοῦτον, τὸν Δανιὴλ φημί, ἓν ἐκέλευε τῶν τραπέζῃ κειμένων ἀγαγεῖν βιβλίων (ἔθος γὰρ αὐτοῖς τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου προκεῖσθαι τὰς βίβλους κοινῆς ἕνεκα τῶν μοναχῶν ὠφελείας). Αὐτίκα τοίνυν ὁ παῖς ἐποίει τὸ κελευσθέν, καὶ νομίζει βιβλίον οὐχ ὡς ἄν τις εἴποι τύχῃ τινί, ἀλλὰ θείᾳ γνώμῃ καὶ ὁδηγίᾳ βίβλον ἐκείνην ἢ τὰ τοῦ προφήτου Δανιὴλ εἶχε λόγιά. Κρίνας οὖν ὁ ἀνὴρ ὡς ἐξ οὐρανοῦ τοῦτο σύμβολον, ὁμωνύμως εὐθὺς τῷ προφήτῃ τὸν ὁμότροπον ὀνομάζει, καὶ Δανιὴλ τὸν παῖδα θεαρέστως καλεῖ.

A proœmia : sic prodiit in lucem is qui erat revera fetus luminis. Atque puer quidem quintum annum jam attigerat, nondum autem ei ullum nomen fuerat impositum a parentibus ut qui hoc quoque ei vellent dari a Deo, quomodo ejus quoque in vitam productio ab eo processerat. Duxerunt ergo parentes puerum in quoddam monasterium. Simul autem tulerunt quoque quæcunque piæ manus Deo solent offerre, ut hic vere sacer etiam in sacro loco susciperet appellationem. Cum vero accessisset, et dicerent præfecto mandræ spiritalis : Quodnam nomen est imponendum puero ? ille vir divinus, divino veluti instinctu afflatus, dicit id esse imponendum quod Dominus omnino revelaverit ; et simul ad puerum intuens, B ad hunc, inquam, ipsum Danielem, jussit afferri unum ex iis libris, qui erant supra mensam (mos enim erat eis ponere libros super aram sacram, propter communem monachorum utilitatem). Protinus ergo facit puer id quod ei fuerat imperatum; et affert librum, non forte fortuna, sed divina voluntate et dicto Dei, librum illum, qui prophetæ Danielis habebat eloquia. Cum ille ergo vir judicasset e cœlo datum esse hoc signum, eodem statim nomine, quo prophetam, vocat eum, qui erat ei moribus similis, et ut Deo placuit, puerum vocat Danielem.

Δ'. Εἰ μὲν οὖν εἶξε τοῖς λόγοις τῶν γεννητόρων ὁ θεῖος οὗτος ἀνήρ, τότε ἂν εὐθὺς ἀνετέθη Δανιὴλ τῷ Θεῷ, καὶ ἐκ πρώτης τριχὸς κατελέχθη τοῖς μοναχοῖς. Αὐτοῦ δὲ μὴ πεισθέντος, ἀλλὰ προβαλλομένου τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ κομιδῇ νήπιον, τότε μὲν ἅμα τῷ Δανιὴλ οἴκαδε ἐπανῆεσαν, δόξαν οὕτω τῷ κρείττονι ἵνα μὴ τῇ ἑτέρων, τῇ ἑαυτοῦ δὲ γνώμῃ τὸ ἀγαθὸν ὁ παῖς ἕληται. Εὐθὺς μὲν οὖν πρώτη βλάστη ὁποῖον ἔσται τὸ φῦτὸν παρεδήλου καὶ τῶν ἀρετῶν αἱ σκιαὶ ἤδη τῷ διὰ φωτὸς ὁδεύοντι ἠκολούθουν. Μετὰ μικρὸν δὲ τῆς ἡλικίας οὐτῷ προϊούσης καὶ φανερῶς ἔδειξεν ὅσην καὶ παρ' ἡλικίαν αὔξην ηὔξησε τὴν τοῦ πνεύματος. Ἄρτι μὲν γὰρ τοῦ δεκάτου ἔτους ὁ Δανιὴλ ἐπὶ τοῖς δυσὶν ἤπτετο, καὶ μηδενί μηδὲν εἰρηκὼς μηδ' ἐξαγαγὼν τὸ τῆς ψυχῆς βούλημα, ὑπερφρονεῖ μὲν γεννητόρων διὰ Χριστὸν, ὑπερφρονεῖ δὲ συγγενῶν, παρορᾷ δὲ καὶ βίον καὶ τὰ ἐν βίῳ, καὶ κώμην ἐκείνην ἥτις αὐτὸν ἤνεγκε. Πόρρω ταύτης ὡσεὶ σταδίοις γενόμενος δώδεκα ἀφικνεῖται μὲν εἴς τι κοινόβιον μοναχῶν· προσπεσὼν δὲ τοῖς ποσὶ τοῦ ἀφηγουμένου ἠξίου καὶ αὐτὸν ἐκείνοις καταλεγῆναι, καὶ τῶν μοναχῶν σχῆμα περιβαλέσθαι. Ὡς δὲ τὸ ἀπαλὸν ἐκεῖνος αὐτῷ τοῦ σώματος καὶ νέον προφέρων οὐκ ἔλεγε δυνατὸν εἶναι τὰ τῶν μοναχῶν ὑπελθεῖν, ἐν βραχεῖ γὰρ ἔστι πρὸς τοὺς πόνους ἀπαγορεύων, οἳ πολλοί τέ εἰσι καὶ ἀνδράσιν αὐτοῖς χαλεποί, Ἐγὼ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Δανιὴλ, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο παρεγενόμην, ἵν' οὕτω ζήσω μὲν τῷ Χριστῷ, ἀποθανῶ δὲ τῇ σαρκί. Εἰ δὲ καὶ μετιόντι μοι τοὺς καλοὺς τούτους πόνους ἔψεται τὸ θανεῖν, βέλτιον ἐμοὶ τοῦτο παθεῖν ἢ τὴν χεῖρα βαλόντα ἐπ' ἄροτρον εὐαγγελικῶς στραφῆναι εἰς τὰ ὀπίσω.

IV. Atque si parentum quidem verbis acquievisset, hic vir divinus, tunc fuisset Deo Daniel continuo dedicatus, et ab infantia fuisset cooptatus in C numerum monachorum. Cum is autem non posset persuaderi, sed teneram causaretur ætatem et nimiam infantiam, tunc quidem reversi sunt domum cum Daniele, cum ita visum esset ei, qui est superior, ut non aliorum, sed sua sententia puer bonum eligeret. Atque protinus quidem primum germen significabat, qualis futura esset arbor ; et virtutum umbræ jam sequebantur eum, qui per lucem ambulabat. Paulatim autem ei procedente ætate, aperte ostendit, quantum incrementum spiritus accepisset præter ætatem. Nam jam quidem attigerat Daniel annum duodecimum et cum nemini quidquam dixisset, neque voluntatem animi protulisset, despicit quidem parentes propter Christum, despicit et cognatos, mundumque et quæ sunt in mundo, omnibusque relictis, amicis æqua-D libus, vico illo, qui eum tulit, cum procul ab eo abfuisset circiter duodecim stadia, venit quidem in quoddam cœnobium monachorum. Procidens autem ad pedes præfecti sacri gregis, rogabat ut ipse quoque cooptaretur in numerum illorum, et eum monastico amictu indueret. Cum autem ille et corporis imbecillitatem, et teneram ætatem objiciens, dixisset non posse eum ea subire quæ subeunt monachi ; fore enim, ut brevi defatigetur laboribus, qui sunt multi et vel ipsis viris difficiles : vigiliæ, humicubationes, jejunia, corporis et ejus voluntatum perfecta mortificatio , et ideo suaderet, ut aliquantum temporis maneret apud parentes, et nos tantos susciperet labores in ætate tam immatura, et corpore non satis robusto et adulto : Ego quidem, inquit Daniel, ideo accessi, ut sic quidem Christo vivam, moriar autem carn

Quod si dum hos pulchros suscipiam labores, mors æquetur, melius erit mihi mori, quam abire vacuum, et mittentem manum ad aratrum, ut cum Evangelio dicam, retro converti.

V. Cum ergo multa quidem dixisset, multa autem etiam audivisset præfectus sacræ mandræ, nec potuisset ejus vehementem retardare impetum, et acrem hunc amorem, fratres adhibet in consilium, an oporteat eum in ipsorum admitti monasterium. Illis vero pueri magnam mirantibus constantiam, alacreque et intensum ejus animi studium, et existimantibus esse Deum, qui eum moveret, et ut admitteretur, libenter assentientibus, de cætero est cum eis quoque Daniel, imo vero supra ipsos, quod ad vitam ex Deo agendam attinet, et ardorem ad virtutem. Intercessit parum temporis, et cum cognovisset parentes, ubinam sit, et apud quos, illi quidem ad eum accedunt cum admiratione. Cum vidissent autem puerum seipsum dedicasse, et Deo consecrasse, nequaquam eis accidit, quod solet hominibus et parentibus, neque petierunt charissimum filium ut eum acciperent, et domum reducerent, idque cum nondum esset monastico habitu consummatus; sed revera volentes ostendere se esse illius parentes, valde lætati sunt de eo quod factum fuerat, et multis precibus a monasterii præfecto contenderunt, ut ante suos oculos monastico eum amictu indueret. Ille vero hanc rem rursus communicat monachis, et postquam illos quoque vidit assentiri, cum jussisset omnes congregari in Dominico, et Danieli sacram recitasset regulam, tondet ei capillos, et monastico eum induit habitu, qui jam sicut monachi vivebat, et vivere statuerat. Cum ejus autem præcepisset parentibus, ne ad filium frequenter accederent; lætos emittit, quod quidem est valde novum, parentes privatos filio.

VI. Erat ergo illic beatus Daniel proficiens, et invalescens spiritu, et ei crescenti simul quoque crescebant omnia semina virtutis, et alia quoque haud ita multo post accesserunt. Quod autem excellentioris ei fuit vitæ principium, et radix fructuum, qui postea provenerunt, hoc jam sum dicturus. Cor ejus accendit amor divinus, et in eo vehemens excitat desiderium videndi loca illa in quibus Christus pro nobis est passus, et ubi est sepultus, et unde, cum surrexisset, ascendit in cœlos. Simul autem divina quoque quædam cupiditas ejus inflammabat animum, videndi virum illum magnum in exercitatione, Simeonem, inquam, qui erat in columna; et accedens ad præfectum monasterii, id quod volebat, ei communicavit, et rogavit ne quod petebat, sibi denegaretur. Ille vero tunc quidem sua sponte non concessit; paulo post autem vel invitus dimisit. Nam cum ei necesse esset venire Antiochiam, propter curas ecclesiasticas, tunc cum secum assumpsisset Danielem, et quosdam alios fratres, incipit iter ingredi. Et postquam fuissent in illo vico, qui nominatur Telada, ubi magnus ille in sanctitate Simeon magnos illos peragebat labores exercitationis, cum ad ipsam am venissent columnam, contemplabatur et co-

Ε'. Ὡς οὖν πολλὰ μὲν εἰπὼν, πολλὰ δὲ καὶ ἀκούσας ὁ τῆς ἱερᾶς ἡγούμενος μάνδρας, οὐκ ἔσχεν αὐτῷ τὴν ὁρμὴν ἀμβλῦναι, συμβούλους λαμβάνει τοὺς ἀδελφοὺς, εἰ δέον αὐτὸν ἐν τῇ κατ' αὐτοὺς εἰσδεχθῆναι μονῇ. Τῶν δὲ τὴν πολλὴν ἔνστασιν τοῦ παιδὸς καὶ τὸ τῆς προθυμίας σύντονον ἐκπλαγέντων καὶ θεῖον εἶναι τὸ κινοῦν τοῦτο ὑπειληφότων, καὶ πρὸς τὴν παραδοχὴν ἁσμένως κατατεθεμένων, γίνεται λοιπὸν καὶ Δανιὴλ μετ' αὐτῶν· ὑπὲρ αὐτοὺς δὲ μᾶλλον τῷ κατὰ Θεὸν βίῳ καὶ τῇ πρὸς ἀρετὴν θερμότητι. Βραχὺς ὁ ἐν μέσῳ χρόνος, καὶ τοῖς γονεῦσι γνωσθὲν οὗ τέ ἐστι καὶ παρ' οἷς, οἱ μὲν σὺν θαύμασι παραγίνονται πρὸς αὐτόν. Τὸν παῖδα δὲ θεασάμενοι ἑαυτὸν ἀνατεθέντα καὶ καθιερώσαντα τῷ Θεῷ, οὐδὲν ἀνθρώπινον πεπόνθασιν, οὐδέν πατρικόν· οὐδ' ἠτήσαντο τὸν φίλτατον αὖθις ἀναλαβεῖν καὶ πρὸς τὰ οἴκοι χωρεῖν, καὶ ταῦτα μήπω τελειωθέντα τῷ μοναχικῷ σχήματι, ἀλλ' ἔργῳ δεῖξαι βουλόμενοι πατέρες ὄντες ἐκείνου, καὶ ἥσθησαν μᾶλλον τῷ γενομένῳ, καὶ πολλὰς δεήσεις τῷ προεστῶτι τῆς μονῆς προσῆγον παρα τοῖς αὐτῶν ὀφθαλμοῖς περιβλεῖν τῷ υἱῷ τὸ τῶν μοναχῶν ἔνδυμα. Ὁ δὲ περὶ τούτου πάλιν κοινολογεῖται τοῖς μοναχοῖς, καὶ ἐπεὶ κἀκείνους εἶχε συντιθεμένους, κελεύσας ἅπαντας ἐν τῷ κυριακῷ συναχθῆναι, καὶ τὸν ἱερὸν ἐπάσας κανόνα τῷ Δανιὴλ κείρει τε αὐτῷ τὰς τρίχας καὶ τὰ τῶν μοναχῶν ἐνδύει τὸν κατὰ μοναχοὺς ἤδη καὶ βιοῦντα καὶ ζῆν ἐλόμενον. Ἐνταλάμενος δὲ τοῖς αὐτοῦ πατράσι τῆς μονῆς προεστὼς μὴ πυκνὰς ποιεῖσθαι πρὸς τὸν παῖδα τὰς προσελεύσας, χαίροντας ἐκπέμπει.

Ϛ'. Ἦν οὖν ὁ μακάριος ἐκεῖ Δανιὴλ πνεύματι προκόπτων καὶ κραταιούμενος. Ὃ δὲ τῆς μείζονος αὐτῷ πολιτείας ἀρχὴ καὶ τῶν μετὰ ταῦτα καρπῶν ἡ ῥίζα, τοῦτο δὲ καὶ λέξων ἄρχομαι. Ἔρως αὐτοῦ θεῖος τὴν καρδίαν διαθερμαίνει, καὶ σφοδρὸν ἀνάπτει πυρσὸν ἰδεῖν τόπους ἐκείνους ἐν οἷς ὁ Χριστὸς τὸ ὑπὲρ ἡμῶν ἀνεδέξατο πάθος, καὶ οὗ τέθαπται, καὶ ὅθεν ἐξαναστὰς πρὸς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν. Ἅμα δὲ καὶ θεία τις ἐπιθυμία διέφλεγε τὴν ψυχὴν τὸν ἐν ἀσκήσει μέγαν, τὸν ἐπὶ τοῦ στύλου, φημὶ, θεάσασθαι Συμεών. Καὶ δὲ τῷ παρεστῶτι τῆς μονῆς προσελθὼν ἐκινοῦτό τε τὸ βούλημα, καὶ μὴ ἀποτυχεῖν τῆς αἰτήσεως ἠντιβόλει. Ὁ δὲ τότε μὲν ἐκὼν οὐκ ἐπέτρεψε· μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ἄκων ἐφῆκεν. Ὡς γὰρ ἦν αὐτῷ ἀναγκαῖον ἐπὶ τὴν Ἀντιόχου φοιτᾷν ἐκκλησιαστικῶν ἕνεκα φροντίδων, τότε δὲ καὶ τὸν Δανιὴλ μεθ' ἑαυτοῦ καί τινας ἄλλους τῶν ἀδελφῶν συμπαραλαβὼν, τῆς πορείας ἄρχεται. Καὶ ἐπειδὴ κατὰ τήνδε τὴν κώμην ἐγένοντο ἣ δὴ καὶ Τελαδὰν ὀνομάζεται, οὗ καὶ ὁ μέγας ἐν ὁσιότητι Συμεὼν τοὺς μακροὺς ἐκείνους τῆς ἀσκήσεως ἀγῶνας διήνυεν. Ἐπεὶ δὲ πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ στύλῳ γένοιντο, ἐθεῶντό τε τὸ τοῦ κίονος ὕψος καὶ τὴν τοῦ τόπου τραχύτητα, καὶ ὅπως ὁ γεννάδας ἐκεῖνος ἔφερε καὶ κρυμὸν χειμῶνος καὶ θέρους φλογμὸν καὶ ἀπειλὴν ὄμβρων καὶ πνευμάτων

βίαν καὶ τὴν ἄλλην πᾶσαν τοῦ σώματος κακοπάθειαν, ὡς ταῦτα εἶδον, οἱ μὲν ἄλλοι τῶν ἀνοητοτέρων δόξης ᾤοντο ματαίας τοὺς τηλικούτους τὸν ὅσιον ὑπομένειν ἀγῶνας. Ὁ δὲ μακάριος Δανιὴλ οὐ μόνον ἐξεπλήττετο καὶ ἐθαύμαζεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν μίμησιν ἠρεθίζετο, καὶ κέντρον ἀγαθοῦ ζήλου τῇ ψυχῇ παρεδέχετο. Ὡς δὲ καὶ κάτωθεν βοησάντων ὁ μέγας ἐκεῖνος προκύψας ἄνωθεν ἔφησε θεῖναι κλίμακα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀνελθεῖν ἦν τότε καλῶς ἰδεῖν ἀκριβὲς τῶν ψυχῶν δοκίμιον· ὁ μὲν γὰρ ποδῶν ἀσθένειαν, ὁ δὲ νεφρῶν, ὁ δὲ γήρως, ὁ δὲ ἄλλο τι αἰτιασάμενος παρητεῖτο τὴν ἄνοδον, ὁ Δανιὴλ δὲ δραμὼν καὶ τῷ καθηγητοῦ δεηθεὶς καὶ παρ' αὐτοῦ προτραπεὶς, ἄνεισί τε προθύμως καὶ τὸν μέγαν ἀνασπάξεται Συμεὼν σὺν ἡδονῇ καὶ θαύματι.

A lumnæ altitudinem, et loci asperitatem, et quemadmodum vir ille generosus et hiemis ferebat algorem, et ætatis calorem, et minas imbrium, et vim ventorum, et omnem aliam corporis tolerantiam. Cum hæc viderunt alii quidem insipientiores, existimabant sanctum vana gloria adductum, tanta sustinere certamina. Beatus autem Daniel non solum eastupebat et mirabatur, sed etiam incitabatur ad imitationem, et boni zeli stimulum accepit animo. Cum vero, ubi inferne clamassent, magnus ille desuper prospiciens, dixisset oportere admovere scalas, et ad ipsum ascendere, tunc pulchre licuit videre animorum probationem: alius quidem causatus pedum imbecillitatem, alius renum, alius senectutem, alius aliquid aliud, recusabat ascendere. Daniel vero cum cucurisset, et magistrum rogasset, et ab eo jussus esset, acsendit prompto et alacri animo, et magnum salutat Simeonem cum gaudio et admisatione.

Ζ'. Ἀμέλει καὶ εὐλογίας, ὥσπερ ἔθει, παρ' αὐτοῦ ἀξιωθεὶς τῇ τῆς χειρὸς ἐπιθέσει καὶ τὴν τοῦ μέλλοντος προαγορευσιν δέχεται. Ἤκουε γάρ· Ἀνδρίζου, τέκνον, καὶ κραταιούσθω ἡ καρδία σου. Πόνους γὰρ πολλοὺς τε καὶ χαλεποὺς ὑπομένειν μέλλεις διὰ Χριστὸν, ὃς καὶ πρὸς τὸ γενναίως φέρειν ἐπιῤῥώσει σου τὴν ψυχήν. Κάτεισιν οὖν ὁ Δανιὴλ μετὰ τὴν γλυκεῖαν ταύτην τοῦ ἀνδρὸς ὁμιλίαν, καὶ πρὸς τὴν ἱερὰν μονὴν τρέπεται ταύτην ἐπάνειτιν. Ἐπεὶ δὲ τὸν τῆς μονῆς προεστῶτα ἐκάλει πρὸς ἑαυτὸν ὁ Θεὸς, ὁ δὲ καλὸς οὗτος Δανιὴλ καλῶς ποιμαίνεσθαι διδαχθεὶς ἄρτι καὶ καλῶς ποιμαίνειν ἐπινοεῖτο, καὶ βίᾳ πρὸς τοῦτο παρὰ τῶν συμφοιτητῶν εἵλκετο· αὐτὸς τῆς φίλης ἡσυχίας μεταποιούμενος, τοῖς μὲν ἐκείνων λύγοις οὐδαμῶς εἴκειν ἔγνω, ἀλλ' ἕτερον αὐτοῖς εἰσηγεῖτο τὸν λυσιτελῶς προστησόμενον· ἑαυτῷ δὲ τὰ βέλτιστα συμβουλεύων ἦν, Ἰδοὺ, λέγων, ἐλεύθερος γέγονας, Δανιὴλ, οὐδενὸς κάτοχος. Ἰδοὺ καιρὸς οὗ πρόπαλαι ἦρας· ἔχου τοίνυν καὶ σκοποῦ καὶ ὁδοῦ, καὶ ὁ προέθου καὶ εἰς πέρας ἀγαγεῖν ἐπείχθητι. Πάντα τοίνυν οὕτω καταλιπὼν, καὶ μηδενὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἀπόῤῥητον ἐξειπὼν, λαθὼν ἔξεισι τῆς μονῆς, καὶ καταλαμβάνει μάνδραν ἐκείνην ἣ καὶ ὁ τοῦ μακαρίου Συμεὼν ἤδρασε στῦλος· ἦν γαρ τι κάτω περὶ αὐτὸν καὶ κοινόβιον ἔντα καὶ τέσσαρας ὅλας ἡμέρας ἐπὶ ταῖς δέκα διενεγκόντα, Στρεὸν καὶ ἔτι παρ' αὐτῷ μένειν τὸν Δανιὴλ ἤθελεν. Ἐπεὶ δὲ φίλον τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον, ἐκεῖνος δὲ οὐκ ἠνείχετο ἑτέρῳ πόθῳ κατάσχετος ὤν, τῶν γὰρ ἱερῶν ἐγλίχετο τόπων, καὶ τὴν ἐνδοτέραν ἔρημον ἐπεξήτει· ἀλλὰ τὴν πρὸς τὴν Παλαιστίνην ἀκούων χαλεπὴν εἶναι καὶ ἀδιόδευτον, ἅτε Σαμαρειτῶν πολέμου νόμῳ Χριστιανοῖς ἐπιθεμένων· αὐτὸς τῆς προθυμίας ταύτης ὀφεῖναι μὴ ἀνεχόμενος, ἑαυτὸν ἐπιῤῥώσας καὶ πείσας θανάτου καταφρονεῖν προθυμος ἦν ἀνῦσαι τὸ σπουδαζόμενον.

B VII. Neque vero fuit hic labor Danieli inutilis, et ad eum ascensio, sed primum quidem ad virtutem excitatur et instruitur, et redditur vehementius ejus desiderium. Deinde autem ab eo quoque, ut oportebat, consequitur benedictionem manus impositione, et futuri suscepit prædictionem; eum enim andivit dicentem vel maxime prophetice: Esto fortis, fili, et confirmetur cor tuum. Multos enim et difficiles labores propter Christum es susceptarus, qui et sufficiens erit tibi consolatio, et ad eos fortiter ferendos tuum roborabit animum. Descendit ergo Daniel post hanc suavem cum eo congressionem, et rursus ad sacrum redit monasterium. Postquam autem monasterii præfectum ad se vocavit Deus; egregius vero hic Daniel, qui pasci pulchre didicerat, modo recte posse pascere putabatur, et vi ad hoc trahebatur a suis condiscipulis; ipse qui gratam consectabatur quidem et silentium, et hoc ambibat, ut esset remotus ab omnibus negotiis, et sciens, quantum ea possit conferre ad virtutem, minime statuit cedere, sed alium addixit, qui esset eis utiliter præfuturus, sibi autem optime consuluit: Ecce, dicens, liber factus es, Daniel. nemini obnoxius. Ecce tempus, quod ante desiderasti. Tuum ergo persequere scopum, et viæ institutum, et quod proposuisti, perge exsequi. Cum sic ergo omnia reliquisset, et nulli animi sui arcanum aperuisset, egreditur clam e monasterio, et venit ad mandram illam, in qua erat sita columna beati Simeonis. Infra enim circa eam erat quoddam monasterium; in quo cum totos quatuordecim dies transegisset, volebat Simeon Danielem adhuc apud se manere (simile enim simili delectatur), ille autem non sustinuit, cum alio teneretur desiderio. Desiderabat enim videre sacra loca, et interiorem quærebat solitudinem: sed viam, quæ vergit ad Palæstinam, audiens esse difficilem, et prope inviam, utpote quod Samaritani bello invaderent Christianos, ipse non ferens de hoc suo prompto et alacri animi studio aliquid remittere, cum se confirmasset et sibi mortem contemnere persuasisset, paratus erat exsequi id, cujus studio tenebatur.

C

Η'. Καὶ ἐπειδὴ τῆς ἀποδημίας ἤψατο συναντᾷ τις αὐτῷ κατὰ τὴν ὁδὸν ἀνὴρ, ὥπερ ἡλικία πρεσβύτου,

D VIII. Cum vero iter esset ingressus, et in via occurrit vir quidam, cui erat ætas senis, monachi

vestitus, cana autem coma, et qui erat in omnibus similis Simeoni qui erat in columna. Syra vero lingua allocutus Danielem, et eum complexus, rogavit, quonam iter suum dirigeret. Ille autem: Si Deo, inquit, videtur, vado ad loca sancta. Is vero excipiens: Recte dixisti, inquit, si Deo videtur. Nunc autem certo scias, id quod est tibi propositum, non esse ex Dei sententia. Non enim audivisti seditionem et tumultum, qui est in Palæstina? Ille vero, Audivi, inquit, sed in Deo confido eum mihi futurum adjutorem; et maxime quidem spero omnino fore, ut ne mali aliquid nobis omnino accidat. Sin autem aliquid tale acciderit, « seu vivamus, seu moriamur, sumus Domini [2]. » Illo autem hoc propheticum proferente responsum: « Ne dederis in commotionem pedem tuum, et non dormitabit, qui te custodit, angelus [3], » cum ad hoc prompto et alacri animo respondisset Daniel, dicens, omnino bonum esse mori propter Christum, id ægre ferens canus, avertit faciem, et: Non fero, dixit. Non enim permisit Deus, ut nos intempestive in mortem conjiciamus, et ut per vim interficiamur, procuremus. Ille est enim, qui dixit: « Si persequantur vos ex hac civitate, fugite in aliam [4]. » Cum autem concessisset sanctus objectioni, et dixisset: Si tibi ita videtur, nihil moror reditum: Non consulo, inquit, ille, tibi, ut ab hoc cœpto omnino desistas, stultus enim essem; sed si mihi credas, jubens multum valere regiones Orientales, conversus, vade Byzantium, quæ, quod attinet ad sanctificationem, est secunda Jerusalem, imo vero est prima. Illius enim privilegia ei nunc a Deo data sunt, in qua multis quidem tibi licebit frui templis, multis vero sacris spectaculis; et si tibi corde fuerit vivere in quiete et silentio, aut in superiore Thracia, aut in ipso ore Ponti ejus rei tibi erit magna facultas, et Deus hac in re tuum implebit desiderium. Præterea non oportet existimare te Deum quidem esse conventurum Hierosolymis, Bysantii autem minime. Deus enim nequaquam loco circumscribitur, o dilecte.

καὶ ῥᾳδίως μεταπιπτούσης, πλοῦτός τε ἄσυλ
ἡδονὴ μηδέποτέ πρὸς λύπην μεταχωροῦσα·
ἔτι σμικρημένειν ἀγαπήσομεν τοῖς παροῦσ
οὐχὶ πρόφασιν μᾶλλον πρὸς τὴν ἐκεῖ δόξαν τοῦ
Χριστοῦ θάνατον εὑρόντες; ὡς τάχος μεταβῆνα
Καὶ τί ἄρ' ἄλλο ποιοῦντες, ἄξιοι θρηνεῖσθαι παρ
φρονοῦντων εὖ χριθησόμεθα; Μνήσθητε, μᾶλ
καὶ πρὸς τὸ θυσιαστήριον ἀποβλέψατε. Τίθη
ὑπὲρ ἡμῶν ὁ ἡμέτερος ἀληθὴς Δεσπότης. Ο
ἡμεῖς ὑπὲρ τούτου ἐν τόπῳ τῷδε ἁγίῳ τὰς
προησόμεθα, καὶ ὡς τινα θυσίαν ἐκείνῳ τ
ταύτας ὁλοκαυτώσομεν;

Non nos quoque pro eo in loco sancto animas profundemus et veluti quoddam sacrificium e
igni offeremus in holocaustum?

XXVIII. Cum sic dixisset, omnes incitavit, et
effecit ut moriendi vehementi tenerentur desiderio.
Simul itaque cum illo beatam illam vocem excla-
maverunt, Christiani sumus, Christiani, et deos
tuos, o imperator, non colemus. Hæc Maximiano C
quidem amuntiabantur; ille autem cum ne finem
quidem exspectasset orationis, jussit in eos ignem
accendi, et eos una cum templo exuri, ut nullus
eorum nec misericordiam consecutus, neque la-
tens posset effugere. Pii vero cum omnes congre-
gassent simul catechumenos, viros et mulieres, et
pueros, eosque in quatuor divisissent, utpote quod
tempus postularet celeritatem, eos divino baptismo
perficiunt, et chrismate ungunt, et eos inte-
meratis impertiunt sacramentis. Protinus autem
aderant ministri quoque Imperatoris, et ignem ac-
cendebant; illeque omni ex parte tollebatur in al-
tum; et cum totam comprehendisset ecclesiam,
in unum ascendebat verticem, omnia tam quæ
erant extra eam quam quæ intra, depascens. Fre-D
mens itaque malum ingruebat gravissimum; illi
autem intus magna voce ad Deum clamabant, et
canebant canticum puerorum, omnem creatam
naturam vocantes ad choream; neque prius ces-
sarunt glorificare, quam oblata essent accepta sa-
crificia, castæ hostiæ agno, qui fuit pro mundo
mactatus.

ΚΘ'. Οὕτως εἰπὼν, παρέθηξε πάντας εἰδ
ἠρέθισε, καὶ πρὸς τὸν θάνατον ἑτοίμως ἔχ
διψητικῶς παρεσκεύασεν. Αὐτίκα τοίνυν ὁμ
ἐκείνῳ τὴν μακαρίαν φωνὴν, Χριστιανοί
ἐσόμεθα, Χριστιανοὶ, καὶ τοῖς θεοῖς σου, βασ
λατρεύσομεν. Ταῦτα ἠγγέλλετο μὲν Μαξιμια
δὲ μηδὲ τὸ τοῦ λόγου πέρας ἀναμείνας τὸ βα
λευε κατ' αὐτῶν ἀνάψαι, καὶ σὺν τῷ ναῷ κ
σαι πάντας, ὡς μηδένα τούτων μήτ' ἐλέους
μήτε μὴν ἄλλως λαθόντα, δυνατὸν γένεσθαι
γεῖν. Οἱ γοῦν εὐσεβεῖς τοὺς κατηχουμένους
συναγαγόντες ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας καὶ
παισὶν ἦν, καὶ τούτους εἰς τέσσαρα διαστήσαν
ἂν ταχυτῆτος τοῦ καιροῦ δεομένου, τῷ θείῳ
σματι τελειοῦσι, μύρῳ τε χρίουσι, καὶ τῶν
των μυστηρίων μεταδιδοῦσι. Παρῆσαν δὲ καὶ
βασιλέως αὐτίκα, καὶ τὸ πῦρ ἀνῆπτον·
πανταχόθεν εἰς ὕψος ἦρετο, καὶ τὴν ἐκκλησί
περιλαβὸν εἰς μίαν κορυφὴν ἀνῄει, πάντα
τε καὶ τὰ ἔνδον ἐπινεμόμενον. Τὸ μὲν οὖν
βρέμον ἐπῆει· οἱ δὲ ἔνδον μέγα πρὸς Θεὸν ἐ
ξον, καὶ τὴν τῶν παίδων ᾠδὸν φωνὴν πᾶσα
χορείαν καλοῦντες τὴν κτίσιν· καὶ οὐ πρὶν
γοῦντες ἐπαύσαντο ἢ τέλεον ὁλοκαρπωθῆνα
θύματα, ἱερεῖα ἁγνὰ, τῷ ὑπὲρ τοῦ κόσμου σ
σθέντι ἀμνῷ.

XXIX. Quinque dies transierant, et ignis depa-
scebat materiam. Cum vero flamma jam cessasset,
nullus quidem teter odor sentiebatur, nec ex corpo-
ribus, nec ex fumo; spirabat autem potius quidam
suavis et mire fragrans odor. Apparebat vero qui-
dam radius, auri rutilantis speciem præ se ferens,

ΚΘ'. Πέντε διῆλθον ἡμέραι, καὶ τὸ πῦρ τὴ
ἐνέμετο. Ἤδη δὲ τῆς φλογὸς παυσαμένης
μὲν οὐδὲ μία ἦν ἀπό τε τῆς καύσεως τῶν σω
καὶ τοῦ καπνοῦ· εὐωδία δὲ μᾶλλον ὑπέπ
σφόδρα ἡδεῖα, ἀκτίς τε διεφαίνετο χρυσειδ
ποικίλον τι καὶ χαρίτων μεστὸν ἱλαρῶς ἀπ

πουσα, οἷον ἥλιος διαυγάζει. Μαξιμιανὸς δὲ πάντων ἤδη νομίσας κεκρατηκέναι καὶ τῶν τοῦ ἀγῶνος ἀνεθῆναι φροντίδων, θεάτροις εἱστία τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ δρόμοις ἵππων δηλαδὴ καὶ ἀνθρώπων. Τὸ δὲ ἄρα οὐ κρατῆσαι, ἀλλὰ κρατηθῆναι πολλῷ πλέον ἦν, καὶ μᾶλλον ἔτι τοὺς εὐσεβεῖς προῆγε παῤῥησιάζεσθαι. Δηλώσει κὲ τὰ ἑξῆς. Προσῳκοδόμητο μὲν τὸ θέατρον μέγιστον ἱερὸν Δήμητρος τῆς παῤ αὐτοῖς μεγίστης γεᾶς. Παρελθὼν δὲ ἐκεῖνος σὺν παντὶ τῷ δήμῳ καὶ τῷ στρατῷ τὰ τῶν θυσιῶν μύση τελῶν ἦν. Εἷς δε τις τοῦ στρατιωτικοῦ καταλόγου, Ζήνων ὄνομα, ζήλου πνέων κατὰ τῶν ἀσεβούντων, οὐ φέρων οὕτω τὴν εὐσέβειαν ὑβριζομένην ὁρᾷν, ἐφ' ὑψηλοῦ στὰς, Πλανᾷ, βασιλεύ, ἔφη, λίθοις ἀναισθήτοις θύων καὶ ξύλοις κοφοῖς· τοῦτο γὰρ τὸ φαινόμενον· τὸ δέ γε ὂν ἀληθῶς καὶ νοούμενον ἀπάτη δαιμόνων τοὺς λατρευτὰς ἀπάγουσα πρὸς ἀπώλειαν. Σύνες, ὦ Μαξιμιανὲ, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς τούτους δὴ καὶ τοὺς ἔνδον διάρας εἰς οὐρανὸν ζήτησον ἐκ τῶν ὁρωμένων τὸν κτίστην, τὸν δημιουργὸν ὁποῖός ἐστιν· ἀπὸ τῶν κτισμάτων κατάμαθε, καὶ σέβειν Θεὸν εὐσεβῶς διδάχθητι, οὐχ αἵμασι καὶ κνίσσαις ἀλόγων, ἀλλὰ ψυχαῖς ἀνθρώπων καθαραῖς δὲ καρδίαις ἁγναῖς, ἡδόμενον.

Λ'. Ταῦτα Μαξιμιανὸς, ἀκούσας λίθων ἐκέλευε βάρει τὰς σιαγόνας αὐτοῦ θλάττεσθαι, καὶ ἅμα ἐδόα τοῖς μὲν δημίοις εὐτονωτέρας τὰς καταφορὰς ποιεῖσθαι, τῷ δὲ ἁγίῳ, μὴ λοιδορεῖσθαι θεοῖς. Οὕτω γοῦν πάσχοντι τῷ ἁγίῳ πάντες μὲν οἱ ὀδόντες ἀπηνῶς ἐξεκρούσθησαν, αἱ σιαγόνες συνετρίβησαν, καὶ ἤδη μικρὰ πνέοντα καὶ ὅσον οὔπω πρὸς τὸ θανεῖν συνωθούμενον ἔξω τῆς πόλεως ἀπαχθῆναι κελεύει, καὶ ξίφει τὴν παῤῥησιασαμένην κεφαλὴν ἐκτμηθῆναι. Καὶ οὕτως ὁ γενναιότατος Ζήνων τάχει πολλῷ τὸ μακάριον διανύσας τοῦ μαρτυρίου σταδίου τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, καὶ πρὸς Χριστὸν τὴν πάντων κεφαλὴν ἀναφέρεται. Ἔμελλε δὲ καὶ ὁ περὶ τὸν Δωρόθεον ἱερὸς χορὸς, ὑφ' οὕτω καλῷ ταττόμενος διδασκάλῳ, τῷ θείῳ, φημὶ, Ἀνθίμῳ, μὴ οὕτως ἀστεφανώτους ἔχειν τὰς κεφαλάς· ἀλλ' ὡκονομεῖτο καὶ ταῦτα παρὰ τῆς θείας ἄνωθεν χάριτος· καὶ γράμματα μὲν τοῦ ἱεροῦ Ἀνθίμου ἐπέμπετο πρὸς αὐτοὺς, ἐν κώμῃ μέν τινι αὐτοῦ κρυπτομένου, ἐκείνοις δὲ φανερῶς ἀγωνιζομένοις εὐχῇ τῶν ἀγώνων ἄριστα συνεφαπτομένου. Τοῦτο ἐπεὶ τοῖς τοῦ παρανόμου βασιλέως ὑπασπισταῖς δῆλον γέγονεν, αὐτά τε τὰ γράμματα καὶ τὸν ἐκεῖνα πεπιστευμένον τῷ βασιλεῖ παριστῶσιν. Ὁ δὲ τοῦτον ἰδὼν, ἐπελθὼν δὲ καὶ τὰ γεγραμμένα (ἐγγέγραπτο δὲ οἷα εἰκὸς ἀβούλητα μὲν ἐκείνῳ χαρίεντα δὲ καὶ σωτήρια), θυμῷ πολλῷ ῥέων ἐπέταττε τὴν εἰς τάχος αὐτῶν παράστασιν. Εὐθὺς οὖν ἐκεῖνοι παρίσταντο.

ΛΑ'. Καὶ ὁ βασιλεύς. Ἆρα μὴ μάταιος τὴν εἰκασίαν ἐγὼ προλέγων ὡς ἐμοῦ μέν ἀπέστητε; μᾶλλον δέ ἤδη, κατάρατοι, καὶ κατεξανέστητε, πρὸς ἕτερον δέ λίαν ἐκπεπολεμωμένον ἡμῖν ἀπεκλίνατε. Καὶ

varium quemdam edens et valde gratum splendorem, quomodo sol lucet, qui modo apparet in Oriente. Maximianus autem existimans se jam omnes vicisse (7), et relaxatum esse a curis certaminis, theatris pascebat oculos, et equorum scilicet et hominum curriculis. Illud vero non erat vincere, sed potius victum esse, idque magis induxit pios, ut libere loquerentur. Ostendunt autem, quæ sequuntur. Ante theatrum quidem erat ædificatum maximum fanum Cereris quæ erat apud eos dea maxima. Accedens autem ille cum universo populo et exercitu, exsecranda peragebat sacrificia. Quidam vero ex numero militari, Zeno nomine, zelo plenus adversus impios, non ferens sic pietatem affici contumelia, stans in alto : Erras, inquit, o imperator insensibilibus sacrificans lapidibus et mutis lignis ; hoc enim est, quod apparet ; id autem, quod est revera et intelligitur, est fraus daimonum, quæ suos cultores abducit ad interitum. Intellige, o Maximiane, et hos oculos et internos in cœlum tollens, quære ex iis quæ videntur, creatorem ; qualis sit opifex, disce ex operibus, et disce Deum pie colere, qui non sanguine et nidore rationis expertium animantium, sed mundis hominum delectatur animis, et mundo corde.

XXX. Hæc cum audiisset Maximianus, jubet pondere lapidum ejus maxillas confringi et simul clamabat lictoribus quidem, ut fortiter percuterent, sancto autem, ne deos maledictis appeteret. Sic ergo patienti sancto omnes quidem dentes sunt immaniter excussi, maxillæ vero sunt contritæ : et jam parum spirantem et mox moriturum jubet abduci extra civitatem, et amputari caput, quod libere erat locutum. Et sic Zeno generosissimus, cum magna celeritate perigisset beatum stadium martyrii, truncatur capite, et sursum fertur ad Christum caput omnium. Sacer quoque chorus, qui erat circa Dorotheum, qui a tam bono instituebatur magistro, divino, inquam, Anthimo, non sic erat habiturus capita incoronata, sed hæc quoque superne dispensabantur ac providebantur a divina gratia. Et a sacrosancto quidem Anthimo ad eos mittebantur litteræ, ipso quidem in quodam vico delitescente, illos autem aperte decertantes ad suscipienda strenue certamina precibus adjuvante. Hoc postquam evasit manifestum scelerati imperatoris satellibus, et ipsas litteras, et eum, cui erant datæ, adducunt ad imperatorem. Ille autem cum eum vidisset et legisset quæ scripta erant : scripta vero erant, ut est verisimile, quæ ille quidem nolebat, pulchra autem erant et salutaria : ira æstuens, jussit eos quamprimum adduci. Illi ergo statim sunt adducti.

XXXI. Imperator autem : Vanane, inquit, fuit mea conjectura, cum prædicerem, vos a me defecisse? Imo vero, exsecrandi, jam etiam adversus me insurrexistis, ad alium autem, cum quo nos

(7) Baron. ad an. 302.

acre bellum gerimus, transfugistis. Et simul dat eis legendam epistolam. Jussit vero eum quoque, qui apportaverat illam introduci. Quem cum vidissent martyres, valde lætati sunt animo, eumque, etsi procul starent, vultu et nutu salutarunt. Maximianus autem fastum quemdam et spiritum suscipiens principis, et immaniter eum intuens : Dic mihi, inquit, infelix, quis est, qui hæc tibi tradidit, et ubinam latet terrarum ? Diaconus vero, cum magna voce tacite ad Deum prius clamasset, et petiisset, ut convenienter verissimæ promissioni daretur sibi oris apertio : Qui litteras, inquit, dedit, cum sit pastor, et procul absit, gregem cohortatur et incitat ad pietatem: et maxime cum senserit incursionem luporum et ferarum. Tunc enim alta et clara voce suo gregi imperat, et quæ sint facienda significat. Quæ autem dicit, non sunt sua, sed ea accepit a primo pastore, qui dicit : «Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere [7].» Atque dixi quidem, quisnam dederit litteras : ubinam autem sit, non dicam. Aperta enim fuerit insania, pastoris esse proditorem eum qui ex illo maximam accepit utilitatem: qui etiam absque nobis mox fiet manifestus. Non posse enim abscondi civitatem supra montem positam, vox divina dixit, et veri amatrix [8].

XXXII. Hæc eum fortissime dixisset lingua sancta, non ferens Maximianus dicendi libertatem, ut ipsa amputaretur, eum condemnat. Deinde sic jubet eum obrui lapidibus. Et ille quidem post sacræ linguæ ablationem sic obrutus lapidibus, tela quidem nihil curabat; sed corpore quidem jam attrito jaculationibus, partim autem obruto lapidibus, adhuc magis erigebatur, et in cælos extollebatur anima, Christo angulari lapidi conjungenda. Adhuc vehementer irascebatur Maximianus. Quocirca Dorotheum cum suis multiplicia excepere supplicia. Illis vero minime perpetua defuit constantia, Christum invocantibus, et tormenta et levia et imbecilla minime curantibus, vel potius reputantibus illa pro deliciis, et tyranno impietatem acerbius exprobrantibus. Quamobrem ille jam defessus, communiter quidem omnes morte condemnat, diversas autem pronuntiat sententias, Dorotheo quidem ense caput amputari, Mardonium autem vivum cremari, et Mygdonium in fossam projectum obrui, Gorgonium vero et Indem et Petrum, molaribus lapidibus eorum collis alligatis, in mare jaci. Et ita sunt, consummatis victoriis insignes Christi martyres vario genere mortis, una via ingressi ad Dominum. Hæc cum casta rescivisset Domna, partim quidem lætabatur animo, et maxime propter Indem, qui erat unius cum ipsa animi et spiritus; partim autem ad imitationem quoque incitabatur, et eadem, quæ ipsis evenerant, cupiebat certamina et præmia. Unde nec despexit Dominus suam sponsam : quæ vestem quidem habebat mundam a nuptiis, sic au-

[7] Matth. x, 28. [8] Matth. v, 14.

ἅμα τὴν ἐπιστολὴν ἀνάγνωσκειν ἐδίδου. Ἐπέτρεπε δὲ καὶ τὸν ἐπιφερόμενον εἰσαχθῆναι· ὃν ἅρα καὶ οἱ μάρτυρες θεασάμενοι πάνυ τὴν ψυχὴν ἥσθησαν, καὶ οὕτως ὡς εἶχον καὶ πόρρωθεν ὄντες σχήματι καὶ νεύματι κατησπάζοντο. Μαξιμιανὸς δὲ ὄγκον ἑαυτῷ περιθεὶς ἀρχικὸν, καὶ ἀπηνὴς πρὸς ἐκεῖνον βλέψας, Λέγε μοι, ἔφη, δεῦστηνε, τίς ὁ ταῦτά σοι δούς, καὶ ποῦ δήποτε γῆς εἶη κρυπτόμενος. Ὁ δὲ διάκονος μέγα πρὸς Θεὸν πρότερον σιωπῇ βοήσας, αἰτησάμενός τε στόματος παροχὴν κατὰ τὴν ἀψευδεστάτην ἐπαγγελίαν. Ὁ μὲν τὰ γράμματα δούς, ἔφη, ποιμὴν ὢν καὶ μακρὰν ὑπάρχων τὸ πολέμιον συγκροτεῖ καὶ παραθήγει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ μάλιστα ὅτ' ἂν καὶ λύκων αἴσθηται καὶ θηρίων ἐπιδρομῆς· τότε γὰρ καί διάτορόν τι σημαίνει τῷ ποιμνίῳ καὶ πάνυ λαμπρόν· Ῥ δὲ καὶ λέγει οὐχ ἑαυτοῦ, ἀλλὰ τοῦ πρώτου ποιμένος ἔχει παραλαβών, « Μὴ φοβηθῆτε, λέγοντος, ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τὴν δὲ ψυχὴν μὴ δυναμένων ἀποκτεῖναι. » Τίς μὲν οὖν τὰ γράμματα δοὺς εἴρηκα· ὅπου δὲ καὶ ἔστιν οὐκ ἂν εἴποιμι· μανία γὰρ ἂν εἴη σαφὴς ποιμένος προδότην γενέσθαι τὸν πολλῆς ἀπονάμενον ἐκείνου τῆς ὠφελείας· ὃς γε καὶ χωρὶς ἡμῶν ὅσον οὔπω φανερὸς καταστήσεται. Μηδὲ γὰρ δύνασθαι πόλιν κρυβῆναι ἐπάνω ὄρους κειμένην ἡ θεία καὶ φιλαλήθης ἔφη φωνή.

ΛΒ'. Ταῦτα τῆς ἁγίας γλώττης ἀνδρειότατα λεχθείσης ὁ Μαξιμιανὸς, οὐχ ὑπομείνας τὴν παῤῥησίαν, ἐκτομὴν αὐτῆς κατακρίνει· εἶθ' οὕτω λίθοις αὐτὸν κελεύει καταλευσθῆναι. Καὶ ὁ μὲν οὕτω μετὰ τὴν τῆς ἱερᾶς γλώττης ἀφαίρεσιν, εἶτα καὶ τοῖς λίθοις βαλλόμενος, τῶν μὲν βελῶν ἐφρόντιζεν οὐδαμῶς ἀλλὰ τοῦ σώματος τοῦ μὲν ἤδη ταῖς βολαῖς ἐκφθίτος ἡ ψυχὴ ἔτι καὶ μᾶλλον ἤρετο, καὶ ὑψοῦτο, εἰς πρὸς οὐρανοὺς ἀνεφέρετο, τῷ ἀκρογωνιαίῳ λίθῳ Χριστῷ συναφθησομένη. Ἔτι Μαξιμιανῷ πολὺς ὁ θυμὸς διὸ καὶ τοὺς περὶ Δωρόθεον βάσανοι πολυειδεῖς περιελάμβανον. Καὶ τοῖς μὲν δημίοις αἱ χεῖρες ἐκάμνον, ἐκείνοις δὲ ἡ ἔνστασις οὐδαμῶς ἔλῃγε, τὸν βασιλέα ἐπιβοπμένοις Χριστὸν. καὶ τῶν βασάνων οἷα φαύλων καὶ ἀσθενῶν ἥκιστα ἐπιστρεφομένοις, μᾶλλον δὲ καὶ ὡς τρυφὰς ἐκείνας λογιζομένοις καὶ τῷ τυράννῳ πικρότερον τὴν ἀσέβειαν ὀνειδίζουσιν. Ἐφ' οἷς καὶ αὐτὸς ἥδη καμὼν, ἀπαγορεύσας, τὸ μὲν θανεῖν κοινὸς ἁπάντων καταψηφίζεται, διαφόρους δὲ τὰς ἀποφάσεις ἐκφέρει, Δωρόθεον μὲν ξίφει τὴν κεφαλὴν ἐκτμηθῆναι, Μαρδόνιον δὲ ζῶντα καυθῆναι, καὶ Μυγδόνιον εἰς βόθρον βληθέντα καταχωσθῆναι, Γοργόνιον δὲ καὶ Ἴνδην καὶ Πέτρον λίθοις μυλικοῖς τοὺς τραχήλους περιδεθέντας εἰς θάλασσαν ἐκριφῆναι. Καὶ οὕτω ἐτελειώθησαν οἱ καλλίνικοι τοῦ Χριστοῦ μάρτυρες ἐν διαφόροις τῆς τελευτῆς τρόποις μιᾷ τῇ πρὸς τὸν δεσπότην ὁδῷ χρησάμενοι. Ταῦτα καὶ ἡ ἁγνὴ Δόμνα μαθοῦσα τοῦτο μὲν τὴν ψυχὴν ἥδετο, καὶ μάλιστα Ἴνδου ἕνεκεν τοῦ πάντα αὐτῇ σύμπνου καὶ ὁμοψύχου· τοῦτο δὲ καὶ πρὸς μίμησιν ἠρεθίζετο καὶ τῶν τοῦ ἄθλων αὐτοῖς καὶ τῶν ἐπάθλων ἐγλίχετο. Ὅθεν οὐδὲ

παρεῖδε Κύριος τὴν αὐτοῦ νύμφην οὕτω καθαρὰν μὲν τοῦ γάμου τὴν στολὴν ἔχουσαν, οὕτω δὲ καὶ δάκρυσιν αὐτὴν καθεκάστην ἐπιλευκαίνουσαν, μὴ καὶ μαρτυρικῷ αἵματι ταύτην φοινίξαι καὶ ὅλην ἀξίαν τοῦ κάλλους αὐτοῦ δεῖξαι τὴν νύμφην, καίτοι καὶ τοῦ παρόντος αὐτῇ βίου μηδὲν ἀπολειπομένου μαρτυρικοῦ ἀξιώματος, ἅτε δὴ τῷ πολυχρονίῳ τε τῆς ἀσκήσεως καὶ τῷ σκληρῷ τῆς διαίτης πιέζοντος ἰσχυρῶς, ἄντρῳ μὲν κρυπτομένης αὐτῆς ὑπογαίῳ, καὶ τοῦτο, ὡς ἂν εἴποις, τάφῳ καταχθονίῳ, ποτὸν δὲ ποιουμένης τὴν ἔνδον οὖσαν πηγὴν, καὶ τροφὴν ὁμοίως τὰς παρὰ τὸ χεῖλος δήπου τοῦ ἄντρου βοτάνας.

ΛΓ'. Οὕτω πρὸς ἄσκησιν ἔχουσα, τότε τοῦ ὄρους κατῆει, καὶ περιοῦσα τὴν πόλιν ἐν ἀνδρικῷ σχήματι (τούτῳ γὰρ Ἀγάπη ἡ κατὰ πνεῦμα μήτηρ αὐτὴν ἀμφιάσασα τῶν ἀκολάστων ἐκείνων χειρῶν ἐξεκλεψε) τὴν μακαρίαν ταύτην Ἀγάπην ἐζήτει. Ἐπεὶ δὲ καὶ ἔμαθεν ὡς καὶ αὐτὴ τὸν μαρτυρικὸν ἤνυσε δρόμον, ὁλοκαύτωμα τῷ Κυρίῳ σύναμα καὶ ἄλλαις πολλαῖς παρθένοις ἐν τῷ πυριφλέκτῳ γενομένη ναῷ, πάσχει τὴν ψυχὴν ἡ γενναία, οὐχ ὅτι τέθνηκεν ἡ Ἀγάπη περιαλγήσασα, ἀλλ' ὅτι μὴ καὶ αὐτὴ μᾶλλον συντέθνηκε τῇ Ἀγάπῃ, καὶ ἴσης κεκοινώνηκε τελευτῆς· καὶ στᾶσα πρὸς τῷ κατυθέντι ναῷ κλαυθμῷ τὴν σποδὸν ἐκίρνα. Ἤδη δὲ κλινούσης ἡμέρας θεία χάριτι πρὸς τὴν ὁδὸν τοῦ μαρτυρίου φωτιζομένη καὶ ἀγομένη πρὸς τοῦτο πάντοθεν, κατῆει ἐπὶ τὴν θάλατταν. Καὶ ἰδοὺ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἁλιεῖς ἤδη τὰ δίκτυα καταρτίζοντες, καὶ τὰς κώπας ἔχοντες εὐτρεπεῖς. Ἣν ἰδόντες ἐκεῖνοι οὕτω τε ἐσταλμένην καὶ κατ' ἄνδρα τὴν ἀναβολὴν ἔχουσαν οὐκ ἀπὸ τοῦ ὄντος, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ δοκοῦντος μᾶλλον, ἐκάλουν, Ἐλθὲ, λέγοντες, νεανίσκε, τῷ πόνου ἡμῖν συλληψόμενος, ἵνα καὶ κοινωνόν σε θῶμεν τῆς ἄγρας. Ἡ δὲ πρόθυμον ἀκοὴν ἐπεῖχε, καὶ ἐμβᾶσα τοὺς τῶν ἁλιέων καὶ ὀφθαλμοὺς αὐτίκα καὶ ψυχὴν ἔθραττεν, ὁρῶντας ἄνδρα μὲν τὸ φαινόμενον, ἦθος δὲ καὶ κάλλος παρθενικὸν, καὶ πολλὴν τὴν αἰδῶ ταῖς ὄψεσιν αὐτῆς ἐπικαθημένην. Πλὴν ἀλλὰ καθέντες πρὸς ἄγραν εὐθὺς τὰ δίκτυα, σὺν πολλῷ καμάτῳ τῆς γῆς ἀνεῖλκον ὡς ἂν μεγάλου τινὸς περὶ αὐτὰ βάρους αἰσθόμενοι. Ἤδη δὲ καὶ παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐλθόντες, ὁρῶσιν ἀνὰ τὴν νύκτα, σελήνης τὸν ζόφον διασαφούσης, καὶ πλῆθος μὲν ἰχθύων περιληφθὲν, καὶ σώματα περὶ τὴν γαστέρα τοῦ δικτύου νεκρά.

ΛΔ'. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν περὶ τὴν ὄψιν ἐκταραχθέντες, λύπῃ τε καὶ δέει τὰ σώματα τῶν δικτύων ἐκτιναξάμενοι, καὶ τῇ γῇ παραθέντες, αὐτά τε τὰ δίκτυα συλλεξάμενοι εἰς τὴν ἀντιπέραν ἠπείγοντο μεθορμίσασθαι, σύμπλουν αὐτοῖς ἔχειν ἀξιοῦντες καὶ τὴν παρθένον. Ἐπεὶ δὲ μὴ ἔπειθον, ἄρτον αὐτῇ τὸν μισθὸν καὶ ἰχθύας ἐπιδόντες ἀπέπλεον. Ἡ δὲ Ἴνδον καὶ τῶν ἐκείνῳ συνάθλων τὸν θάνατόν τε καὶ τὸν τοῦ θανάτου τρόπον, ὥσπερ ἔφημεν, ἤδη μαθοῦσα, ἐπέστη μὲν τοῖς σώμασιν, ἀνεσκόπει δὲ καὶ περιέστρεφεν ἱκανῶς, εἶτα καὶ πρὸς ἀκρίβειαν ἕκαστα κατεμάνθανεν. Ἐπεὶ οὖν οἱ χαρακτῆρες αὐτῇ καὶ τὰ σύμβολα ὅλου δὴ τοῦ σώματος τοὺς ἁγίους εἶναι σαφῶς ὑπηγόρευον, χερσὶ τοῦτα περιλαβοῦσα καὶ χείλη

A tem eam etiam lacrymis quotidie dealbabat, quod non eam sanguine martyrii redderet purpuream, et totam sponsam efficeret dignam ejus pulchritudine, etsi præsens ejus vita nihil abesset a dignitate martyrii, ut quæ tam et diuturnitate exercitationis et aspera vivendi ratione eam premeret, cum ipsa et in antro lateret subterraneo, eoque ejusmodi, ut terrestre dici posset sepulcrum, et potus ejus esset fons, qui in eo erat, et cibus similiter herbæ, qui erant in margine speluncæ.

XXXIII. Cum ea sic se gereret in exercitatione, tunc descendit de monte, et veniens in civitatem adhuc in veste virili (ea enim ipsam indutam B Agape, ejus mater secundum spiritum, suffurata est ab illis impudicis et intemperantibus manibus), beatam hanc quærebat Agapen. Postquam autem intellexit eam quoque cursum confecisse martyrii, effectam holocaustum Domino cum multis aliis virginibus in templo, quod fuerat exustum, magnum animo dolorem accipit, non ægre ferens quod mortua esset Agape, sed potius quod non cum ipsa Agape esset mortua, et paris fuisset mortis socia: stansque ad templum exustum, fletu miscebat cinerem. Diu vero jam divina gratia eam vocante ad viam martyrii, illuminata et ad id omni ex parte ducta, descendit ad mare. Ecce autem piscatores in littore stantes, jam parantes retia, et habentes remos paratos. Quam cum illi tunc vidissent veste C virili sic indutam, non ex eo quod erat, sed ex eo potius, quod videbatur, eam vocarunt: Veni, dicentes adolescens, nobis opem laturus, ut te etiam prædæ faciamus participem. Illa autem alacri animo eis obtemperavit. Ingressa vero, piscatorum statim conturbavit oculos et animos, cum viderent eam videri quidem virum, mores autem et virginalem pulchritudinem et pudorem in ejus oculis insidere. Verum enimvero cum ad piscandum retia demisissent, cum magno labore ad terram avellerunt, perinde ac si magnum aliquod pondus in eis sentirent. Jam vero cum prope littus venissent, noctu vident, luna depellente caliginem, et comprehensam piscium multitudinem, et corpora mortua in ventre retis.

D XXXIV. Atque illi quidem visione conturbati, cum præ dolore et metu corpora excussissent, et in terra deposuissent, retibus collectis, contendebant transmittere in religionem, quæ erat ex adverso, volentes in navi secum vehere virginem. Cum autem non persuaderent, dato ei pro mercede pane et piscibus, abierunt. Illa vero cum Indæ et Illius sociorum et mortem et genus mortis, ut prius diximus, jam accepisset, accessit quidem ad corpora: diligenter autem consideravit et versavit, et deinde etiam singula accurate didicit. Postquam vero figuræ et totius corporis signa illos esse sanctos aperte significabant, ea manibus accipiens, et eis labra magno admovens de-

siderio, ardenter amplectebatur, tota ejus anima simul quoque amplectente. Cum hæc faceret, videt navem jam ferri ad ipsum littus, velo jam demisso, et solis remis sensim ad terram appellere. Accedens igitur virgo, cum nautas, ut decebat, appellasset, ostendit etiam pisces. Nauclerus autem eam illos vendere existimans, statim rogavit quanti venderet. Illa vero dixit se eos dare gratis. Cum autem ille quidem non credens, rursus meminisset pretii, illa vero staret tacens, et manum porrigeret, quæ videbatur velle gratificari : Per ipsum Christum, inquit nauclerus, quanti vendis ? Tunc ex jurejurando intelligens generosa virgo eum esse pium, nihil voluit eum celare, sed cum eum foras evocasset ad littus, ostendit ei corpora sanctorum, et adhibuit eum in societatem pulcherrimi ministerii, aperiens quorumnam essent, et narrans quemadmodum pro Christo mortui essent martyres.

A ποθεινῶς αὐτοῖς περιθεῖσα, θερμῶς ἠσπάζετο καὶ αὐτὴν ὅλην ἔχουσα τὴν ψυχὴν συνασπαζομένην, εἶθ' οὕτω καὶ δάκρυον ἡδὺ κατασπείσασα τῶν σωμάτων. Ἐν ᾧ ταῦτα ἐποίει, ὁρᾷ πλοῖον πρὸς αὐτὸν ἤδη φερόμενον τὸν αἰγιαλὸν τὴν ὀθόνην ἄρτι χαλάσαν καὶ κώπαις ἠρέμα μόναις σαλεῦον εἰς γῆν. Προσελθοῦσα γοῦν ἡ παρθένος καὶ τὸ τῶν ναυτῶν πλήρωμα προαγορεύσασα ὡς ἐχρῆν ὑποδείκνυ καὶ τοὺς ἰχθῦς. Ὁ δὲ ναύκληρος πωλεῖν αὐτὴν οἰηθεὶς ἐπυνθάνετο πραχρῆμα πόσου ἂν πρίαιτο. Ἡ δὲ προῖκα ἔλεγε καὶ πρὸς χάριν διδόναι. Ὡς δὲ ἐκεῖνος μὲν ἀπιστῶν ἐμέμνητο καὶ αὖθις τιμῆς, ἡ δὲ σιωπῶσα εἱστήκει, καὶ χεῖρα προέτεινε χαρίζεσθαι ἐοικυῖαν, Πρὸς αὐτοῦ, ὁ ναύκληρος, τοῦ Χριστοῦ, πόσον, ἔφη, πωλεῖς ; Τότε τῷ ὅρκῳ ἡ γενναία εὐσεβῆ εἶνοι τὸν ἄνδρα B μαθοῦσα, οὐδὲν ἠβούλετο κρύπτειν, ἀλλ' ἔξω πρὸ τὸν αἰγιαλὸν ἐκκαλεσαμένη ἐδείκνυ τε τὰ σώματα τῶν ἁγίων, καὶ κοινωνὸν ἐποιεῖτο τῆς περὶ αὐτὰ καλλίστης ὑπηρεσίας, ὧν τε εἴη διασαφήσασα, καὶ ὅπως ὑπὲρ Χριστοῦ θάνοιεν οἱ μάρτυρες ἐξηγησαμένη.

XXXV.Nauclerus autem cum hæc audiisset,novas sindonas, et vestes candidas, unguentaque et suffitus e navi statim attulit, et in eis deponendis laboravit. Domna vero cum ils quas habebat,aquis mundis,et lacrymis prius lavasset corpora et cum nauclero honorifice et cum omni reverentia ea composuisset,et ea deinde communiter portassent ad murum civitatis, qui est proximus torrenti, ad portam civitatis, ubi etiam Dorotheus cum suis finem vitæ acceperat, illic ea in fossa posuerunt. Atque nauclerus quidem virginem, ut qui judicasset eam esse fratrem ejusdem,cujus ipse in Christo sententiæ (eam enim adhuc virum esse putabat), rogavit ut secum esset, et toto vitæ tempore nunquam ab eo discederet. Illa vero non admisit, sed eum quidem rogavit ut cœptum iter persequeretur, se autem dixit mansuram : Quoniam, inquit, prope est vitæ finis.Quare nec meum corpus ab his corporibus, nec animam omnino decet ab his animis sejungi. Cum illic ergo remansisset, indivulsa adhærebat reliquiis,aromatibus et suffitibus eis honorem exhibens, nauclero satis pecuniæ suppeditante ad ea comparanda.

ΛΕ'. Ὁ ναύκληρος οὖν ἀκούσας σινδόνας καινὰς καὶ στολὰς λευκὰς μύρα τε αὖθις καὶ θυμιάματα τῷ πλοίου εὐθὺς ἐξῆγε, καὶ διεπονεῖτο πρὸς τὴν κατάθεσιν. Δόμνα δὲ οἷς εἶχεν ὕδασι καθαροῖς τὰ σώματα καὶ πολλῷ πρότερον τοῖς δάκρυσι πλύνασα, καὶ σὺν τῷ ναυκλήρῳ αἰδοῖ πάσῃ τιμίως αὐτὰ περιστείλασα, εἶτα καὶ κοινῇ ταῦτα διαβαστάσαντες παρὰ τῷ τῆς πόλεως τείχει ἐχόμενα τοῦ χειμάρρου πρὸς τῇ πύλῃ τῇ παρὰ θάλασσαν, οὗ δὴ οἱ περὶ τὸν Δωρόθεον τὸ τέλος ἐδέξαντο, ἐκεῖσε ταῦτα κατορύξαντες ἔθηκαν. C Ὁ μέντοι ναύκληρος τὴν παρθένον, ἅτε ὁμόδοξον ἀδελφὸν εἶναι κρίνας κατὰ Χριστὸν (ἄνδρα γὰρ εἶναι ἔτι ᾤετο), ἐδεῖτο συνεῖναι, καὶ μηδαμῶς ἀποστῆναι τούτου παρ' ὅλην αὐτοῦ τὴν ζωήν. Ἡ δὲ οὐκ ἠνέσχετο, ἀλλ' ἠξίου αὐτὸν μὲν ὁδοῦ ἔχεσθαι, ἐκείνην δὲ παραμένειν εἰποῦσα, ὅτι Τό γε τῆς ἐμῆς ζωῆς τέλος ἐγγύς. Ὅθεν οὔτε σῶμα τὸ ἐμὸν τῶν σωμάτων τούτων οὔτε τῶν ψυχῶν ὅλως ἀποστῆναι δεῖ τὴν ψυχήν. Ἐκεῖσε τοιγαροῦν ὑπομείνασα ἀδιασπάστως εἶχε τῶν λειψάνων, ἀσπαζομένη, προσευχομένη, ἀρώμασί τε καὶ θυμιάμασι τὴν πρὸς αὐτὰ δεικνῦσα τιμήν, προσκαταβαλομένου καὶ τοῦ ναυκλήρου πρὸς τὴν χορηγίαν τούτων ἱκανὰ χρήματα.

XXXVI. Fieri autem non poterat, ut eos qui erant in tenebris,lateret opus lucis ; neque martyrii, quo Domna tenebatur, desiderium videretur D imperfectum. Quamobrem deferuntur hæc ad Maximianum,qui cum intellexisset,quod illa sanctorum tanto amore capta esset, magnum edens cachinnum, qui multo risu, vel plurimis potius lacrymis erat dignus, Par est, inquit, ut ea quoque parem illis mortem subeat, et sic reipsa discat, quod hominibus nihil post mortem amplius habentibus illa frustra tantos honores exhibet. Dixit, et statim misit, qui eam interficerent. Quam cum etiam comprehendissent in loco orantem, caput ense amputant, idque igni tradunt. Et paulo post adjungitur sapiens quoque Anthimus, qui doctri-

ΛϚ'. Οὐκ ἦν δὲ πάντως τοὺς ἐν σκότει καθεζομένους τὸ τοῦ φωτὸς ἔργον διαλαθεῖν, μηδὲ τὴν περὶ τὸ μαρτύριον Δόμνας ἐπιθυμίαν ἀτελῆ ὀφθῆναι. Ὅθεν καὶ δῆλα ταῦτα Μαξιμιανῷ γίνεται, καὶ μαθὼν ὡς οὕτως ἐκείνη τῶν ἁγίων ἐρωτικῶς περιέχεται, μέγα ἀνακαγχάσας, ὁ πολλοῦ γέλωτος ἢ μυρίων μᾶλλον δακρύων ἄξιος, Προσῆκόν ἐστιν, εἶπε, καὶ ταύτην τὸν ἴσον ἐκείνοις θάνατον ὑποσχεῖν καὶ οὕτως ἔργῳ μαθεῖν ὅτι μάτην ἀνθρώποις οὐδὲν πλέον μετὰ θάνατον ἔχουσι τοσαύτας ἐκείνη προσφέρει τιμάς. Εἶπε, καὶ τοὺς ἀποκτενοῦντας ἐξ αὐτῆς ἔπεμπεν. Ἣν δὲ προσευχομένην ἐκεῖνοι παρ' αὐτῷ δὴ τῷ τόπῳ καταλαβόντες, ξίφει τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνουσι, καὶ τὸ σῶμα παραδιδοῦσι πυρί. Προστίθεται ταύτῃ μικρὰ βραχὺ καὶ Ἄνθιμος ὁ σοφὸς, πολλοὺς πρότερον

ἐκεῖνος διδαχαῖς τε καὶ παραινέσεσι μάρτυρας προσ- A nis et monitis multos prius Christo martyres obtu-
ενεγκὼν τῷ Χριστῷ. Διὰ γὰρ τὸν πολὺν ἐκείνου περὶ lerat. Nam propter illius zelum ad pietatem, valde
τὴν εὐσέβειαν ζῆλον οὐχ ἥκιστα Μαξιμιανὸς διαπο- vexatus Maximianus, iraque et furore animo ple-
νηθείς, ὀργῆς τε καὶ μανίας πληρωθείς, τὴν ψυχὴν nus, multis quidem tormentis eum prius conatur
βασάνοις μὲν πολλαῖς αὐτοῦ πρότερον ἀποπειρᾶται omnino abducere a confessione. Cum autem ille
ἀποστῆσαι πάντως τῆς ὁμολογίας οἰόμενος· ὡς δὲ puniens esset defessus, ense mortem affert athletæ.
ἀπεπτε μᾶλλον κολάζων αὐτὸς τὸν διὰ ξίφους ἐπάγει Licet vero in manus sumendo ejus historiam,
τῷ ἀθλητῇ θάνατον. Ἔξεστι δὲ καὶ τὴν κατ' αὐτὸν omnia ad verbum percurrere.
ἱστορίαν μεταχειρίσαντας πρὸς λέξιν ἅπαντα διελθεῖν.

ΛΖ'. Τούτοις ἡ Νικομήδους ὥσπερ τισὶν ἄστρασι XXXVII. His veluti quibusdam astris Nicomedia
μέγα τι καὶ χάριεν καὶ ἡδὺ λάμπουσιν ἐλλαμπρύνε- magnum jucundumque et gratum emittit splendo-
ται, καὶ αὐτοῖς μᾶλλον ἐγκαλλωπίζεται ἢ χρυσῷ καὶ rem, et majus ex eis ornamentum accipit, quam ex
λίθοις καὶ μαργάροις διαυγείαις τε καὶ κομψότησιν, auro, et gemmis, et ex margaritarum nitoribus ac
εἰς χιλιάδας μὲν εἴκοσι τελοῦσι τὸν ἀριθμὸν, ἐπιφα- splendoribus ; qui sunt quidem numero viginti
νῶς δὲ καὶ πλήθει καὶ κάλλει τῷ μαρτυρικῷ χορῷ millia; sunt autem in choro martyrum multitudine
διαπρέπουσι, ὧν ἡ μνήμη μετὰ μίαν τελεῖται τῶν B et pulchritudine insignes. Quorum peragitur me-
τοῦ Χριστοῦ γενεθλίων ἄλλη πρὸ τῶν νηπίων ἑορτὴ, moria uno die post Christi Natalem, ante festum
ὥσπερ ἐκείνων διὰ ξίφους, οὕτως αὐτῶν διὰ πυρὸς Infantium, ut qui, quomodo illi ense, ita etiam ipsi
Θεῷ τῷ σαρκωθέντι προσενεχθέντων, οἷς καὶ ὁ θαυ- igne Deo, qui carnem induit, sunt oblati. Quibus
μαστὸς προσετέθη Γλυκέριος, Ζήνων τε ὁ ἱερὸς καὶ etiam accessit admirabilis Glycerius, et sacrosan-
Θεόφιλος, ἔτι δὲ σὺν Μαρδονίῳ Δωρόθεος οἱ μακά- ctus Zeno, et Theophilus : præterea autem cum
ριοι, Ἰνδῆς τε καὶ Πέτρος σύναμα τῷ Μυγδονίῳ, καὶ Mardonio Dorothees, et beati Indes et Petrus simul
αἱ τρεῖς παρθένοι Ἀγάπη, φημὶ, καὶ Θεοφίλα καὶ cum Mygdonio, et tres virgines, Agape, inquam,
Δόμνα ἡ πάντα περικαλὴς καὶ ἀοίδιμος εἰς δόξαν et Theophila, et Domna, quæ erat longe pulcher-
Χριστοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ᾧ πρέπει πᾶσα τιμὴ rima, et maxime veneranda, ad gloriam Christi
καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν veri Dei nostri, quem decet omnis gloria, honor
αἰώνων. Ἀμήν. et adoratio, nunc et in sæcula sæculorum. Amen.

SUPPLEMENTUM.

Ut fidem liberemus quam tomo superiori, col. 1031, dedimus, corodinis vice subnectimus Acta celeberrimi apud Græcos martyris Demetrii, Cornelii Byei, socii Bollandiani, commentariis illustrata. EDIT.

DE S. DEMETRIO MARTYRE

THESSALONICÆ IN MACEDONIA

(ANNO CIRCITER CCCVI)

CORNELII BYEI COMMENTARIUS PRÆVIUS.

(Acta SS. Bolland, ad diem 8 Octobris, tom. IV.)

§ I. *Multiplicia, quæ de S. Demetrio reperiuntur scripta, præcipue Græca, recensentur.*

1. Sanctum hunc martyrem, quem μεγαλομάρτυρα, id est, *magnum martyrem*, vocant, pluribusque honorificentissimis titulis, infra suo loco memorandis, Græci passim condecorant, fuisse apud hosce insigni plane tum veneratione, tum nominis celebritate gravisum, vel sola multiplicia, quæ in bibliothecarum forulis hodieque reperiuntur, partimque etiam ad manus nostras pervenere, antiqua diversi generis scripta Græce, sermones videlicet aliaque opuscula, quibus vel ipsemet S. Demetrius celebratur, vel martyrium, quod subiit, exponitur, C vel denique miracula, quæ magno numero patravit, narrantur, satis superque ostendunt. Ut id palam fiat, utque simul, quæ ac qualia hodieque de Sancto monumenta litteraria supersunt, ab ipso statim commentarii, in quo non pauca ex his aut expendenda aut usui saltem utcunque erunt, initio studiosum lectorem edoceam, scripta illa omnia ac singula, quorum acquirere qualemcunque notitiam quivi, § præsenti recenseo, sequenti deinde, quænam ex his edenda sint, expositurus, additurusque etiam, quæ vel aperte prodant, aut saltem collectu pronum efficiant, quanta quæque ac maxime ea quæ typis subjicienda dicam, polleant seu fide seu auctoritate. Ab opusculis seu lucubratio-

nibus, quibus vel Sanctus ipse vel miracula quæ patravit, celebrantur, duco initium.

2. Leo Allatius *De Simeonum scriptis* tales decem diversas, quarum prima Philotheum patriarcham Constantinopolitanum, secunda Demetriam Chrysoloram, tertia, quarta et aeptima Leonem imperatorem, cognomento Sapientem, quinta anonymum, sexta Joannem Stauracium chartophylacem Thessalonicensem, octava Joannem Thessalonicensem episcopum, nona Gregorium diaconum, ac decima denique Nicolaum Cabasilam habeat auctorem, pagg. 85, 94, 96, 97, 102, 103, 105 et 107 recenset. Fabricius in *Bibliotheca Græca* hisce præterea, ibidem etiam a sese tom. VI, pag, 521 et seq., et tom. IX, pag. 71 et seq. enumeratis, alias quatuor generis ejusdem lucubrationes, quarum prima a Gregorio Palama, archiepiscopo Thessalonicensi, secunda a Niceta, archiepiscopo itidem Thessalonicensi, tertiaque et quarta ab anonymis fuerit concinnata, posteriori e binis proxime dictis tomis pag. itidem proxime cit. et seq. adjungit. Ac apprime quidem Leonem Allatium inter et Fabricium in lucubrationum, quas ambo recensent, auctoribus assignandis convenit ; verum tum quæ incipit Μαριανός τις ἀνὴρ τῶν ἐν γένει, postremarum quatuor, quas solus Fabricius recenset, lucubrationem tertia, tum quæ incipit, Καιρὸς δὲ λοιπόν, decem priorum, quas et hic et Allatius commemorant, lucubrationum quinta auctori anonymo perperam ascribitur: inceptæ enim hisce verbis, Παντὸς ἔργου τε καί λόγου, earumdem decem lucubrationum octavæ, quæ Joannem Thessalonicem habet auctorem, partem duntaxat utraque constituit.

3. Adhæc erit fortassis, cui, an inchoata hisce verbis, Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, earumdem etiam decem priorum lucubrationum tertia, quam ambo scriptores laudati Leoni Sapienti imperatori attribuunt, vere etiam hunc habeat auctorem, dubium efficiet ms. 1517, qui in bibliothecæ Regiæ Parisiensis codicum mss. tomo II, anno 1740 typis vulgato, occurrit, totusque de sancto Demetrio est, membranaceus sæculi, ut apparet, XII codex, seu potius lucubrationum, quæ in hoc, olim Mazarinæo, continentur, elenchus ibidem suppeditatus; hic enim sic habet: «Quo (codice nempe membranaceo Græco, olim Mazarinæo,) continenter 1 Demetrii martyrium. Incipit : Μαξιμιανὸς, ὁ καί Ἐρκούλιος. 2. Ejusdem Vita et miracula, auctore Joanne archiepiscopo Thessalonicensi. 3. Ejusdem Joannis Homilia, cum ædes in regia sancto Demetrio fuit sacrata. Incipit: Ἔφη ὁ σωτηριος λόγος. 4. Miraculorum a sancto Demetrio patratorum historia. Incipit : Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν τοῦ μεγαλομάρτυρος. 5. Joannis, Thessalonicensis episcopi, Homilia in laudem sancti Demetrii. Incipit: Μνήμην δικαίου (imo δικαίων) μετ' ἐγκωμίων. 6. Josephi, Thessalonicensis archiepiscopi, Homilia in laudem Demetrii inedita. Incipit Φαιδρὰ μὲν οὖν ἡ πανήγυρις. Finis desideratur ; » ista autem dicta, quæ ab hisce verbis, Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, incipit, atque ab Allatio et Fabricio Leoni imperatori ascribitur. lucubratio Joanni Thessalonicensi archiepiscopo diserte hic attribuitur.

4. Verum in allato elencho non unum duntaxat erratum cubat; ac primo quidem lucubratio, quæ in hoc Sancti martyrium proxime excipit, secundoque loco memorata, alia non est, quam e decem supra recensitis lucubrationibus prioribus octava, vitam sancti Demetrii una cum ejusdem miraculis, uti in elencho indicatur, non complectitur, sed una cum hisce, quemadmodum præfatum codicem, olim Mazarinæum, nunc regium, evolvendo didici, panegyricam duntaxat, quæ præfationis quodammodo, miraculis præmissæ, locum tenet, orationem, in Dei et sancti Demetrii, nullis prorsus, quæ ad hujus vitam martyriumve spectent, particularibus seu factis seu adjunctis in medium adductis, elogium contextam ; deinde autem eadem lucubratio, quæ sequentem hunc titulum, Του ἁγίου Ἰωάννου ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης ὕμνος εἰς Θεὸν καί τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον Δημήτριον ἐν μερικῇ διηγήσει τῶν θαυμάτων, « Sancti Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, in Deum et gloriosissimum victorem Dometrium cum particulari miraculorum narratione laudatio, » in capite præfert, totum prorsus spatium, in laudato codice olim Mazarinæo, e quo subinde folium unum alterumve, paginarum tamen, quod has non prius, quas factum id esset, notari contigerit, serie non interrupta, est excisum, inter inceptum abs hisce verbis, Μαξιμιανὸς ὁ καὶ Ἐρκούλιος, sancti Demetrii martyrium et homiliam, tertio loco in adducto elencho memoratam, intercedens, atque a pag. 12 usque ad pag. 206 excurrens, certissime, contra ac dictus elenchus exigit, non occupat, seu, quod eodem recidit, sese usque ad homiliam illam non extendit.

5. Etenim, uti ipsum, de quo hic, codicem inspicienti patescet, a pag. 135, qua terminatur, usque ad pag. 206 sibi adhuc duo alia, quorum alterum, titulo simul et nomine auctoris in capite destitutum, sex diversa sancti Demetrii miracula a pag. 135 usque ad 205 exponit, alterum, titulo non tantum et nomine auctoris destitutum, sed et, quod quampiam ad sancti Demetrii festum cum spirituali potius, quam corporali gaudio celebrandum hortationem a pag. 205 usque ad pag. 206 complectitur. opuscula habet subjecta, ac tum demum sequitur, de cujus auctore hic disputamus, homilia. Jam vero, cum id ita habeat, hæcque titulum sequentem, Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία, ὅτε τῷ ἀοιδίμῳ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστῇ, καὶ τὰ οὐράνια περιπολοῦντι ἀνάκτορα Δημητρίῳ ὁ οἶκος ἐν τοῖς βασιλείοις ἀνερρώθη, « Ejusdem homilia, quando celebri, cœlestemque aulam tenenti pietatis pugili Demetrio ædes in regia fuit consecrata, » sibi habeat præfixum, non fuit sane, cur, qui opusculorum, in me-

morato codice ms. de sancto Demetrio contentorum, elenchum digessit, lucubratiuncula istam, quæ a pag. 206 usque ad pag. 208 duntaxat excurrit, Joanni Thessalonicensi archiepiscopo ascriberet. Imo vero, cum eadem lucubratiuncula, uti ex jam dato, quem præfert, titulo liquet, ab eodem auctore, a quo, quod proxime ei præmittitur, opusculum, indubie sit contexta, nihilque omnino obstet, quominus hoc, utpote auctoris nomine ex dictis in codice præfato destitutum, Leoni Sapienti attribuatur, mihi sane, ab illustri hoc scriptore, cui ab Allatio et Fabricio ascribitur, fuisse etiam illam adornatam, verosimillimum, ne dicam, indubium apparet, ut adeo in elencho, sæpius jam memorato, Joannis, archiepiscopi Thessalonicensis, nomine perperam sit signata.

6. Verum etsi id ita sit, in eodem equidem elencho, quæ alteram, ab his verbis, "Αλλοι μὲν ἄλλα, inceptam atque a pag. 208 usque ad pag. 226 protensam, auctoris anonymi de sancti Demetrii miraculis lucubrationem proxime excipit, homiliaseu potius, prout in titulo, quem præfert, inscribitur, contextum in sancti Demetrii laudem, quod a pag. 226 usque ad pag. 247 versam excurrit, encomium Joanni, Thessalonicensi archiepiscopo, recte ascribitur, uti et Josepho, Thessalonicensi itidem archiepiscopo, aliud Sancti encomium, quod encomio mox dicto proxime subjungitur, quodque, fine existens mutilum, a pag. 247 versa usque ad pag. versam 253, codicis sæpissime jam laudati, e quo aliquot hic folia excisa sunt, ultimam duntaxat extenditur. Atque ita simul ex eodem hoc codice tres præterea alias, quæ vel ipsummet Sanctum vel patratu ab eo miracula celebrant, atque hic recensendæ adhuc restabant, lucubrationes supra enumeratis addendas habemus. Proximum est, ut opuscula, quibus sancti Demetrii seu vita seu martyrium exponitur, modo etiam recenseamus. Allatius *De Simeonum scriptis* duo diversa, quorum tam unum, quam aliud, sancti Demetrii inscribit martyrium, pag. 123 et pag. 126 recenset. Primum, quod inter sanctorum Vitas, a Metaphraste non conscriptas, refert, hæc verba, "Οτε Μαξιμῖνος ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Θεσσαλονικέων διῆγε πόλει, secundum autem, quod Actis seu Vitis, a Metaphraste contextis, accenset, sequentia isthæc, Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἐρκούλιος, pro initio habet.

7. Atque hanc quidem posteriorem lucubrationem, quæ, a Lipomano in linguam Latinam primum conversa, sexto Vitarum, Latinitate ab eo donatarum, tomo ad 26 Octobris diem sancto Demetrio apud Græcos sacrum, fuit inserta, Surius deinde in Vitarum, quam compilavit, collectionem, nulla omnino in Lipomani interpretationem mutatione invecta, ad 8 Octobris diem, eidem Sancto apud Latinos dicatum, intulit, denuoque ad Medicæum bibliothecæ Christianissimi regis Græcum exemplar recensitam Græce simul et Latine opusculo separato, cujus unum penes me exstat exemplar, Bollandus noster, Laurentio Coccho rogante sumptusqu subministrante, anno 1635 typis Meursianis excudendam curavit; quod autem ad priorum spectat, hanc esse puto illam ipsam, quæ latinitate ab Anastasio Bibliothecario donata pluribusque libris mss. aliisque deinde inserta hisce inchoatur verbis: «Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate.» Ea sedet sententia, quod sic unum idemque utriusque sit initium. Nec refert, quod Græce apud Allatium Μαξιμῖνος, Latine apud Anastasium *Maximianus* scribatur. Præterquam enim quod Græce Μαξιμῖνος pro Μαξιμιανὸς, vel contra, non raro scriptum inveniatur, Fabricius *Bibliothecæ Græcæ* tom. IX, pag. 72, laudat in bibliotheca Coisliniana exstans ms. Vitæ seu Passionis sancti Demetrii, Latine per Anastasium Bibliothecarium redditæ, Græcum exemplar, in quo non Μαξιμῖνος, sed Μαξιμιανὸς effertur. Nec aliter hoc nomen exaratur in Græca, quæ et in substantia et in adjunctis fere omnibus cum lucubratione Anastasiana, verbis licet ab hac multum diversa, apprime congruit, Demetrii Passione alia, a Photio in bibliotheca codice 255 exhibita. Adhæc in omnibus prorsus Latinis, quæ quidem videre mihi licuit, Vitæ per Anastasium versæ exemplaribus Maximianus, non Maximinus, scribitur.

8. Sed de re hac jam satis. Præter duas seu potius tres, ea scilicet, quam a Photio exhiberi mox monui, annumerata, Græcas sancti Vitas seu Passiones altera adhuc Græca itidem inchoata hisce verbis, Μαξιμιανὸς ὁ καὶ Ἐρκούλιος ὑποτάξας Γότθους, bibliothecæ Græcæ tom. IX a Fabricio, qui ibidem duas priores ex Allatio jam memoratas etiam recenset, pag. 72 laudatur, integraque eadem in codice olim Mazarinæo, sæpius supra citato, a pag. 1 usque ad pag. 10 versam exhibetur, uti et in codice nostro signato ✠ ms. 193 a pag. 38 usque ad pag. 42. Cæterum ut contractiora Sancti elogia, in commentarii duntaxat decursu, si quid notatu dignum contineant, vel transcribenda vel saltem commemoranda, brevitatis ergo præteream, Græcis Demetrii Vitis jam enumeratis addenda adhuc est prolixior Vita Latina seu potius Vitæ Græcæ, quam priori, alteriusque, quam posteriori loco recensui, paraphrasis, in sanctorum Poloniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Moraviæ, Prussiæ et Silesiæ patronorum Legendam, a Joanne Longino, alias Duglossio, anno circiter 1470, uti ms. adnotatio ei præfixa docet, concinnatam, Cracoviæque anno demum 1511 excusam, illata, atque a Pelbarto Temeswariensi, qui sæculo quinto decimo senescente in ordine Minorum floruit, in Sermonum de sanctis Pomerio part. II, sermone 79 compendio exhibita. Atque ita scripta, quæ de sancto Demetrio tractant, hicque recensere statueram, jam recensui; quam autem quæque fidem mereantur, simulque, quæ ex iisdem edenda sint, § sequenti, a Vitis seu Passionibus ducto initio, exponam.

§ II. *Quænam e scriptis, § præcedenti recensitis, edenda sint, et qua fide auctoritateve quæque valeant.*

9. Lucubratio, § præcedenti postremo recensita, est sane, quod ab auctore duntaxat recentiore, sive is interim Duglossius ipsemet sit, sive, quod verosimilius reor, alius ab hoc distinctus, primitus conscripta sit, variisque, quæ alibi non reperias, adjunctis, seu potius, quæ in nullo prorsus monumento satis antiquo fundantur, commentis ornata, sublestæ admodum fidei, proptereaque, etsi quidem subinde, maxime cum confutanda subministrabit, in hoc commentario citanda partimque etiam describenda erit, typis tamen integra recudi non meretur, reque etiam ipsa non recudetur. Quod autem ad Vitas seu Passiones Græcas jam spectat, quæ Metaphrasti ab Allatio loco supra cit. ascribitur, reque etiam ipsa scriptoris illius fetus est, ab omnibus prorsus artis criticæ peritis exiguo in pretio modo habetur, eique tum illa, quæ e lingua Græca in Latinam ab Anastasio Bibliothecario fuit conversa, tum altera, quæ a Photio in Bibliotheca cod. cit. suppeditatur, longissime præfertur, et sane non immerito : præterquam enim quod, quæ fidei Christianæ sanctitati, uti infra de hoc argumento disputanda luculenter evincent, omnino adversantur, sancto Demetrio et juveni cuidam, nomine Nestori, quem etiam velut martyrem proponit, attribuat, prodigia etiam complectitur, quæ, quamvis quidem eo solo ex capite, quod prodigia sint, haud merito rejicias, fidem tamen, nisi ex auctoribus monumentisve aut æqualibus aut subæqualibus, quod quantum ad narrata in Metaphrastica, de qua hic, Sancti Vita seu Passione certe locum non habet, memoriæ prodita haustave esse noscantur, apud criticos, minus etiam severos, haud facile inveniunt ; ut enimvero Metaphrasticæ Sancti Passioni seu Actis facta improbabilia esse immista, Tillemontius, tom. V *Monumentorum*, pag. 149 recte pronuntiat. Verum anne hæc pro commentis, quæ sæculo decimo primum vel ab ipso Metaphraste vel a scriptore altero, hunc prægresso, fuerint conficta, recte etiam idem auctor habet ?

10. Res enimvero secus habere mihi videtur. Quod enim nominatim ad Metaphrastem pertinet, nova hic prodigia, adjunctave vero absimilia, ut majores nostri experientia jam dudum didicere, nosque ipsi eadem magistra quotidie discimus, in sanctorum Acta, quæ stylo suo expolivit, non intulit, sed tantum, quæ ab aliis in litteras jam missa invenit, transcripsit ac adoptavit ; ut autem, unde etiam, a nullo alio sæculi decimi scriptore improbabilia illa, quæ in Metaphrastica Sancti Vita occurrunt, facta fuisse conficta, apparet, jam afferam, Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, qui, quemadmodum infra docebo, sæculo septimo floruit, in supra memorata panegyrica, quam scriptis a se sancti Demetrii miraculis præfationis in modum præmittit, oratione pag. 17 (codicis scilicet olim Mazarinæi sæpius jam laudati) ita loquitur : Ἀλλὰ τὸ μὲν μνησθῆναι πάντων τῶν θαυμασίων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησεν, οὐκ εὔκολον, ὅτι καὶ ἀδύνατον. Ἴστε γὰρ τὸ γεγραμμένον ἐν τῷ Ἰμνῳ τῆς παμμακαρίστου αὐτοῦ ἀθλήσεως, ὡς ἐκ τῶν λόγων, οὐ μικρῶν δυνάμεων, συνθημάτων, ἰάσεών τε καὶ χαρισμάτων περιδοήτου γεγενημένης τῆς ἐνεργείας τοῦ μάρτυρος. Οὐκ ἐκεῖνα γοῦν τὰ παμπληθῆ καὶ παλαιότερα διηγεῖσθαι προῄρημαι · quæ verba Latine sic sonant : « Sed miraculorum omnium, quæ ipse (sanctus scilicet Demetrius) fecit, meminisse, haud facile, quia et impossibile. Scitis enim, utpote virtutum haud mediocrium, signorum, sanationumque et gratiarum martyris efficacia celebri e sermonibus effecta, in beatissimi ejusdem Passionis laudatione scriptum quid sit. Non illa itaque permulta ac antiquiora narrare proposui.

11. Fuit ergo, uti ex hoc textu apparet, jam inde a Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, ætate seu sæculo septimo lucubratio, qua non pauca sancti Demetrii patrocinio patrata miracula recensebantur. Quid si autem hæc fuerit illa ipsa, cujus initium est Μαξιμιανὸς ὁ καὶ Ἐρκούλιος ὑποτάξας Γότθους, Græca sancti Demetrii Vita seu Passio, supra memorata atque ab anonymo conscripta ? Id sane mihi vero haud apparet prorsus absimile. Isthæc enim seu Vita seu Passio non pauca etiam miracula complectitur. Adhæc quibus verbis in textu, jam nunc dato, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, de miraculorum a sancto Demetrio patratorum celebritate loquitur, fere etiam iisdem de hac sermonem in illa fit, ut Joanni, Thessalonicensi archiepiscopo, præluxisse videatur. Ipsa, quæ huc faciunt, Vitæ ejusdem seu Passionis verba, ut, facta horum cum recitatis Joannis Thessalonicensis verbis collatione, de re judicare studiosus lector queat, huc etiam, Latina interpretatione adjuncta, transcribo. Sic habent : Σημείων τε πολλῶν καὶ ἰάσεων γενομένων ἐν τῷ τόπῳ, καὶ θείων χαρισμάτων φοιτώντων τοῖς πίστει προσερχομένοις ἐν αὐτῷ, . . . περιδοήτου δὲ πάσης Μακεδονίας καὶ Θετταλίας γενομένης τῆς τοῦ μάρτυρος θαλματουργοῦ ἐνεργείας . . . Λεόντιος . . . τὶς ἀνὴρ . . . νόσῳ ἀνιάτῳ ληφθείς . . . εὐθέως τῆς ὑγιείας ἐπέτυχεν. « Postquam multis in loco (quo scilicet Sanctus terræ fuerat mandatus) signisque et sanationibus factis, iisque, qui cum fide ad illum accedebant, gratiis divinis frequentissime collatis, ... martyris, miracula facientis, efficacia per omnem Macedoniam, ac Thessaliam celebris esset effecta.... Leontius... vir quidam.... morbo immedicabili correptus... sanitatem statim (positus mirum supra Sancti tumulum) obtinuit. » Ubi Græca hæc verba, περιδοήτου . . . . γενομένης τῆς τοῦ μάρτυρος θαυματουργοῦ ἐνεργείας, notanda præcipue sunt, conferendaque cum supra recitatis, quibus respondent, Græcis itidem Joannis Thessalonicensis verbis.

12. Quod si autem, collatione hac facta, antistiti

huic præfatam,de qua hic, anonymi lucubrationem præluxisse nondum existimes, erit equidem adhuc,cur ex hac Metaphrasticam Sancti Vitam promanasse appareat. Cum enim omnia, si unum tamen, de quo mox, exceperis, tum prodigia, tum facta,utcunque notatu digne, quæ in Metaphrastis Opusculo, pariter in anonymi lucubratione occurrant, quin vel hæc ex illo, vel illud ex hac promanarit, ambigendum vix est ; postremum autem astruendum videtur,uti jam nunc dicenda ostendent. Leontius quidam, Illyrici præfectus, cum ab apparente sancto Demetrio ad fiduciam animatus fuisset, commotum procellosa tempestate, alveoque suo egressum Danubium, «fluento tacite recedente, et cedente nutibus, qui non cadunt sub aspectum, » curru innexius trajecisse in Metaphrastica Sancti Vita sub finem narratur; in altera autem, ab anonymo contexta, etsi quidem oblata Leontio sancti Demetrii apparitio in fine memoretur,nulla tamen omnino fluenti,quod tacite recesserit,nutibusque, qui sub aspectum non cadunt, cesserit, mentio fit a scriptionis istius auctore, qui tamen, utpote narrandis prodigiis admodum addictus,nullumque prorsus ex aliis, a Metaphraste relatis, omittens, insigne illud maximeque memorandum prodigium, si scriptoris hujus lucubrationem præ oculis habuisset,suamque ex ea contexuisset,commemorare haud prætermisisset. Nec est,quod reponas, miraculum saltem in Istri per Leontium trajectu factum fuisse, ab anonymo indicari : etsi enim id ita sit, nec hinc tamen quidquam habetur, unde utcunque,quod tamen foret necessum, anonymo Metaphrastem, non huic illum, lucubratione sua præluxisse, concludas.

13. Ut res manifesta evadat,quidquid, quod huc facit, anonymus suppeditat, Latine hic exhibeo. Postquam itaque, Danubium, dum ad hunc Leontius accessit, alveo suo ita, ut nec navibus trajici posset, fuisse egressum, Leontioque nihilominus ut eum citra hæsitationem trajiceret,sanctum Demetrium, in somnis ei apparentem, imperasse, narravit,mox de Leontio subjungit : «Mane itaque, conscenso curru, venerandam (qua scilicet sacræ sancti Demetrii reliquiæ continebantur) lipsanothecam manibus tenens flumen innoxius transivit; » quibus sane verbis,determinatum,quod Metaphrastes refert, miraculum, etsi interim hoc ex illis verosimillime is scriptor eruerit,in Istri per Leontium trajectu factum fuisse, neutiquam indicatur. Quid si enim Leontius, aquis quidem non, ut Israelitis,mare Rabrum transeuntibus,evenit, a dextra lævaque recedentibus, sed tantum, ut Christo et Petro apud Matthæum, cap. XIV, factum, non subsidentibus, Danubium innoxius trajecerit? Enimvero etiam vel si factum fuerit miraculum plane insigne, nec aliud forte indicatum voluerit anonymus. Verum demus etiam tantisper, illud ipsum, quod Metaphrastes narrat, miraculum verbis recitatis indicari ab anonymo,illud equidem hic scriptor, utpote reliqua omnia a Metaphraste relata miracula dilucide exponens,non subobscure duntaxat, si hunc sibi prælucentem habuisset, indicasset, sed dilucide pariter,non secus ac ille, exposuisset ; cum autem id certe haud faciat, non utique anonymus Metaphrastem, sed hic illum, ut jam dixi, prælucentem habuerit, ex eoque liberiori interpretatione intellecto determinatum,quo Leontium trajecisse Istrum refert, miraculum astruxerit.

14. Atque ita etiam ex jam dictis consequitur, ut sane Metaphrastes, quæ in concinnata a se Sancti vita refert,tum prodigia,tum facta improbabilia ipsemet haud confinxerit, sed ex præfato anonymo, qui eadem omnia,si unum tamen jam memoratum exceperis, in contextis a se Demetrii Actis recenset,verosimillime acceperit. Verum cum id ita sit, num ergo a posteriore hoc scriptore prodigia illa omnia factaque improbabilia primum fuere conficta? Antequam quid de re hac censeam edicam, nonnulla de Sancti supra memorata Græca seu Vita seu Passione, in linguam Latinam ab Anastasio Bibliothecario conversa, præmittenda adhuc sunt. Hanc, quæ paululum contracta apud Vincentium Bellovacensem *Speculi historialis* lib. XII, cap. 158, et apud Mombritium tom. I *Vitarum* jam exstabat,integram tandem cum Prologo ab Anastasio ei præmisso, miraculisque ad calcem adjectis, in *Veterum Analectorum* tom. I Mabillonius intulit, eamdemque etiam ms., qui ad Cornelium Duyn olim spectavit, ac † ms. 84 signatur, codex noster exhibet,uti et duo, quorum alterum e Rubeæ-Vallis, alterum e Trevirensi sancti Maximini codice notatur desumptum, in collectaneis nostris exstantia mss.,ita tamen ut horum postremum careat simul et miraculis,et Anastasii Prologo seu dedicatione, Carolo imperatori facta, quibus etiam, si miraculum, quod de Mariano est, exceperis, suppeditata a Bellovacensi et Mombritio compendia destituuntur.

15. Porro Anastasius Bibliothecarius, de quo Mabillonius *Veterum Analectorum* tomo I præfato, pag. 96, videri etiam potest,dictam Sancti Vitam seu Passionem, latinitate a se donatam, ad Carolum imperatorem, uti Prologus eidem Vitæ præfixus fidem facit, transmisit; quare, cum hic alius, quam ille ipse,cui idem Anastasius (adi ad annum 876, num. 12,Pagium in *Criticis*) Latine a se redditam sancti Dionysii Areopagitæ Vitam anno 876 misit, imperator Carolus Calvus, anno 875 diademate imperiali Romæ primum coronatus annoque 877 e vivis sublatus,fuisse non videatur,lucubratio ista verosimillime non serius,quam hoc ipso anno ab Anastasio fuerit in linguam Latinam conversa, certeque cum hic scriptor ante annum 882,ut Muratorius in præfatione,tom. tertio *Scriptorum rerum Italicarum* præmissa, docet, e vivis abierit, contextam a Metaphraste, sæculi duntaxat decimi scriptore, Vitam antiquitate exsuperat. Nec, quin

etiam supra memoratam, quæ, ut docui, Metaphrasti præluxisse videtur, alteram Demetrii Vitam vetustate vincat, dubitandum apparet. Etenim non tantum Vita ista, quæ Metaphrasti præluxit, multo est brevior, verum etiam, quæ in hac occurrunt, tum prodigia, tum facta improbabilia haud complectitur ; solet autem illa, quæ e duabus unius ejusdemque Sancti Vitis binis illis characteribus distinguitur, ab omnibus modo antiquitatis studiosis artisque criticæ peritis altera haberi non tantum sincerior, sed etiam antiquior.

16. Porro cum id ita sit, idemque præterea ordo, ac phrases etiam fere omnes eædem, quibus Demetrii martyrium hujusque series in breviori illa seu Vita seu Passione, ab anonymo conscripta, exponitur, pariter in Vita, ab anonymo altero contexta, quæ Metaphrasti præluxit, serventur, hæc ex illa verosimillime, ne dicam indubie, fuerit adornata, atque id ita quidem, ut auctor anonymus, a quo illud factum, inventa a sese in dicta breviori seu Vita seu Passione facta, intersertis subinde, quæ in illa narrat, prodigiis factisque improbabilibus, paraphrastice, uti ex utriusque lucubrationis collatione patescet, explanarit. Atque illa quidem, ut, quid de scriptore illo sentiam, tandem edicam, si non ipsemet confinxit, ex infida verosimillime vulgi fama popularive traditione acceperit : modo adhuc, quantæ quidem antiquitatis brevior illa Sancti nostri Vita videatur, expono. Quod si vere, uti forte ex dictis factum, prolixior anonymi lucubratio, quæ Metaphrasti præluxit, Joanni, Thessalonicensi sæculo septimo antistiti, pariter præluxerit, brevior, de qua hic, Sancti Vita seu Passio, utpote hac, ut jam docui, antiquior, jam inde etiam ab eodem sæculo septimo, imo forte jam inde a sæculo sexto aut forte adhuc citius fuerit conscripta. Et vero, cum Anastasius Bibliothecarius, sæculi noni scriptor, sese illam non tunc primum concinnasse, sed tantum jam concinnatum e lingua Græca in Latinam transtulisse, in Prologo dicat, nihil sane, quominus tam cito exarata statuatur, impedire videtur, vixque etiam, quin saltem ante sæculum nonum litteris fuerit commendata, dubitandum apparet.

17. Hanc itaque breviorem anonymi lucubrationem, quæ præterea, quamvis quidem, quod e scriptoribus monumentisve æqualibus aut subæqualibus hausta non sciatur, fidem indubitatam haud mereatur, nihil tamen omnino a veritate certo abhorrens verove etiam absimile complectitur, ad commentarii calcem primo loco, quod et Vita, a Metaphraste contexta, et altera, quæ huic præluxit, si antiquior. recudam e Mabillonii editione, cum Rubeæ-Vallis ms. aliisque supra memoratis, quæ ad manum sunt, tum excusis, tum. mss. lucubrationis ejusdem exemplaribus collata, uti et cum Photiana Sancti Vita, quæ cum hac non tantum, ut supra dictum, in substantia adjunctisque fere omnibus apprime congruit, verum etiam, cum

A Photius, qui sæculo IX floruit, sese eam non contexuisse, sed jam ab alio contextam in bibliothecam suam intulisse, initio innuat, paria forte antiquitatis est. Huic porro breviori per anonymum scriptæ Sancti Vitæ duas adhuc supra jam memoratas, quarum altera etiam ab anonymo, altera a Metaphraste fuit concinnata, Passiones seu Vitas Demetrii alias, tum quod prolixæ admodum non sint, typisque hactenus, quam anonymus contexuit, vulgata haud fuerit, tum quod id studioso lectori, qui sic quæ de ambarum, ut ita dicam, genesi supra docuimus, examinare commode poterit, futurum putem non ingratum, Græce simul et Latine subjungam, priorem quidem e codicis nostri + ms. 193 ms. Græco, quod e bibliothecæ Vaticanæ codice 821 desumptum notatur, quodque ipsemet e lingua
B Græca in Latinam converti ; posteriorem vero e supra memorata Bollandi nostri editione seu potius e Christianissimi regis bibliothecæ Medicæo, e quo adornata hæc fuit, codice, cum Lipomani et Surii editionibus collato. Atque ita modo, quanti quæque, quæ inveniuntur, Sancti Vitæ valeant, et quænam ex hisce commentario huic subdendæ sint, jam exposui; etsi autem, ut monui, Passionem seu Vitam Sancti breviorem, ab Anastasio Bibliothecario Latine redditam, e Mabillonii editione recusurus sim, miracula tamen, utut Vitæ illi in hac proxime subnexa, non nisi ad duarum aliarum, pariter, ut jam dixi, edendarum, calcem adjiciam, idque non ex eorum editore Mabillonio Anastasiove in-
C terprete, sed ex ipsis, e quibus primitus manarunt, fontibus Græcis.

18. Quidnam hi sint, expono. In codice olim Mazarinæo supra sæpissime memorato tres diversæ supra pariter memoratæ exstant de patratis a sancto Demetrio miraculis lucubrationes, quarum primam elaboravit Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, secundam anonymus, qui hujus lucubrationem continuavit, ac tertiam denique anonymus alter, qui, quemadmodum in ipso, quem hæc præfert, titulo indicatur, diversa diversis temporibus ac locis facta a sancto Demetrio miracula in litteras misit. Quin e miraculis, vel in Joannis Thessalonicensis, vel in anonymi prioris lucubratione occurrentibus, miracula singula, quæ Anastasius bibliothecarius Latine reddidit, Mabiloniusque vulgavit,
D primitus hausta sint, dubitandum vix apparet, cum hæc illorum, quibus respondent, compendia duntaxat sint, Anastasioque Joannes Thessalonicensis ac hujus continuator anonymus antiquitate, uti ex infra dicendis intelliges, præcellant. Sappeditata itaque apud Mabillonium ab Anastasio Bibliothecario miracula e binis illis scriptoribus ad Vitarum trium seu Passionum edendarum calcem adjungam, ita modo eorum lucubrationes seu potius, quæ hisce continentur, miracula omnia, una cum anonymi, qui, ut jam dixi, facta a sancto Demetrio diversa diversis temporibus et locis miracula litteris mandavit, lucubratione typis

primum (neque enim hactenus, quod sciam, editæ fuerint) Græce simul et Latine subjecturus. Quod ut ad morem nostrum faciam, opus totum in tot, quot lucubrationes sunt, libros diversos, qui et ipsi in capita ac numeros divisi sint, distinguam, annotationibusque etiam, ubi id congruum necessariumque judicavero, ad singulorum capitum finem adjectis, illustrabo.

19. Verum cum per breve tempus, quo codex olim Mazarinæus supra sæpissime laudatus ad manum fuit, e miraculis, quæ tribus illis lucubrationibus comprehenduntur, quædam duntaxat integra una cum aliquot alierum fragmentis, narratione reliqua in compendium contracta, describere ex hoc licuerit, qua ratione editionem illam adornaturus sim, exponendum adhuc est. Miracula, quæ e codice Mazarinæo integra habemus, integra etiam ex hoc dabimus. Idem etiam quantum ad fragmenta, quæ penes nos ex eodem codice descripta exstant, sumus facturi; ita tamen, ut, quod ab hisce, punctorum interpositione, quæ hiatum signet, propterea subinde distinguendis, e reliqua narratione obest, nosque, ut jam innui, compendio habemur, in Adnotationibus lectorem sim edocturus. Quod autem ad alia, quæ tribus supra dictis lucubrationibus continentur, miracula spectat, unum ex his e Combefisio, qui id in *Historiæ Byzantinæ* post Theophanem scriptoribus, pag. 314 et binis seqq. e codice Mazarinæo supra sæpissime laudato recenset, vulgato, reliqua vero e codice nostro signato † ms. 193, in quo, suppresso auctoris, qui Joannes Thessalonicensis est, nomine, habentur partim integra descripta desumptaque, ut notatur. e codice bibliothecæ Vaticanæ 821, partim in compendium a Joanne Stauracio per orationem infra laudandam contracta, atque, uti in margine signatur, e Leonis Allati mss. accepta.

20. Ut porro, quæ non parum, ut miracula illa ederem, contulerint, lectorem modo edoceam, Combefisius operis mox citati pag. 314, in Præfatione, quam Joannis Cameniatæ de Thessalonicæ per Agarenos anno 904 excidio Narrationi præmittit, sequentem in modum, aliis ante nonnullis adductis, loquitur: « Erat aliud, quod succurrebat in Thessalonica, imperii per hæc tempora, ipsaque anteriora ocello, secundæque dignitatis civitate ab ipsa imperante; ut nimirum tanta illa sancti Joannis, Thessalonicensis archiepiscopi, Justiniano Magno Mauricioque imperatoribus, in suo Demetrio proferrem, deincepsque alia secutis temporibus alio auctore producta, quibus non semel tentata civitas, ipso quandoque Chagano, ipsi Mauricio formidolosissimo hoste, omni conatu auxiliorumque copia obsidente, divina potius, quam humana ope liberata est, apertis Magni Demetrii miraculis ejus generis; ut nec pervicacissimi maximeque increduli fidem facile abnuere possint; quam in rem laudati viri sanctissimi Joannis archiepiscopi industria egregie incumbit, etsi non desunt utrinque stratagemata, bellique facinora præclare edita, quæ forte omnia alia a me occasione erunt producenda, ut et ultima ejusdem urbis expugnatio, a Joanne Anagnosta egregie descripta. »

21. « Hic vero parcendum moli libri, per quam, ne extra metas quidquam excurrerem, mihi ipse legem imposui, et ut unum duntaxat ex spisso illo opere (Mazarinæo nempe supra laudato, qui totus de sancto Demetrio est, codice ms.) caput prælibarem, quod hanc ipsam excisæ urbis Thessalonicæ Historiam extremo limite attingit. Cur vero Demetrius, tot modis tantisque hostibus olim servata sua civitate, semel et iterum a Christi hostibus diripi siverit, eorumque postremo firma possessione juris fieri, alta Dei judicia sunt, a quibus et nobis merito timendum sit. » Ita est, eximia plane, uti hic Combefisius innuit, narrata a Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo, scriptoreque anonymo priore, antea jam a nobis laudato, qui hujus lucubrationem continuavit, sancti Demetrii, majori saltem ex parte, sunt miracula, nonnullaque etiam ea inter occurrunt, quæ, cum sanctum Demetrium Avarum, Sclavorum aliorumque barbarorum obsidione Thessalonicam urbem suam natalem liberasse perhibeant, ad gentium harum historiam, seu res Græcos inter et illas gestas illustrandas, utcunque conducunt; quæ sane sola, etsi reliquæ, quæ a Sancti gloria petuntur, rationes deessent, ad miracula illa luce publica, qua hactenus caruerunt, donanda vix non me novissent, etsi interim nonnulla etiam minus illustria sibi habeant admista. At vero quod spectat ad sancti sanctissimique viri titulos, quibus Joannem, Thessalonicensem archiepiscopum, Combefisius loco transcripto condecorat, hunc ego præsulem nullis prorsus fastis sacris inscriptum, cultuve ecclesiastico sive a Græcis sive a Latinis honoratum invenio. Quare ego, etsi etiam more olim recepto episcopo omnes, tum defunctos, tum in vivis adhuc superstites, honoris causa seu per tituli honorarii modum sanctos fuisse appellatos, compertum habeam, ipseque etiam, de quo hic, Joannes Thessalonicensis in titulis, qui lucubrationibus ejus in codice olim Mazarinæo præmittuntur, *sancti* titulo plus semel afficiatur, ad Combefisii tamen, qui morem illum ibidem spectasse non videtur, exemplum Joanni Thessalonicensi attribuere sancti sanctissimæ viri titulum non ausim.

22. Verum, etsi res ita habeat, a virtute tamen vitæque probitate plurimum hic scriptor commendatur, ut sane in narrandis iis quæ ætate sua gesta sunt, quæque vel ipsemet vidit, vel e viris fide dignis, quibus apprime comperta erant, didicit, fidem integram mereatur, ita autem, etsi non omnia, pleraque tamen, quæ sancti Demetrii virtute patrata refert, miracula explorata habuit. Audi, qui ipsemet ia supra plus semel memorat, quam miraculis, a se narratis, præmisit, oratione panegyrica oppor-

hujus calcem adjectarum prima pag. 10, A aliis, quæ vel in ipso hujus Commentarii decursu
ɔitare,an lucubratio illa edita non sit, de- usui utcunque erunt, vel certe inter supra enume-
ɔo verosimillime adductus, quod ejus par- ratas de sancto Demetrio variis e bibliothecis
ɔone Allatio in Notis ad Acropolitæ Histo- auctoribusve lucubrationes recensentur,nonnulla
tam legisset,confuseque duntaxat rei hujus adhuc proferam.Orationis,Leoni Sapienti,ut supra
ɜsset. Certe ego istud opusculum typis in- docui,attribuendæ,cujus initium est,Ἔφη ὁ σωτη-
editum fuisse,nondum comperi; quod hic ριος λόγος, pars quæpiam, e codice olim Mazari-
sufficiat.Ejus auctor sæculo tertio decimo næo descripta, penes nos exstat, hæcque una cum
illime floruit. Etenim non tantum fere titulo, quem lucubratiuncula ista præfert, usui
quæ Jɔannes Thessalonicensis archiepi- qualicunque in Commentarii decursu erit, uti et
duoque scriptores anonymi, typis, ut di- inchoatum hisce verbis,Μνήμην δικαίων,quod etiam
dendi,memoriæ produnt, miracula refert, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus sæpis-
tiam alia nonnulla,ut litteris commendare, sime laudatus,contexuit,sancti Demetrii elogium,
ɜ miraculorum ad suam usque ætatem a cujus aliquot penes nos etiam exstant fragmenta,
Demetrio gestum fuisset, scopus ejus ex- ex eodem codice olim Mazarinæo pariter descripta.
videatur.Quapropter, cum miracula pror- B Adhæc in codice nostro † ms. 193 diffusum,quod
a,sæculo tertio decimo posteriora,comme- Gregorio diacono ac referendario ascribitur,Sancti
vix est, quin hoc eodem sæculo floruerit, Encomium, non tantum ex parte, sed integrum a
quæ narrat, in litteras miserit, ambigen- pag. 100 usque ad pag. 106 versam exhibetur.
Verum lucubratio isthæc nulli prorsus usui esse
icet porro,ut de scriptoris fide jam dicam, potest, edique proinde non meretur.Præter enim
ɜndis iis quæ procul admodum ab ætate quod Metaphrasticam Sancti Vitam seu Passionem
a sunt, fidem certam atque indubitatam, encomiastice duntaxat exponat, auctor sanctum
cum a Joanne, Thessalonicensi archiepi- Demetrium adversus Agarenos, qui captam a se
aliisque scriptoribus antiquioribus, uti Thessalonicam vastarant,fusoque civium sanguine
fuit, dissonat, sola sua auctoritate non fœdarant, in fine invocat.Quare cum ab Agarenis
ɜr, non est tamen, cur in iis quæ vel ipsa non citius quam anno 904 Thessalonica capta fue-
ɜte vel minus ab hac remote evenere, fides rit, is verosimillime sæculo decimo,certeque non
ratio aliunde petita id suadeat, denege- citius floruit; ut, quidquid de sancto Demetrio
sertim si ea quæ memorat sint hujusmodi, commemoret, nullum omnino Metaphrasticis de
ime ei,qualia sane sunt,quæ de unguento C hoc assertis pondus adjungat.
Demetrii seu tumulo seu corpore scatu- 29.Quod porro ad duas supra etiam memoratas,
ɜradit, potuerint esse perspecta.Ad Deme- quarum altera (adi Fabricium in *Bibliotheca Græca*,
ɜhrysoloram jam venio. Hic scriptor, qui, tom. IX,pag.71 et seq.) sequentibus hisce,Θαυμα-
modum in adjecta ad *Scriptorum ecclesiasti-* στὸς ὁ Θεός, altera istis, Οὐδὲν οὕτω, inchoatur
ɜistoriæ partem I Appendice pag. 71 Guiliel- verbis,Leonis imperatoris de Demetrio orationes,
ɜeus docet,circa annum 1430 claruit,præter aliasque, de quibus pauca adhuc hic dicere propo-
a, ibidem a Caveo partim recensita, scri- sui,scriptorum aliorum,videlicet Philothei patriar-
ɜm idiomate Græco de sancto Demetrio chæ Constantinopolitani, sequentiumque quatuor
ɜm.Lucubratiuncula hæc, quæ bidliothecæ archiepiscoporum Thessalonicensium, Josephi,
æ sancti Laurentii pluteo decimo, codice Gregorii Palamæ, Nicolai Cabasilæ et Nicetæ, lu-
. 41 integra exhibetur, duas partes com- cubrationes spectat, opuscula isthæc, vel idcirco
r, quarum altera encomiastice Sancti mar- adeo non edenda, ne ex parte quidem habemus,
ejusque adjuncta exponuntur, altera de nec scio, an multum expetenda sint. Etenim nisi
oso,quod e tumulo ejus stillat,seu unguento forte, quod facile interim secus habere potest,
ɜ tractatur.Posteriorem,quæ non alia,quam quidpiam vel de Sancti cultu, vel de prodigioso,
ctor optime explorata verosimillime habuit, D quod ex ejus,seu tumulo seu corpore Thessalonicæ
itat, locumque proinde inter Analecta, a stillat, unguento seu oleo subministrent, auctores
ut dictum, edenda, merentur, e dicto bi- eorum spectata qua floruerunt ætate, illustrandis,
cæ Medicææ codice descriptam habemus. quæ ad Sanctum nostrum spectant, rebus parum
n autem non item; neque vero, cum, admodum videntur idonei. Ut res manifesta eva-
a qua auctor floruit ætate, nullum prorsus dat, quo quique circiter tempore floruerint,sub-
quas de Demetrio commemorat, pondus jungo. Leo sapiens ab anno 870 ad annum usque
ɜdjungere, vehementer illam desideramus. 951 imperii orientalis habenas fuit moderatus,
Atque ita modo, non tantum quæ integræ, Philotheus ad sedem Constantinopolitanam (adi
etiam quæ ex parte tantum, tractantes de chronologicam patriarcharum Constantinopolitano-
Demetrio ejusve miraculis lucubrationes ad rum *Historiam*, operis nostri tom. I Angusti præ-
ɜntarii hujus calcem edendæ sint, jam ex- fixam) anno 1354 fuit evectus, annoque circiter
Superest, ut de lucubrationibus aliquot 1376 excessit e vivis.Gregorius Palamas,hujusque



μόνην τοῦ μάρτυρος. Καὶ πῶς ἂν μᾶλλον ἐγκωμιάσαι τις τοῦτον, ἢ τὰς περὶ τὴν πατρίδα βοηθείας αὐτοῦ καὶ προνοίας ἀπαριθμούμενος, εἰ καὶ τῶν ἀκαταλήπτων τὸ ἐπιχείρημα; Αὗται γὰρ τῷ μὲν ἀριθμῷ τὰς οὐρανίους νιφάδας, τῇ δὲ λαμπρότητι καὶ τοὺς ἀστέρας ὑπερηκόντισαν. Τί γὰρ ἂν τις εἴποι καὶ πρῶτον, ποῖον δὲ καὶ παροφθὲν, οὐ ζημιώσει τὰ μέγιστα; Εἴπω τὸν σύνδεσμον τῆς ἀγάπης καὶ τῆς ὁμονοίας τῆς πόλεως αὐτοῦ καὶ μόνου πεφοιτηκότα κατόρθωμα; quæ Græca verba hunc in modum reddo Latin. : « Quo igitur sese vertet oratio? Ad laudem eamque solam martyris : et qua ratione illum potius quis laudet, quam ejus in patriam suam auxilia ac curas; etiamsi rem incomprehensibilem sit moliri, enumerando? Ea enim numero quidem cœli imbres, splendore vero astra exsuperant. Quid enim et primum quis dicat, qualeve etiam neglectum maximis haud derogabit? Charitatis continuum concordiæque civitatis vinculum ipsius dixero et quidem solius beneficium?» Accedit, inter scriptores tum Latinos tum Græcos nullum prorsus, a Duglossio Pelbartoque distinctum, inveniri, quin Sanctum, si de solo ejus natali loquatur, Thessalonicensem faciat; quibus omnibus expensis, vere in civitate Thessalonicensi natum esse Demetrium in animum induco.

34. Nec hoc tantum verbis, quæ jam dedi, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, docet, verum etiam ibidem educatum fuisse Sanctum verbis aliis quæ subdo in codice olim Mazarinæo pag. 227 versa tradit. Ἐτράφη, inquit, τοίνυν ὁ μάρτυς παρ' ἡμῖν τοῖς λειπομένοις τούτου κατὰ τὸ ἄπειρον. Τόπῳ γὰρ συνετράφημεν αὐτῷ, οὐ κατ' ἐνέργειαν ὁμοιότητος. Quæ verba ita reddo Latine : «Martyr ergo (Demetrius scilicet) apud nos (Thessalonicenses nimirum) toto cœlo ab eo diversos, educatus fuit. Secundum locum enim educati cum ipso sumus, non secundum similitudinis effectum. » Tres quidem Vitæ seu Passiones edendæ, aliaque, quam in *Bibliothecam* Photius intulit, Thessalonicæ educatum fuisse Sanctum haud edicunt; verum nec loci, quo educari eum contigerit, meminere. Imo vero Vitæ duæ antiquiores, Photiana nimirum ac Anastasiana, ne obscuram quidem vel ipsiusmet educationis, quam Sanctus acceperit, mentionem faciunt. Nec id, cum binarum illarum lucubratiuncularum auctores anonymi, occasione, qua Demetrius subierit martyrium, narrata, statim ad hoc ipsum, aliis etiam, quæ de Sancto commemorare potuissent, omissis, narrandum prosiliant, mirum cuiquam debet videri. Demetrium itaque Thessalonicæ educatum fuisse Joanni Thessalonicensi (adi ejus verba proxime data) asserenti credo, maxime quod et id scriptorem hunc e monumento antiquiori didicisse, et Sanctum eo loco, qui ei natalis obtigit, quique ut jam docui Thessalonica fuit, educatum fuisse, verosimillimum appareat.

35. Duglossius seu quiscunque alter, e quo hic, quæ de Sancto memoriæ prodit, deprompsit, in ea, quæ Demetrium, Sirmii, ut vult natum, Sirmii etiam educatum fuisse, statuit, opinione fuisse videtur, ita tamen ut eum deinde dialecticæ rhetoricæque operam in urbe Thessalonicensi dedisse crediderit. Etenim postquam Sanctum Sirmii natum esse per verba supra recitata asseruit, paucis duntaxat, quibus, quæ fuerint ejus parentibus nomina, pro arbitrio astruit, interpositis, subjungit : «Gloriosissimus... Demetrius liberalibus studiis traditus est, et, cum esset Spiritu sancto plenus, humanæ divinæque Paginæ scientia præditus urbem subiit Thessalonicensem, ubi dialecticus acutus rhetorque facundissimus effectus est. » Ita ille. Verum quæ hisce verbis tradit, præterquam quod partim Joanni Thessalonicensi adversari videantur, nullo prorsus antiquitatis testimonio nituntur, hincque parvo admodum in pretio, ne quid pejus dicam, habenda sunt, maxime quod auctor sublestæ etiam, uti ex jam dictis liquet, sit fidei. Nec multo pluris æstimandum est, quod de posito a Sancto, virilis ætatis jam facto, in arte militari studio proconsulisque Græciæ, ad quam deinde ab imperatore Maximiano evectus fuerit, dignitate Metaphrastes simul, et anonymus qui huic præluxit Demetrii biographus esseverant, ambo ab ejus ætate remotiores, quam ut vel ista vel alia, quæ etiam de eodem absque scriptoris antiquioris testimonio tradunt, certa atque indubitata possint efficere. At vero, inquies, *Miraculorum* edendorum lib. I, cap. 3, Demetrius pallio, non secus ac consul, indutus apparuisse narratur; eorumdem autem *Miraculorum* lib. II, cap. 6, sub militari habitu spectandum sese Stephano episcopo Africano, a Sclavis capto, dedisse, eodemque modo, uti quæ posteriori loco præterea occurrunt, fidem faciunt, in imagine, quæ illum in Demetriano Thessalonicæ templo exprimebat, depictus exhibebatur.

36. Fateor, sic habet, suntque præterea in iisdem edendis *Miraculis* locis alii, quibus pariter sub militari habitu Demetrius apparuisse aut diserte traditur, aut certe utcunque innuitur. Verum Sancti non semper sub indumento seu habitu, officium dignitatemve, cujus, cum in vivis essent, fuerunt, exprimente, sed etiam sub alio, si consilio suo hunc magis videant idoneum, subinde apparent. Ut alio, qui id probatum dem, recurrendum non sit, faciunt ipsa edenda Sancti miracula. Horum enim lib. I, cap. 1, quod de Mariano Illyrici præfecto, a morbo immedicabili per Sanctum sanato tractat, Mariano hic sub specie, non propria, sed amici, quem ille intima sibi necessitate conjunctum Constantinopoli habebat, spectandum sese in somno dedisse narratur. Cum ergo, uti hinc liquet, etiam sub forma seu specie, diversa ab ea, qua in vivis fuerunt, Sancti apparere queant, quidni et sub indumento seu habitu, officium dignitatemve, cujus in vivis superstites fuerunt, non exprimente, facere id possint, reque etiam ipsa subinde faciant? Adhæc, ut

contra assertam militarem Demetrii conditionem nominatim etiam quid dicam, Demetrius sub militari habitu spectandum sese subinde dare potuit, non quod reipsa imperatori mundano, cum in vivis esset superstes, militarit, sed quod strenue tanquam miles, fuso etiam sanguine, pro Christi fide decertarit. Quod porro ad imaginem, quæ sanctum in templo Thessalonicæ ei dicato militari habitu indutum exhibebat, jam spectat, id quidem sæculo nono, quo, quemadmodum ex Adnotatis, dicto *Miraculorum* lib. secundi capiti sexto subdendis intelliges, imago illa ibidem exstabat, militarem Demetrii conditionem creditam fuisse, utcunque ostendit, at militem hunc reipsa fuisse non evincit. Quidquid itaque de habitu, seu quo Sanctus apparuerit, seu quo fuerit depictus, memoriæ proditum inveniatur, sunt tamen, quæcunque a Metaphraste, et ab anonymo qui ei præluxit seu de consulari Sancti dignitate, seu de posito ab eo in arte militari studio dicuntur, omnino incerta. Verum aliter de asserto ab iisdem imperterrito Sancti in prædicanda Christi fide ardore fructuque non modico, multis ad Christum conversis, relato est loquendum.

37. Hac enim in re non tantum duas antiquiores Sancti Vitas seu Passiones, Photianum scilicet et Anastasianam, sibi suffragantes habent, verum etiam in inchoato hisce verbis, Μνήμην δικαίων, Sancti nostri, quod sæpius jam laudavi, encomio Joannem, Thessalonicensem archiepiscopum. Ac primo quidem Anastasianæ Vitæ verba, quæ huc faciunt, num. 1 hæc sunt : « Inter quos (Christianos) erat beatus Demetrius manifestum faciens semetipsum absque ullo timore, qui a juventute et bona egerat opera et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina Sapientia descenderat ad terram de cœlo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio. Cum hæc et alia multa prædicaret, » etc.; Photianæ vero ista : « Hic Christi martyr Demetrius, præco et doctor pietatis, apostolorum peregrinationes et certamina imitabatur, et Thessalonicensem urbem lumine doctrinæ suæ ab erroris tenebris abductam ad Christum adduxit. » Hæ binæ istæ Santi Vitæ seu Passiones non obscure sane, qua de hic sermo, Metaphrastis anonymique qui huic præluxit scriptoris assertioni de sancto Demetrio faventes, ita tamen ut, quod vitarum illarum prior non facit, totam per hunc fuisse ad Christum civitatem Thessalonicensem conversam, posterior aperte edicat. Et vero Demetrium, si non integram suam hanc civitatem natalem ab errore ad Christum adduxit, multum tamen in ea fidei veritate non paucis imbutis, protulisse fructum, saltem etiam non obscure innuit sæpissime jam laudatus Joannes Thessalonicensis, cujus Græca verba, ad institutum præsens facientia, utut admodum prolixa, hic tamen adhuc, quod quæcunque de Sancto e codice olim Mazarinæo descripta habemus, ea fere omnia typis vulgare decreverim, versione Latina adjuncta describenda sunt.

38. Hæc itaque codicis olim Mazarinæi pag. 227 versa et seqq. in præfato sancti Demetrii encomio habet : Αὐτὸς δὲ λαβὼν τὸ διδασκαλικὸν τοῦτο καὶ ἀποστολικὸν χάρισμα, ἴδωμεν τίνα τὴν ἀντίδοσιν προσήνεγκε τῷ Θεῷ... Δείκνυται χάριτι Θεοῦ περὶ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ τὸ ἀθόλωτον. Τὸ γὰρ ἰουδαϊκὴν καὶ ἑλληνικὴν καὶ πᾶσαν ἄλλην θεοπίλαστον αἵρεσιν ἐκ πρέμνων αὐτῶν ἀνεσπάσθαι τῆς θεοφιλάκτου ταύτης ποίμνης τοῦ Χριστοῦ τίνος ἄλλου κατόρθωμα ἢ μετὰ Θεὸν τοῦ διδασκάλου τῆς τέλεως ;.... Περὶ δὲ τοὺς χρόνους του μάρτυρος σφόδρα τῇ θεαπεδείᾳ ὁ ἀντικείμενος πιεζόμενος σφοδρότερα καθώπλισε καὶ τὰ σκάνδαλα · ἵνα λοιπὸν κηρύσσων ὁ θεοπάροχος οὗτος τῶν Θεσσαλονικέων προστάτης καὶ σύντροφος καὶ διδάσκαλος (δεῖ γάρ μοι, τοῦ λόγου πρὸς τοῦτο χωρήσαντος, μνησθῆναι καὶ θαυμαστοῦ διηγήματος, ὃ παρὰ πατέρων ἀκήκοα) ἐπιδήμου τὴν πόλιν ὀρθοδοξίας καὶ τοὺς ἀντιδοξοῦντας ἐχώνευε.... Τί δὲ καὶ τὸ διήγημα ; Ἐξητεῖτο.... παρὰ τῶν νουνεχῶς τὰ θεῖα διακριβούντων, πόθεν ἡ περὶ τὸν φιλόπολιν τοῦτον καὶ θεοστρεφῆ μάρτυρα φήμη ἐπὶ τοσοῦτον διέβημεν, ὡς καὶ μεγαλυνομένης αὐτῆς τὸ βάσκανον ὡς παροξυνθῆναι τοῦ τυραννοῦντος ἐνταῦθα τότε διέποντος · καὶ ἐλέγετο, ὡς οὐ τοσοῦτον ἐκ τῶν ἐπὶ προσευχῆς ἰωμένων σωμάτων, ὅσον ἐκ τῶν ἐπὶ διδαχῆς καθαριζομένων ψυχῶν.

39. Ὡς γὰρ ἐξ ὕπνου διήγειρε, καὶ ὡς ἐκ βαρβόρου ἀπέλουε τὰς ἐν τῷ λάκκῳ τῆς εἰδωλολατρείας δυσωδίᾳ καὶ ζόφῳ κατεχομένας ψυχὰς τὴν νοητὴν καὶ τὸ θυμίαμα τῆς οὐρανίου συνθέσεως Χριστὸν, τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν ταῖς καρδίαις αὐτῶν εἰσοικίζων. Τὰ μὲν γὰρ ἰώμενα σώματα τὴν τοῦ θεοῦ δωρεὰν ἐνεφάνιζον, εἰ καὶ ὅτι πρὸς ἀξίαν ἀδόμενα καὶ τὰ τοιαῦτα χαρίσματα οὐ μικρὰν τῶν δεχομένων τὴν ἐν ἀρετῇ προκοπὴν ἀπαγγέλλουσι. Αἱ δὲ ψυχαὶ τῶν ἐπιστρεφομένων εἰς θεοσέβειαν καὶ τὸ ἀτρεμὲς τῆς διδαχῆς καὶ τὸ ἀκατάπλεκτον τοῦ ἐπικινδύνου κηρύγματος αὐτοῦ τοὺς ἰδρῶτας τοῦ ἀθλοφόρου τοὺς εὐγενεῖς ἐκκαλύπτουσιν οὐκ ἐν τῇ χώρᾳ μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ τὸ ὑπέρογκον αὐτοῦ τῆς ἀρετῆς ἐμφανίζουσαι. En nunc, quam hisce Joannis Thessalonicensis verbis adaptavi, interpretationem Latinam. « Quam vero ipse (sanctus Demetrius videlicet) illa ad docendum apta apostolicaque gratia accepta retributionem Deo rependerit, videamus.... Dei munere doctrinæ ejus puritas manifesta apparet. Judaicam enim, ethnicam omnemque aliam Deo inimicam hæresim radicitus esse ex hoc, quod a Deo custoditur, Christi ovili evulsam, cujusnam alterius, quam post Deum civitatis magistri (Demetrii nimirum) beneficium est?..... Martyris quippe temporibus adversus religionem inimicus, ad angustias adactus, gravia etiam scandala valide armavit; ubi tandem hic (Demetrius nempe) statutus a Deo pastor, Thessalonicensium patronus, alumnus et magister præ-

oportet enim, sermone ad hoc delapso, mi- A suum concilium felici successu perficeret, ad
narrationis, quam e majoribus audivi, me sanctum Demetrium sibi notum, de cujus in pa-
nisse) recta doctrina civitatem implevit, trandis miraculis virtute inaudierat sese confert,
riaque sentientes compressit... Ast quæ- quid sibi sit propositum, declarat, eumque, ut
lla et narratio ? precibus suis sibi adsit, enixe rogat. « Demetrius,
« Ab iis... qui divina prudenter scrutantnr, ut ait Metaphrastes, perinde ac si ipse rogasset,
batur, qui de illo civitatis amante coronato- non autem fuisset rogatus, exsequendo propemo-
Deo martyre fama tam late esset diffusa, ut dum prævenit petitionem,et ei velociter imposito
uctæ invidia stimulare tunc dominantis, qui eo, quod est in Christo, signaculo tam in fronte,
civitate Thessalonicensi nempe)versabatur, quam in corde, cum dimittit dicens : Et Lyæum
potuerit. Ac respondebatur : Non tam e sa- vinces, et eris martyr Christi. » Nestor, hisce
ber orationem corporibus, quam ex anima- Sancti verbis roboratus, in stadium illico prosilit,
r doctrinam mundatis:quando enim a somno seque ad singulare cum Lyæo certamen palam
vit, atque a luto expurgavit, quo in idololа- offert, omnibus audaciam ejus admirantibus.
cu fetore ac caligine detinebantur, animas, 42.Imperator juvenem,sola paupertate adigente
lem Orientis plagam,cœlestisque signi suffi- B desperatum id cepisse concilium opinatus,pecuniam
m Christum, verum Deum nostrum, cordi- ad sese arcessito sponte offert, eumque ne pugnæ
rum inserens, sanata quidem corpora, etsi cum viro,cui multum viribus esset inferior, peri-
et hujusmodi gratiæ, secundum meritum culo sese committeret adhortatur. Verum Nestor,
non parvum eorum qui eas recipiunt in vir- pecunia repudiata, unice sese gloriam superandi
rogressum arguant, gratuitum Dei donum Lyæum sectari declarabat. Pugnam itaque, an-
estant.Conversorum vero ad pietatem animæ nuente imperatore, cum Lyæo init eumque, Deo
tum imperterritumque in docendo ac pericu- Demetrii invocata,ictu extemplo in corde percus-
rædicatione animum,generososque ipsiusmet sum humi mortuum prosternit. Imperator hinc
si athletæ sudores detegunt, non hic solum, iratus ac mœstus,magiæque rem ascribens.Nesto-
bique virtutis ejus sublimitatem manifestam rem de hac interrogat, hicque Christianum nullum
ntes.» Hæc Joannes Thessalonicensis,quibus magia uti, seque a Demetrii omniumque Christia-
Sanctum Christi fidem cum fructu plane in- norum Deo adjutum de Lyæo retulisse victoriam
tiam inter ipsos Thessalonicenses, etsi in- respondet. Quod cum imperator audivisset Ne-
hosce omnes abs illo fuisse conversos non storem eo ipso, quo hic Lyæum occiderat, gladio
relato, prædicasse affirmat. Nec hoc tantum C jubet interfici, sicque, inquit Metaphrastes, « Ne-
recitatis Joannes astruit, verum etiam inde stor transmittitur ad Christum, quem dilexit, et a
, quam e miraculis, quibus eum etiam cla- quo erat accepturus coronas duplicis victoriæ. »
innuit, factum esse, ut imperatoris, cujus Talia sunt compendio hic jam exhibita, quæ in
uit occisus,indignationem incurrerit.Verum Metaphrastica Sancti Vita,aliaque anonymi, e qua
asione, qua Sanctus neci datus fuerit, com- hæc, uti ex supra adductis apparet, promanavit,
s tractabitur, postquam § sequenti, quæ de de juvene, nomine Nestore, parte etiam in nar-
e Sanctoque, qui huic, singulari certamine ratis sancto Demetrio tributa, referuntur.
yæo gladiatore congressuro, benedixerit, in 43,Verum audi, qui Tillemonius tom. V *Monu-*
Metaphraste contexta, aliaque anonymi qui *mentorum ecclesiasticorum*,pag. 689 narrationem
præluxit traduntur, examinaro. illam compendio etiam ibidem a sese exhibitam ex-
cipit : «Difficile est,inquit, (verbis Gallicis, Latine
Quid de iis quæ a Metaphraste anonymoque hic a me redditis) fabulosa illa narratione, in
huic præluxit Sancti biographo de Nestore qua, quod maxime horrendum Evangelioque
luntur sit censendum. oppositum est, pro Sancto habetur, quidpiam of-
Suppeditata a Metaphraste anonymoque qui D fensioni præbendæ magis aptum magisque Chri-
præluxit Sancti nostri biographo de Nestore stiano homine indignum invenire. Fabulosam illam
m, quæ hic examinanda venit, narratio in appellamus, quia talis est in adjunctis notatu
endium contracta, eo fere recidit : Gladiator maxime dignis. Photius enim et Anastasius de
Lyæus nominatus, natione Wandalus, qui, Nestoris contra Lyæum certamine loquuntur; ve-
corporis robore maxime præstaret quoscun- rum a Nestore Christiano asserendo, sive certa-
ecum singulari certamine manus conseren- mini scilicet) sancto Demetrio admiscendo sedulo
ile superabat,hincque magno in amore simul abstinent. Imo ne quidem Maximianum necem
stimatione apud imperatorem Maximianum Nestori inferri jussisse asseverant, sed tantum
ccidit,ut hic Thessalonicæ exhiberet gladia- promissa gladiatoribus victoriosis præmia ei non
spectaculum, cumque Lyæus gladiatores dedisse. Manifestum itaque est reliqua omnia
os provocaret ad certamen,omnibusque esset veritati fuisse adjecta, idque verosimiliter post
i, quidam tamen juvenis, nomine Nestor, sæculum nonum, ab homonibus historiæ æque ac
superbiam arrogantiamque haud ferens, pu- doctrinæ Evangelicæ ignaris. » Ita hactenus ille
um eo aleam subire decrevit. Quare ut hoc

et sane haud immerito. Attamen quod de iis, quæ veritati a Photio et Anastasio relatæ post sæculum nonum tandem fuerint adjecta, affirmat, mihi haudquaquam certum apparet. Eadem enim omnia etiam in Vita, secundo loco edenda, quæ anonymum habet auctorem, occurrunt, hæque ex supra dictis sæculo nono verosimiliter, imo forte etiam sæculo VIII aut VII est antiquior. Nec est, quod reponas, ea omnia a Joanne Thessalonicensi, sæculi VII scriptore, supra sæpissime laudato infraque laudando, non commemorari. Cum enim hic martyrii a Sancto tolerati ne substantiam quidem uspiam narret, silentio abs illo, quæ pro hujus duntaxat adjunctis haberi possent, fuisse præterita mirum non est.

44. Verum, utut res habeat, ea equidem quæ quantum ad Nestorem a Photii et Anastasii narratione absunt, ideoque velut figmenta verbis recitatis Tillemontius rejicit, reipsa etiam esse figmenta existimo. Ac primo quidem, ut, cur hæc mihi sedeat sententia, modo exponam, quæ justa Nestori causa esse potuit, ut certamini singulari sese contra Lyæum committeret? Hujus, ut aiunt, superbiæ arrogantiæque frangendæ consilium. Verum quis vel solo hoc ex capite facinus hujusmodi, divina lege severissime vetitum, a quo et Christiani, uti infra docebo, maxime abhorrebant, satis excusatum atque a noxa immune pronuntiet? Enimvero longe aliter, qui, quod apud Petrum de Natalibus lib. IX, cap. 110 exstat, Sancti nostri elogium, sive is interim ipsemet Petrus, sive alius quiscunque scriptor sit, primum contexuit, existimasse videtur. Etenim suscepti a Nestore contra Lyæum singularis certaminis causam, quæ multum a jam dicta differt, allegat. Res elogium illud, in quo Lyæus semper Libeus vocatur, inspicienti patescet; quod, quia hac in parte plane singulare seduloque discutiendum est, integrum fere, omissis duntaxat, quæ ad venerationem, a Leonio, Illyrici præfecto, Sancto exhibitam spectant, huc transcribo. Sequentibus hisce verbis concipitur: «Demetrius martyr apud Thessalonicam civitatem passus est sub Maximiano imperatore. Hic a sua juventute Christianus et Deo serviens nobilis fuit civis ipsius Thessalonicæ civitatis et miles strenus, qui tamen Christum Dominum prædicabat et multos ad fidem convertebat. Ingressus autem imperator Thessalonicam, audiens de Demetrio, ipsum comprehendi fecit et in carcerem mittit.

45. Erat autem cum imperatore gigas fortissimus et aspectu terribilis, nomine Libæus, qui de mandato Augusti cum Christianis dimicans, eos brachiis ad se constringens ad terram allidebat, statimque spiritum exhalabant. Multi etiam alii ab imperatore diversis pœnis affligebantur. Cum autem Demetrius esset in carcere positus, scorpionem juxta pedes suos cauda eum percutere satagentem vidit, quem edito crucis signaculo statim exstinxit. Cui oranti confestim angelus apparuit, atque in Christo confortans coronam capiti ejus imposuit. Verum dum imperator cogitaret Demetrium cum Libeo experiri, Nestor quidam Christianus se nocte sancto Demetrio obtulit dicens, quod certamen hoc assumere deliberasset, rogans, ut sanctus martyr pro se Dominum oraret. Qui ab eo confortatus die sequenti imperatori se præsentavit, seque Christianum asseruit, offerens se cum Libeo dimicare, et pro Demetrio certamen assumere. Dum autem imperator illum precibus retrahere non posset, victori munera promisit. Nestor igitur duellum ingressus Libeum ad terram prostravit et prostratum occidit. Imperator autem hoc videns, et gigantem, Christianorum ultorem, amisisse dolens contra ejus sponsionem Nestorem a militia solvit et de civitate ejecit; Demetrium quoque, qui ejus interfectionis causa fuerat, jussit in carcere occidi. Milites autem ad carcerem venerunt, et gladium in ejus pectore demerserunt. Sicque orans cum palma migravit ad Dominum. Cujus corpus a Christianis occultatum est propter timorem paganorum, in quo loco Deus mirabilia operabatur, ubi conctorum ægritudines sanabantur. »

46. Qui itaque hoc sancti Demetrii elogium seu encomium, a Metaphrastica ejus Vita in nonnullis præterea aliis, hic tamen, quod ad præsens institutum non faciant, non examinandis, adjunctis dissonans, contexuit, Nestorem contra Lyæum, non ut hujus audaciam superbiamve frangeret, sed ut et a periculoso hoste Christianos, quorum jam multos, singulari cum eis imperatoris jussu inito certamine, is occiderat, liberaret; et cum eodem decertandi necessitate Demetrium eximeret, singulari seu certamini commisisse, verbis recitatis, ut hæc consideranti patescet, memoriæ prodit. Verum sit ita, equidem nec sic Nestor absque noxa singulari sese contra Lyæum certamini committere potuerit. Etenim ut Christianus quisque vel ipsos, a quibus fidei causa persecutionem fideles patiuntur, tyrannos vel horum etiam duntaxat crudelitatis ministros interimat, interimereve, uti hic indubie Nestor fecerit, intendat, religionis Christianæ sanctitati repugnat, nec quidquam, quo id cum lege divina, homicidium vetante, componi utcunque queat, occurrit. Adhæc cum equidem, Lyæo occiso, facultates aliæ, quibus Christianos excruciaret, neciquo etiam daret imperator, defuturæ neutiquam essent, Nestor singulari Lyæum aggrediendo certamine non tam iniquo hoste Christianos liberare, quam de injuriis damnisque, quibus hos ille affecerat, sumere vindictam propositum habuisse debet. Nece autem cujuspiam non tam liberationem a malo, quam vindictam intendere legi divinæ æque ac religioni Christianæ sanctitati adversum, nemo utique est inficias. Quæ res cum ita habeat, enimvero, quod singulari contra Lyæum initio certamine Nestor peravit, facinus, haud recte velut sanctum atque ab ipso Demetrio approbatum, in hujus tum encomio proxime dato, tum Vitis seu Passionibus binis

præsentis § initio laudatis proponitur. Id autem, quam verum sit, ex iis, quæ de Christianorum Demetrii ætate moribus jam nunc dicam, amplius adhuc patescet.

47. Christianos tres Palæstinos Diocletianæa, qua etiam ex dicendis Demetrius occubuit, persecutione sæviente, ad pugilatus certamina, seu, ut sese arti gladiatoriæ addicerent, ab Urbano, sævissimo Palæstinæ præside, fuisse condemnatos, Eusebius *de Palæstinæ martyribus* editionis Valesianæ cap. 7 narrat. Sequenti autem capite, de aliquot Christi confessoribus, varios post cruciatus ad metalla damnatis, locutus, quid iidem tres Christiani Palæstini, lata illa in se ab Urbano præside sententia, egerint exponit. « Nec vero, inquit, hos solos (confessores scilicet ibidem ante memoratos) hujusmodi supplicia perpessos vidimus; verum etiam ex Palæstinis illos, quos ad pugilatus certamina condemnatos paulo ante retulimus, eo quod scilicet nec annonam ex principis ærario accipere, nec consueto pugilibus more quotidianis preludiis exerceri sustinerent. Quam ob causam non solum procuratoribus, sed ipsi etiam Maximino (imperatori nimirum, in Syria et Palæstina tunc dominanti) exhibiti, cum invictam in Christi confessione constantiam famis et flagrorum tolerantia declarassent, eadem cum illis, de quibus diximus, pertulerunt. » Cum ergo, uti ex hisce Eusebii verbis intelligitur, tres illi Christiani Palæstini ab arte gladiatoria, aut si mavis, singularibus pugilatus certaminibus tantopere abhorruerint, ut famem, flagra, aliaque extrema supplicia sufferre, quam vel solis artis adeo detestandæ preludiis sese dedere annonamve gladiatoribus statutam recipere, maluerint, quis, quæso, credat, vel plures Thessalonicæ Christianos, uti encomii proxime huc transcripti narratio exigit, singulari certamine cum Lyæo fuisse congressos, vel quod contra hunc Nestor inierit, a sancto Demetrio, uti et in eodem encomio et in duabus Sancti Vitis seu Passionibus, proxime laudatis, indicatur, fuisse probatum?

48. Id equidem mihi tum hisce, tum aliis, quæ supra in medium adduxi, expensis, verosimile neutiquam apparet, eaque proinde omnia, quæ suppeditatæ a Photio Anastasioque Bibliothecario de Nestore Narrationi in Metaphrastica Demetrii Vita, aliaque anonymi, e qua hæc promanasse videtur, superadduntur, pro figmentis, utut forte citius, quam sæculo nono (adi num. 43) inventis, cum Tillemontio, uti jam supra innui, habenda reor. Atque hinc etiam nec illum, qui Lyæum, uti in omnibus prorsus Demetrii Vitis seu Passionibus traditur, singulari certamine occidit, Nestorem accensere Sanctis ausim, sive interim hunc, cum Lyæum interfecisset, imperatoris jussu, uti a Metaphraste, anonymoque qui huic præluxit asseritur, neci datum fuisse, martyremque obiisse, velis, sive duntaxat, uti a Photio et Anastasio, qui ne quidem Nestorem Christianum uspiam appellant, perhibetur, promissa gladiatoribus victoriosis præmia, imperatore irato, non retulisse vitamque, cum militia solutus urbeque fuisset ejectus, confessorum more, uti, qui supra huc transcriptum e Petro de Natalibus encomium contexuit, sensisse videtur, in pace terminasse. At vero, inquies, Græci Nestorem μεγαλομάρτυρος titulo, elogioque, in quo Lyæum, singulari certamine superatum, occidisse narratur, condecoratum, ad 27 Octobris, diem, præcipuo suo officio, illi etiam tunc consecrato, celebrant, eumdemque Baronius ad hunc diem 8 Octobris, quod, quæ de eo narrantur, sancti Demetrii, tunc a Latinis celebrati, Passioni seu Actis, Metaphrasticis nimirum, sint intexta, in Martyrologium Romanum intulit, in Adnotationibus, quibus hoc illustravit, Græcorum Monologio, Sirletiano videlicet, una cum Nicephoro Callisto dictisque sancti Demetrii Actis in rem suam laudato.

49. Fateor, sic habet, pluresque etiam, quam jam nominati sint, *Fasti Græcorum sacri* Nestorem ad 29 Octobris diem sanctis accensent. Verum quid tum? Ili omnes, uti eruditis modo passim notum est, subinde etiam pro sanctis habent indignos. Quod autem ad Nicephorum Callistum, qui eadem fere de Nestore, quæ a Metaphraste narrantur, *Historiæ ecclesiasticæ* a se contextæ lib. VII, cap. 15 recenset, Baroniumque, qui, laudato pro se Nicephoro, Martyrologio Romano Nestorem inseruit, jam spectat, duorum horum scriptorum prior seu Nicephorus commenta non raro fideique admodum sublestæ narrationes adoptasse suamque in Historiam transcripsisse noscitur. Posterior vero seu Baronius non tam, quantopere sint, quæ de Nestore approbatoque hujus per Demetrium facto a Metaphraste narrantur, fidei Christianæ sanctitati opposita, considerasse, quam Monologii Sirletiani, e quo sanctos non paucos in Martyrologium Romanum intulit, seu fidem seu auctoritatem, pluris etiam quam par sit, ab eo factam spectasse videtur. Quod si hæc displiceant, quidnam tandem, quo Baronium Græcosque, qui pro sancto Nestorem colunt, adversus Decalogi homicidium vetantis auctoritatem Christianorumque, qui sancti Demetrii ætate fuerunt, a gladiatoria arte singularibusque, quæ hujus exercitia ac ludi quodammodo erant, horrorem tuearis, in medium adduces?

50. An forte ad singularem Spiritus sancti instinctum recurres, eoque, quo olim plures sanctæ virgines impulsæ necem sibimetipsis conscivisse leguntur, Nestorem ac Demetrium pariter impulsos, alterum quidem singulari certamine necem intulisse Lyæo, alterum factum istud approbasse asseverabis? Verum, utut singulari Dei instinctui, quod tamen vocari in dubium posse videtur, locum hic esse potuisse gratis etiam dederimus, ne tamen facile, quæ contra Dei legem sunt patrata, absque delicto patrata admittantur æquum esse videtur, ut vel eo, vel etiam ob rationis paritatem

ad ignorantiam invicibilem bonamque fidem eorum, qui quæ excusari opus habent admiserunt, non recurratur, nisi cum simul et de facti, quod excusatione indiget, veritate, et de viri, cui id attribuitur, sanctitate undequaque constat. Etsi autem de Demetrii quidem sanctitate, de asserta tamen, qua ineundum a Nestore contra Lyæum singulare certamen ratum habuerit, approbatione, quod hæc in Metaphrasticis sublestæ, ut supra docui, fidei actis, aliisque anonymi, e quibus hæc promanarunt, fundata tantummodo sit, neutiquam constat, uti nec de Nestoris, quæ certioribus documentis haud nititur, sanctitate.

51. Quod si nihilominus quantum ad hoc postremum ex insigni plane cultu, quo, ut dictum, ad 27 Octobris diem apud Græcos Nestor gaudet, quispiam adhuc secus sentiat, nec, ut opinionem mutet, ex iis quæ de cultu ecclesiastico subinde etiam indignis apud Græcos delato supra dixi, moveatur, meminisse illum velim, fieri facile posse, ut Nestor quispiam, a Nestore, qui Lyæum singulari certamine interfecit, distinctus, antiquitus a Græcis cultus fuerit, utque deinde, cum quis ille esset haud satis haberetur compertum, ei lapsu temporis, quæ in Photiana et Anastasiana sancti Demetrii Vitis seu Passionibus leguntur, Nestoris gladiatoris Acta, adjunctis commentitiis, qualia in Metaphrastica Sancti nostri Vita, aliaque anonymi, e qua hæc fuit contexta, reperiuntur, aucta, a Græcis, fabularum amantibus, simulque quem Nestorem colerent utcunque explicare volentibus fuerint afficta. Sane non paucos etiam apud Latinos invenire est sanctos, quorum sanctitas quidem habetur comperta, Acta autem plane incerta sunt, fabulisque conspersa. Etsi itaque Nestorem quidem, qui in Photiana et Anastasiana Demetrii Passionibus Lyæum singulari certamine superatum, occidisse narratur, pro sancto habere non ausim, Nestorem tamen, qui a Græcis ad 27 Octobris insigni cultu afficitur, e sanctorum numero certo expungendum non affirmo, etsi interim, quisnam ille fuerit, rejectis, quibus ibidem celebratur, Actis edicere haud queam.

§ V. *Demetrius capitur, martyrioque afficitur. Quandonam id factum, et quis Lupus, qui servus ejus fuisse dicitur, exstiterit.*

52. Miraculis multis sanctum Demetrium, cum in vivis adhuc esset superstes, inclaruisse, et tamen, ut imperatori Maximiano, cujus jussu necatus fuit, odio exstiterit, non tam ex his quam ex ethnicorum, quos ad fidem Christianam adduxerat, multitudine factum esse, num. 38 et seqq. transcriptis encomii ibidem laudati, quo Demetrium celebravit, verbis non obscure indicat Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus. Et vero cum Maximianus summo sane odio religionem Christianam haberet, nullo prorsus ex capite, quidquid interim de patratis a Sancto adhuc vivente miraculis sit, Demetrium magis, quam ex insigni ethnicorum ab errore per illum, ut supra docuimus, ad fidei veritatem adducta multitudine imperatori isti displicuisse, facile quisque in animum inducet. Nec quidquam, unde contrarium colligas, qui Sancti seu Vitam seu Passionem in litteras miserunt, suppeditant. Solius anonymi, ab Anastasio Bibliothecario Latine redditi, ad rem hanc utcunque facientia verba, quæ, simul qua occasione Demetrius captus atque ad Maximianum fuerit adductus, exponunt, citandaque infra adhuc sunt, huc transcribo. Sic habent : « Cum imperator Maximianus in Thessalonicensium degeret civitate, homo superstitiosus piæ religionis auditores persequebatur, et interficiebantur ab eo. Inter quos erat beatus Demetrius, manifestum faciens semetipsum absque ullo timore, qui a juventute et bona egerat opera, et alios docuerat. Docebat enim, qualiter divina Sapientia descenderit ad terram de cœlo, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, vivificaret sanguine proprio. Cum hæc et alia multa prædicaret, quidam ministri imperatoris, qui ad capiendos Christianos fuerant deputati, tenentes sanctum Demetrium imperatori obtulerunt Maximiano. »

53. Ita hactenus anonymus Sancti biographus laudatus. Verum quid de Demetrio, cum ad Maximianum captivus fuisset adductus, primum is egerit, non exponit ; exponit tamen, quæ apud Photium exstat, Sancti Passio seu Vita. Verba, quibus id facit, hæc sunt : « Ibat vero tyrannus (Maximinus nimirum) ad spectaculum gladiatorum, et martyr vinctus ad illud stadium, quo prope erat, ab impiis ministris tanquam Christianus vita ac doctrina adducitur. Ille ad spectaculum festinans sanctum virum jussit prope stadium, cui publicum balneum vicinum erat, in fornice custodiri. » In Metaphrastica Sancti Vita, aliaque anonymi, quæ ex hac est contexta, nonnulla Maximianum inter et sanctum Demetrium verba, ultro citroque, priusquam hic illius jussu fornici includeretur, habita referuntur. Verum tum hæc tum alia, quæ in binis illis lucubrationibus occurrunt, atque ab Anastasiana et Photiana Sancti Vitis absunt, fidem integram, utut etiam nec absona, nec vero absimilia videri queant, non merentur, utpote satis antiquo quod eum in finem requireretur testimonio destituta. Porro qui tandem factum sit, ut Sanctus quem Maximianus, cum ad spectaculum properaret, fornici ad tempus jusserat includi, martyrii palmam lanceis confossus retulerit, in Photiana Demetrii seu Vita seu Passione hisce narratur verbis : « His dictis, in arenam (Nestor nimirum) descendens confestim eum qui omnium judicio primas ferebat, prostratum necavit ; sed nihil consecutus est eorum quæ victoribus proposita erant ; intolerabili vero dolore et ira tyrannum complevit, et surgens e cathedra, ira incensus illinc impius domum discedit. Cum vero illi quidam a Demetrio martyre nuntiarent sermones, quasi furore atque impietate ebrius, simulque ratus omen infaustum oblatum,

cum Sanctus ei ad stadium properanti occurrisset, hastis eo quo concludebatur loco jubet interfici. »

54. Huic Photianæ Vitæ narrationi satis consonat, quam Anastasiana suppeditat, nec multum ab ea, si narrata de Nestore supra discussa excipias, abludit Metaphrastica Sancti Vita, alteraque anonymi, quæ, ut supra docui, ex hac promanasse videtur. Jam vero, cum id ita sit, nec monumenta antiqua alia, quæ illis Sancti Vitis hac in re repugnent, inveniantur martyrii, quod Sanctus subiit genus habemus compertum. Verum, quid de tempore, quo id accidit, pronuntiandum? Quod si Joanne, Thessalonicensi archiepiscopo sæpissime jam laudato, standum sit, id certe ante annum 314 haud evenerit. Scriptoris hujus, e quibus id colligo, Græca verba encomii ab hoc contexti verbis num. 39 recitatis proxime subjecta, ut quidquid, quod litteris ab eo mandatum habemus, cum lectore communicem, una cum adjuncta versione Latina huc transcribo. Sic habent: Εἰκὸς μὲν οὖν καὶ ταῦτα διαβόητον αὐτὸν κομιδὴ καθιστᾷν, τὸ δὲ μᾶλλον αὐτοῦ τὴν φήμην ὑψῶσαι, καὶ παρὰ ταῖς ἄλλαις πατρίσι τοῦτο γεγονέναι φημίζεται. Ἐπέστησαν αὐτῷ, φασὶ, διδάσκοντι, ὡς καὶ τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν Ἰησοῦ οἱ πειρασταὶ Σαδδουκαῖοι.... οὕτω καὶ τῷ μαθητῇ τοῦ Χριστοῦ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι, Ἕλληνες ἐξ Ἀθηνῶν, καὶ Ἰουδαῖοι ἐξ Ἱεροσολύμων, καὶ Μανιχαῖοι ἐκ Μεσοποταμίας, καὶ ἀπὸ Ἀλεξανδρείας Ἀρειανοὶ (πρὸ πολλοῦ γὰρ τῆς αὐτῶν καθαιρέσεως τὴν οἰκουμένην ἐτάραττον καὶ ἁπλῶς πάσης σχεδὸν αἱρέσεως παραγεγόνασι πρόμαχοι).... μαθεῖν.... θέλοντες.... μᾶλλον δὲ οὐ μαθεῖν (πονηρία γὰρ ἀνορεξία πέφυκεν ἀγαθοῦ), ἀλλα πειρᾶσαι καὶ διαστέψαι [τῆς πίστεως τὴν εὐθύτητα.

55. Καὶ ὁ μὲν Ἕλλην ἠρέμα πως καὶ εἰρωνευόμενος, ἅτε δὴ ταῖς συλλογιστικαῖς ἐπικομπάζων, καὶ τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα δεικνύναι, καὶ τὰ ὄντα πάλιν ὡς μὴ ὑπάρχοντα, ἠρώτα τὸν μάρτυρα, ὅπως περὶ τοῦ θείου δοξάζοι· τὸν δὲ ἀποκρίνασθαι ἕνα Θεὸν ὁμολογεῖν ἄκτιστον καὶ ἀΐδιον, ποιητὴν πάντων ὁρατῶν καὶ ἀοράτων, καὶ διὰ τοῦτο καὶ Δεσπότην καὶ προνοητήν. Κἀγὼ, ἔφη ὁ Ἕλλην, οὕτω φρονῶ· τῆς γὰρ Σωκράτους εἰμὶ διατριβῆς, οὐ τῆς Ἐπικούρου καὶ τῶν κατ' αὐτόν. « Ut hæc itaque illum sane celebrem efficerent, seu potius famam ejus extollerent opportebat, idque in aliis etiam regionibus factum narratur. Quemadmodum, aiunt, insurrexerunt in Dominum Jesum, Deum nostrum, tentatores Saducæi.... ita etiam in Christi discipulum, gloriosissimum martyrem, ethnici ex Athenis, et Judæi ex Jerusalem, et Manichæi ex Mesopotamia, et Ariani ex Alexandria (diu enim, antequam extirparentur, mundum universum hi turbavere, omnisque fere hæreseos propugnatores fuere)... discere volentes... seu potius non dicere (malitia enim bonum fastidit), sed tentare fideique rectitudinem pervertere. Ac ethnicus quidem quodammodo dissimulans syllogistice quippe sese, quæ non sunt, quasi sint, iterumque, quæ sunt, quasi non sint, monstrare ostentans, martyrem rogavit, qui de Deo sentiret, cumque hic respondisset, sese unum Deum increatum ac æternum, rerum omnium visibilium ac invisibilium factorem, ideoque et Dominum et provisorem confiteri. Et ego, dixit ethnicus, ita sentio; doctrinæ enim Socratis, non Epicuri, et eorum qui cum hoc sentiunt sectator sum. »

56. Hisce porro verbis dicto encomio bene prolixo, quo sanctum Demetrium a doctrina potissimum laudat, alia plurima, quibus Sanctus, cum ethnico, Manichæo, Judæo et Ariano ultro citroque habitis, herum heterodoxorum singulos confutarit, victasque tandem sibi dare manus compulerit, intexit, plurimosque simul tum exstitisse Arianos, luculentissime, uti enconium illud consulenti patescet, loco non uno indicat. Jam vero, cum hæc ita habeant, necesse est, ut Arianam hæresim jam tum, cum Sanctus noster in vivis esset adhuc superstes, fuisse exortam ac pervulgatam Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, existimarit, ac proin sanctum Demetrium ante annum 314, utpote ante quem certe annum (adi Franciscum Pagium in *pontificum Romanorum Breviario*, tom. I, pag. 75) impia illa secta initium haud accepit, martyrio non fuisse coronatum. Verum hæc scriptoris illius opinio nentiquam potest admittit; Demetrius enim Thessalonicæ, uti inter omnes convenit, subiit martyrium. Macedoniam autem totam, ac proin etiam sitam in hac Thessalonicam jam inde ab anno 314, uti apud Tillemontium, in *Imperatorum Romanorum Historia*, tom. IV, p. 162, videre licet, Constantinus Magnus, sub quo sane Sanctum martyrio affectum nemo dixerit, in potestate sua habuit, deincepsque ad annum usque 337, ei emortualem, ad quem usque Demetrii martyrium differri certissime non potest, habere perrexit.

57. Adhæc Demetrius, uti jam nunc docebo, sub imperatore, cui Maximiano nomen esset, martyrium subiit; nullus autem imperator, nomine Maximianus, post annum 311, quo Galerius Maximianus, uti ad hunc annum Pagius in *Criticis*, Tillemontius *Historiæ imperatorum* tom. IV, pag. 116, aliique passim docent, diem extremum clausit, Thessalonicæ dominatus est; ut enimvero, omnibus, quæ jam dicta sunt, consideratis, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, aut veram martyrii, a Demetrio tolerati, epocham penitus ignorarit, aut certe eam serius, quam rei veritas patiatur, traditione, quam allegat, deceptus differendam putarit. Verum quodnam tandem tempus eventui isti assignandum? Maximiano imperatore in urbe Thessalonicensi degente, sanctum Demetrium captum ac necatum fuisse vita ejus seu Passio tum Anastasiana tum Photiana docet. Hisce etiam hac in re consonant aliæ duæ Sancti Vitæ, Metaphrastica videlicet, alteraque, e qua hæc promanavit, ab anonymo contexta. Verum hæ

Maximianum, sub quo Sancti martyrium collocant, Herculium etiam vocatum fuisse perperam asseverant. Etenim Maximianus Herculius Thessalonicæ, uti ex iis quæ de hoc imperatore Tillemontius in *Imperatorum Romanorum Historia* tom. IV, scribit, palam fit, dominatus nunquam est; ut adeo cum Sanctus certo ibidem passus sit, id sane sub Maximiano Herculio haud evenerit. Nec Græca Sancti Vita e Leone Allatio supra laudata hisque inchoata verbis : Ὅτε Μαξιμῖνος ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ Θεσσαλονικέων διῆγει πόλει, melius id sub Maximino factum statuit, idque sive primum, sive secundum hujus nominis imperatorem intelligamus.

58. Maximinus enim hujus nominis primus Thessalonicæ, postquam imperii habenas suscepisset, verosimillime, uti ex iis quæ de eo memoriæ proditæ inveniuntur, facile intelliges, nunquam fuit. Quare cum Sanctus Thessalonicæ martyrium, dum is qui imperator erat in urbe illa versaretur, ex omnium prorsus, qui de re hac tractant, scriptorum testimonio subierit, id enimvero sub Maximino hujus nominis primo accidisse non potest; quod præterea ne astruatur, impedit unanimis eruditorum omnium opinio, quæ serius quam anno 240, quo Maximinus, hujus nominis primus, e vivis excessit, Demetrium, fuso pro Christo sanguine, retulisse martyrii palmam statuit. Quod autem ad Maximinum hujus nominis secundum jam spectat, non magis ad hunc, quam ad Maximianum Herculium, Thessalonica unquam spectavit, uti ex iis quæ de eo apud Tillemontium, plus semel jam laudatum, in *imperatorum Romanorum Historia* tom. IV, aliosque scriptores memoriæ prodita passim occurrunt, manifestum est. Quapropter nec sub illo, uti ex jam dictis facile colliges, Sancti nostri statui potest martyrium. Ex hisce porro omnibus jam fluit, primo quidem, ut in laudata a Leone Allatio Græca Demetrii Vita seu Passione ex errato Græcis admodum communi, quo Maximini et Maximiani nomina solent confundi, Μιξιμῖνος pro Μαξιμιανὸς perperam scribatur, uti etiam ex iis quæ num. 7 in medium adduxi satis liquet; deinde vero ut Sancti nostri martyrium sub Maximiano Galerio, qui sub anno 305, uti inter eruditos modo convenit, ad annum usque 311, ei emortualem, imperatorem egit, totoque illo tempore Macedoniam ac proin etiam, quæ sita in hac est, Thessalonicam in potestate sua habuit, statuendum sit. Verum quo Christi anno?

59. Cum Maximianus Galerius anno 311 (adi ad hunc annum, num. 15, Pagium in *Criticis*) e vivis excesserit, Demetrii martyrium ultra eumdem annum nequit differri, imo vero, cum idem imperator toto anno 310 gravissimo morbo laborarit, tuncque, cum Sanctum jussit occidi, valetudine optima usus sit, verosimilime etiam ante hunc annum statui debet; quanto autem tempore circiter, jam nunc dicenda verosimile utcunque efficient. In Metaphrastica Sancti Vita, alteraque anonymi, quæ Metaphrasti præluxit, Sanctum nostrum tunc, cum, Gothis Sarmatisque devictis, Maximianus, qui tamen ut jam docui, in binis illis lucubrationibus Herculius perperam vocatur, Thessalonicam venisset, martyrio fuisse affectum non obscure traditur. Etsi autem Metaphrastes anonymusque, e quo is sua decerpsit, fidem indubitatam, uti ex jam supra dictis pronum est eruere, minime hic mereantur, non est tamen, cur quod hic pro tempore, quo Sanctus subiit martyrium, propius determinando suppeditant, pro verosimili saltem non habeatur. Cum ergo secundum illos Sanctus eo tempore, quo Maximianus, Gothis Sarmatisque devictis, Thessalonicam venit, martyrio fuerit coronatus, quonam ille tempore Gothos Sarmatasque devicerit, examinemus.

60. Belli adversus Sarmatas, quibus Gothi juncti esse potuerint, a Maximiano Galerio gesti, victoriæque abs hoc de illis relatæ Tillemontius tom. IV *Historiæ imperatorum*, pag. 89, meminit, additque bellum illud, cujus alibi, quam apud Zonaram et Ammianum Marcellinum, quos ibidem citat, memoria non inveniatur, vel anno 305 vel sequentis initio esse affigendum. Jam vero cum præter bellum, a Tillemontio hic memoratum, bellum aliud, quo Galerius Maximianus, jam nimirum, ante quod certe tempus Demetrium haud jussit occidi, imperator creatus, Gothos Sarmatasque vicerit, revera notum non sit, scriptoreque illo, quantum ad tempus, quo bellum, cujus meminit, gestum scribit, standum videatur, Sanctum nostrum, quod eum post gestum a Galerio Maximiano contra Gothos Sarmatasque bellum pro Christo occubuisse, Metaphrastes simul, ut jam dictum, et anonymus qui ei præluxit luculenter indicent, martyrii palmam anno circiter 306 retulisse verosimile existimo, hincque supra in margine annum illum ascripsi.

61. Nunc etiam de die, quo Sanctus, fuso pro fide Christiana sanguine, martyr occubuerit, pauca dicamus. Elogio, quo in Meræis ad 26 Octobris diem ornatur; sequentes hi, in quibus ad martyrii, quod subiit, genus, cum passione lateris Christi similitudinem quampiam habens, alluditur, præmittuntur versiculi :

Δημήτριον νύττουσι λόγχαι, Χριστέ μου.
Ζηλοῦντα πλευρᾶς λογχονύκτου σῆς πάθους.
Εἰκοστῇ μελίζει Δημήτριον ἕκτῃ ἀνετλον.

Priores duo e versione, quam ipsis adaptavi, tertiusque ex adaptata ei a Papebrochio in *Ephemeridibus Græco-Moscis* interpretatione Latine ita sonant: *Demetrium lanceæ confodiunt, Christe mi, Passionem lateris tui, lanceæ confossi, æmulantem. Vicena et sexta Demetrion hasta peremit.* Sanctus itaque vicesima sexta Octobris die martyrium subiisse in Menæis asseritur. Etsi autem Menæa fidem certam, uti satis notum est, in similibus haud mereantur, illa tamen hic certo falsa esse asseverare non ausim. Nec est, quod reponas, Demetrium in Martyrologio Romano, tum veteri, tum hodierno ad 8 Octobris diem celebrari, idque

etiam in aliis omnibus,qui Demetrii meminerunt, Latinorum Fastis sacris fieri. Etsi enim id ita sit, hi sanctos,uti omnibus eruditis compertum habetur,non semper iis diebus quibus felici obitu migrarunt ad Dominum,celebrare solent, nec qui ex illis sanctum Demetrium octava Octobris die recolunt,hac illum martyrio fuisse coronatum uspiam asseverant. Sanctum itaque pro Christo 26 Octobris die reipsa occubuisse,omni prorsus probabilitate carere non videtur, etsi interim pro certo neutiquam possit haberi,quod in sufficientis antiquitatis fideique documentis fundatum non sit.

62. Cæterum alia non suppetunt,quibus annum ac diem, quo Sanctus martyrii palmam retulerit, determinem. Ad id, quod discutiendum adhuc hic est, jam progredior.In Metaphrasticis Sancti Actis, quibus, quæ anonymus, Metaphraste antiquior, concinnavit, consonant, martyrii a Sancto nostro tolerati narrationi sequentia subduntur : « Quidam ex Sancti (Demetrii nempe) famulis stans prope eum, quando beatam illam subiit cædem, cum, ut potuit, divinum illum sanguinem collegisset in sacra martyris superhumerali,et quem manu gestabat,annulum accepisset, et martyris sanguine tinxisset, per ipsa faciebat plurima miracula. Neque erat ullus morbus,neque malus dæmon tam fortis, quin statim,si illius fecisset periculum, superaret, adeo ut tali fama miraculorum incoleretur tota civitas Thessalonicensium. Quocirca nec erat consentaneum ea latere Maximianum, nec ferre posse invidiam ; et ideo capitur protinus famulus, horum bonerum procurator, et interficitur. Tribunal locus, in quo fuit occisus ; Lupus autem vocabatur egregius ille famulus. »

63. Majores nostri ad diem 23 Augusti,quo sanctus Lupus seu Luppus martyr, Martyrologio Romano, Menæis Græcorum excusis, Monologio Sirletiano, aliisque non modo Græcorum ac Latinorum, sed et aliarum nationum Fastis sacris inscribitur, num sanctus hic martyr cum Lupo in sancti Demetrii Actis per verba jam nunc recitata memorato unus idemque sit inquisivere. Ac verisimilius quidem ipsis visum est, Lupum martyrem, Fastis sacris ad dictum diem insertum, cum Lupo sancti Demetrii famulo,qui in hujus Actis commemoratur, unum esse atque eumdem. Verum cum nihil, quo hanc suam opinionem sat firmiter stabilirent,suppeteret, rem accuratius ad hunc diem, si quid interea lucis affulgeret, examinandum remisere.Ut itaque,quod faciendum illi quodammodo promiserant, præstarem, diversa quæ ad manum sunt sancti Demetrii Acta, monumentaque alia, e quibus forte quid lucis affulgere posse putabam, sedulo discussi, uti etiam quæcunque de Lupo martyre, Fastis sacris ad diem 23 Augusti inscripto, litteris consignata uspiam reperi.Verum nihil omnino invenire contigit,unde opinionem, quæ Actorum sancti Demetrii Lupum alterumque, Fastis sacris ad 23 Augusti diem insertum,statuit eumdem solide confirmare queam. Quare illam, maxime quod ambobus illis Sanctis famularis seu servilis conditio, titulus martyrii,nomenque,quo vocantur sint communia, nec quidquam,quod eos certo distinguendos suadeat,uspiam occurrat,verosimilem, imo opposita verosimiliorem,cum dictis majoribus nostris pronuntiare contentus§huic finem impono.

§ VI. *Sancti memoria in Fastis sacris, cultus ecclesiasticus, quo universim hodieque apud Græcos gaudet, atque olim fuit gavisus.*

64.Etsi quidem Sancti non pauci,quibus Demetrii nomen fuerit,tum in majoribus apud Florentinium, tum in minoribus seu contractioribus,quæ ab hoc aliisque vulgata sunt, Hieronymianis apographis inscripti ad diversos anni dies occurrant, nullus tamen eos inter est,qui vel ad hunc diem, Sancto nostro apud Latinos sacrum, vel ad 26 Octobris, eidem apud Græcos dicatum,celebretur,aut saltem unus idemque e characteribus quibus distinguitur cum Demetrio nostro tuto possit statui. Verum, quamvis forte, uti inde consequitur, Fastis illis sacris, qui reliquis omnibus antiquiores habentur, Sanctus noster nuspiam sit insertus, eum tamen pro Sancto antiquitus habitum fuisse hodieque haberi vel multiplices etiam ostendunt, in quibus celebratur, variarum nationum, qui ab Hieronymianis sunt distincti, Fasti sacri tum antiquiores, nec multum antiquitate Hieronymianis cedentes, tum etiam minus antiqui.

65. Ac primo quidem, ut a Fastis Latinorum sacris enumerandis ducam initium, Demetrius in Martyrologio Romano parvo seu veteri, quod paris fere cum Martyrologio, quod sancti Hieronymi nomine circumfertur, vetustatis censetur,hodie annuntiatur paucis hisce verbis: «Thessalonicæ,Demetrii martyris. » Sanctum porro, e vetustissimo isto Martyrologio acceptum.Ado primum ac deinde ex hoc Usuardus et Notkerus, antiquis, quos classicos vocamus, Martyrologis accensiti omnes, in Martyrologia a se concinnata ad hunc pariter octavum Octobris diem intulerunt, quod etiam, etsi interim, quo determinato duce usus hic sit, haud sciatur, Wandelbertus fecit, in metrico suo Martyrologio Demetrium hodie ita celebrans :

Octavo ante Idus, Demetri sancte, bearis,
Nomine pro Christi tortores passus iniquos.

Martyrologis classicis seu antiquioribus, e quibus interim Rabanus et, qui tomo II Martii præfixus apud nos exstat, genuinus forte Beda, non secus ac Hieronymiana apographa, Demetrium prætereunt, recentiores præterea Ecclesiæ Latinæ hagiologi non pauci sese adjunxere, Belinus videlicet, Maurolycus,Gelesinius, Molanus aliique,quos cum omnes hic enumerare, aut etiam quas suppeditant annuntiationes transcribere, operæ pretium non sit, iis præteritis, adhuc verba duntaxat,quibus hodie quoque Martyrologium Romanum Demetrium celebrat,huic transfero.Sic habent : « Thessalonicæ sancti Demetrii proconsulis, qui, cum plu-

rimos ad Christi fidem perduceret, Maximiani imperatoris jussu lanceis confossus martyrium consummavit. »

66. Quod jam ad sacros aliarum nationum Fastos spectat, non solum apud Græcos, e quorum Hagiologiis vix ullum, quod Demetrii non meminerit, invenias, Sancti nostri memoria recolitur, verum etiam apud Æthiopes, Russos seu Moscos, Coptitos ac Lyros : apud Æthiopes quidem in Calendario Æthiopico apud Jobum Ludolphum, apud Russos autem seu Moscos in Slavo-Russico, quod Latine a se redditum nobilissimus baro de Sparwenfelt nobiscum communicavit, Monologio, in præfixis operis nostri tom. I Maii Ephemeridibus Græco-Moscis, uti et in Ruthenico apud Possevinum Kalendario, Ruthenicoque item, quod Moscua anno 1688 Georgius David, Societatis nostræ sacerdos, ad nos misit, Synaxario. Quod vero ad Coptitas ac Syros pertinet, apud hosce quidem in Syriaco seu Chaldaico, typis Romanis anno 1624 vulgato, quod Latine dein redditum penes nos ms. exstat, Kalendario : apud illos vero in Coptico, quod habemus, quodque a Kirchero, Societatis nostræ sacerdote, in linguam Latinam fuisse conversum suspicamur, Kalendario ms. Sancti nostri nomen memoratur. Ac in illis quidem omnibus enumeratis Fastis sacris Æthiopes, Russi seu Mosci, Coptitæ ac Syri non, quemadmodum Latini, ad 8, sed ad 26 Octobris diem Demetrium celebrant, Græcos verosimillime, ne dicam indubie, imitati, qui ad eumdem pariter 26 Octobris diem, contra ac Latini faciunt, in omnibus prorsus, qui Demetrii meminerunt, Fastis sacris, usitari apud ipsos solitis, Sanctum commemorant.

67. Verum ut quid alio die Græci, alio Latini in sacris Ecclesiæ suæ usui destinatis Factis Sanctum consignant ? Non raro apud Latinos fit, ut Sancti, non iis diebus, quibus Vitam cum morte commutarunt, sed aliis, qui Sanctorum aliorum cultu impediti non sunt, veneratione ecclesiastica afficiantur. Quid si ergo Sanctus olim apud Latinos, non die, qui ei emortualis obtigerat, sed alio, quo, Sancti alterius veneratione haud impedito, cultu ecclesiastico apud eos afficiebatur, sacris quoque Fastis per eosdem fuerit inscriptus, idque apud Græcos eo ipso, qui ei emortualis fuisset, die 26 Octobris fieri contigerit ? Enimvero hinc factum, ut Demetrii nomen Octobris die 8 apud Latinos, 26 vero apud Græcos Fastis sacris fuerit insertum mihi haud prorsus vero apparet absimile, maxime cum Sanctum 26 Octobris die martyrii palmam retulisse Græci in Menæis, ut supra docui, expresse affirment, reque etiam ipsa forte is, ut supra pariter docui, die illa ad Dominum migrarit. Utut sit, Sanctus equidem, uti ex jam dictis liquet, in Latinorum æque ac Græcorum Fastis sacris celebratur. Quoniam autem de cultu ecclesiastico, qui ei fuerit delatus, sermo jam incidit, rei argumentum monet, ut de eo jam sermonem faciamus.

68. Quod ut magis ordinate faciam, primo quidem de cultu ecclesiastico, quo Demetrius universim apud Græcos hodieque gaudet, atque olim fuit gavisus ; deinde vero de eo, quo nominatim tum Thessalonicæ, tum Constantinopoli ab ipsis etiam Orientis imperatoribus eorumque aula fuit honoratus, tractabo, ac tandem venerationis, qua Sancto alibi etiam, quam apud Græcos, aut modo adhuc defertur aut certe olim fuit delata, explanatione Commentarium hunc terminabo. Græci ipsum suum ad 26 Octobris diem de sancto Demetrio, brevi duntaxat, quam tunc, ut sæpe alias, instituunt, aliorum aliquot sanctorum commemoratione adjuncta, faciunt officium. Quisque ita rem habere comperiet, qui magna Græcorum Menæa excusa, Typicum, sancti Sabæ nomine insignitum, novissimumque, quod anno 1738 impressum notatur, Anthologium ad dictum 26 Octobris diem inspexerit. Verum a quo tempore ecclesiasticus ille cultus sancto Demetrio a Græcis qui eum præterea honorificentissimis μεγαλομάρτυρος atque ab rationem infra dicendam μυροβλύτου titulis condecorant, cœpit deferri ? Cum in præfato, quo in Menæis Sanctus celebratur, ecclesiastico Officio commemoratio terræ motus, qui sub Leone Isauro evenit, instituatur, hicque imperator sæculo octavo, ad mediam fere sui partem provecto, obierit, id sane quantum ad commemorationem illam nequit esse hoc sæculo antiquius, eritque fortassis, qui eidem vel propterea nec quantum ad reliqua majorem antiquitatem attribuat. Verum, utcunque res hæc habeat, Sanctum equidem diu etiam ante sæculum octavum officio ecclesiastico universim a Græcis cultum quotannis fuisse, verosimillimum mihi apparet, tum ex iis, quæ quantum ad ejus antiquissimum Thessalonicæ juxta ac Constantinopoli cultum infra dicturi sumus, tum vel maxime ex singulari, qua sæculo illo, imo etiam diu ante, apud Græcos gavisus fuit, veneratione simul et nominis celebritate ; quam utramque sancti nostri martyris prærogativam probatam nunc do.

69. Sanctus Theodorus Studita, qui sæculo octavo senescente sequentisque initio floruit, apud Sirmondum *Operum variorum* tom. V, pag. 208 in epistola, quam ad Joannem Spatharium dedit, ita scribit : «Divinum quoddam facinus a dominatione tua factum audientes, mirati sumus ob magnam revera fidem tuam, homo Dei. Affirmat enim qui retulit, te sacram magni martyris Demetrii imaginem susceptoris cujusdam loco adhibuisse, atque ita filii tui a Deo custoditi baptismum peregisse. Et o fiduciam tuam! *Non inveni tantam fidem in Israel* non solum centurioni tunc a Christo dictum arbitror, sed nunc etiam tibi qui fide certas cum illo. Invenit ergo ille quod quærebat ; adeptus es et ipse quod sperasti. Ibi divinum mandatum pro corporali præsentia : hic corporea imago vice prototypi. Ibi enim verbis aderat magnum Verbum, divinitate sua mirabile sanitatis opus invisibiliter

perficiens; et hic pariter magnus martyr imagini suæ spiritu præsens erat, infantem suspiciens. Verum hæc profanis quidem auribus et incredulis mentibus minime recipienda, tanquam incredibilia, videntur, maxime iconomachis; pietati vero tuæ manifesta argumenta et exempla patefacta sunt. Quid enim est quod Deus præstare credentibus non possit? Aut quomodo in imagine non homonyme cernitur et inesse creditur qui repræsentatur? «Imaginis siquidem honor, ut magnus ait Basilius, transit ad prototypum.» Quare manifestum est martyrem fuisse, qui infantem per propriam imaginem suscipiebat, quatenus ita credidisti. Sed o magnificentiam tuam, qui talem ac tantum syntecnum, ut vocant? sortitus es, non hunc vel illum principem puta vel dynastam, aut ipsum etiam qui diademate redimitus est. Major enim longeque superior est quem reperisti.

70. «Martyrum quippe fortissimus, mirificorum clarissimus, germanus Christi amicus, angelorum civis: qui tot tantaque in terris semper potuit potestque, ut in omnibus oris miraculorum suorum tuba celebretur. Beatus reipsa es, vir piissime, quod talem nactus sis susceptorem: ter beatus est filius tuus, qui a tanta gloria et potentia prædito susceptus sit. Nobis vero videre liceat hunc filium tuum sancti Demetrii cognominem, si annuis: ut, tanquam ipsius filium amplectentes, et congruis ipsi verbis, ut peccatores, compellemus, et rem gestam ad alios quoque transmittamus. Nec enim res pulchras sileri convenit, sed aliis ad piæ fidei clara documenta proponi.» Enimvero et factum plane singulare, quod hic laudatur, et verba, quibus id a Theodoro Studita sit, eximiam prorsus erga sanctum Demetrium tum Joannis Spatharii, qui forte cum Joanne Protospathario et Bajulo, ab Irene electo atque apud Teophanem ad annum imperatricis hujus decimum memorato, unus idemque est, tum ipsemet Theodori Studitæ venerationem arguunt. Adhæc cum hic sanctus scriptor, qui, quemadmodum jam docui, sæculo octavo senescente sequentisque initio floruit, tot tantaque in terris Demetrium semper potuisse ac porro posse, per verba recitata affirmet, ut in omnibus oris miraculorum ejus tuba celebretur, præbet sane, unde non immerito, Sanctum nostrum insigni apud Græcos nominis celebritate juxta ac hinc orta veneratione diu etiam ante sæculum octavum enituisse arbitremur.

71. Quod cum ita sit, quin abs his ille pariter, non secus ac clariores sancti alii, officio ecclesiastico honoratus jam tum fuerit, vix dubitandum apparet, maxime cum festivam ejus lucem Thessalonicæ jam inde a sæculo sexto verosimillimeque etiam citius quotannis celebrari contigerit, uti infra ostendam. Porro Demetrius non tantum officio ecclesiastico, vero etiam festo annuo, quo sacri cultus seu sacrosancti Missæ sacrificii tempore jus dicere nefas esset, apud Græcos, si non ante sæculum octavum; certe ante sæculum tertium decimum fuit honoratus. Liquet id ex data anno mundi secundum Græcos 6674, id est, æræ Christianæ 1166, per Emmanuelem Comnenum imperatorem de diebus, quibus aut omnino aut ex parte tribunalibus feriandum, seu a jure dicendo abstinendum esset, Novella. In hac enim, quæ in Jure Græco-Romano, per Leunclavium anno 1596 Francofurti vulgato, pag. 160, et apud Photium in Nomocanone titulo septimo, pag. 58 et seqq. exstat, imperator verbis sequentibus, a Leunclavio e lingua Græca in Latinam conversis, ita primum loquitur: «Sancimus, ut illi dies feriati sint, quos in præsenti constitutione nominatim enumerabimus; et ut alii quidem eorum ferias in universum habeant, ut nequaquam, toto ipsorum durante spatio, constitui judicium possit, nisi fortassis imperator per dispensationis modum, vel ob necessitatem (ut multa sæpenumero subita quædam rerum varietas licentius novare solet) in iis quoque judicium constituere voluerit; alii vero ex parte a judiciis vacent, ut ea videlicet exerceantur a matutino tempore usque ad tempus sacri cultus seu potius (Græce enim habetur λειτουργίας) *missæ sacrificii*, quo judicibus tam precationi, quam celebrationi divini Numinis intentis esse liceat, ac peracto sacro justitiæ curam gerant, et injurias perpessis juxta vigorem legum succurrant.

72. Sed tamen in quibus in hunc modum post cultum sacrum jus dicere permissum est, in conficiendis abs se notationibus ac instrumentis mentionem temporis faciant, quo confecta sint.» Hisce porro præmissis, primo dies omnino feriatos seu quibus totis a dicendo jure vacandum sit, enumerat, ac deinde ad eos quibus ex parte tantum vocationem tribunal habet, progreditur, iisque 26 Octobris diem, «quod is magno, ut ait, et unguentis scaturienti Demetrio festus agatur,» accenset. Quin itaque Demetrius festo annuo, cujus parte aliqua a jure dicendo vacandum esset, a Græcis ante sæculum tertium decimum honoratus fuerit, ambigendum non est. Porro fuisse quoque per festi illius partem ab operibus servilibus abstinendum Bailletus, tom. III *Vitarum* col. 115 ad 8 Octobris diem affirmat. Atque id quidem, utut in laudata Emmanuelis Comneni imperatoris Novella espresse non assertum, verosimillimum apparet. Verum is scriptor de festo illo, quod comparate ad festa alia omnino feriata secundæ duntaxat classis festum primum fuerit, hæc præterea ibidem addit: «Adeo celebre post factum est, ut haud minoribus, quam primæ classis festa, cæremoniis celebratum fuerit, estque de præcepto per totum diem hodieque observandum.» Ita ille, in margine, quæ Smith. *Statuta Græcæ Ecclesiæ*, pag. 12, habent, pro se citans. Verum, cum opus hoc ad manum non sit, fidem quantum id quod verbis recitatis docet, penes ipsum stare volo, et ad alia modo, quæ ad Sancti cultum spectant, gradum facio.

§ VII. *Quam eximius Thessalonicæ cultus Sancto fuerit delatus, et quam quidem antiquus is sit.*

73. Eximia plane veneratione cultuque ecclesiastico Thessalonicæ Joannis, civitatis hujus archiepiscopi, sæpissime jam supra laudati infraque laudandi, ætate seu seculo septimo gavisum fuisse sanctum Demetrium, vel e solis, quibus hunc scriptor ille *Miraculorum edendorum* lib. I frequentissime condecorat, honorificentissimis, iisque duntaxat, qui pro sanctis coluntur, dari solitis titulis haud omnino inepte conjicias. Verum ne conjecturis tantummodo utendum hac in re sit, is ipse etiam scriptor facit. Etenim encomium jam supra plus semel citatum binisque hisce Μνήμην δικαίων verbis inchoatum, quod ad Thessalonicenses de sancto Demetrio dixit, sese tunc, cum festiva ejus lux ageretur, dixisse ab ipso statim dicti encomii initio indicat, ita illud exorsus : Μνήμην δικαίων μετ' ἐγκωμίων ποιεῖσθαι Σαλομὼν συνεβούλευσεν, id est, « Sanctorum memoriam cum encomiis celebrare, Salomon suasit. » Adhæc ciborii seu altaris umbraculi incendium, quod *Miraculorum* lib. I, cap. 12, refert, aliquanto temporis spatio, antequam id litteris ibidem mandaret, ipsa sacra sancti Demetrii luce, quotannis, ut ait, die 26 Octobris celebrari tum solita, evenisse declarat, eaque eodem loco adjungit, e quibus Sancti festivitatem non uno duntaxat die Thessalonicæ tunc durasse intelligitur ; ut sane, quin Sanctus Joannis Thessalonicensis ætate seu sæculo septimo, imo etiam, cum dictum incendium sæculo sexto aut sequentis initio, ut in Adnotatis cap. mox dicto subdendis docebo, evenerit, sæculo sexto culto ecclesiastico plane insigni fuerit affectus, nulla ratione ambigendum sit.

74. Verum nonne etiam ante sæculum textum ita Sanctus in civitate sua natali honorari cœpit ? Antequam, quæ mea hac de re sit opinio, edicam, nonnulla adhuc juverit præmisisse. Ædem sacram sancto Demetrio Thessalonicæ, cum sacrum ejus corpus sub terra aliquandiu jacuisset, a Leontio, Illyrici præfecto, eo ipso quo terræ fuerat mandatum loco fuisse exstructam, Anastasiana simul et Photiana Sancti Passio testatum facit. Posterioris hujus lucubratiunculæ, a qua prior in substantia haud dissonat, verba huc spectantia hæc sunt : « Quidam vero Leontius vir pius, postea præfecturam, qua Illyricum administravit, adeptus, locum expians, in quo sancti martyris reliquiæ conquieverant, et amplians, excitavit templum eo loco martyri, commune propitiatorium et perfugium, non Thessalonicæ solum, sed et omnibus finitimis. » Verum, ut quo tempore id factum verosimilius fuerit definiamus, in codice Theodosiano, cum Gothofredi Commentariis anno 1665 Lugduni edito, tom. VI. pag. 369 Leontius, qui anno 412 et 413 Illyrici præfectus fuit, memoratur. Quare, cum Leontius alter, Illyrici præfectus, cui, quod recitatis Photii verbis narratur, convenire possit, in monumentis antiquis non occurrat, sacram [illegible] qua hic ædem Sancto nostro Thessalonicæ [illegible] jam inde a sæculi quinti initio erectam, verosimile sane apparet, etsi interim, quod forsan reipsa Leontius, a codicis Theodosiani Leontio diversus, nec tamen in monumentis ullis antiquis memoratus, Illyricum serius præfecti munere administrarit, res undequaque certa non sit. Verum, ut cunque sit, sacram equidem Demetrio ædem, quidem quæ non parvæ duntaxat molis, [illegible] Anastasiana Sancti Vita, in qua Oratorium tantummodo vocatur, non nemo forte colligat, ædificium esset, sed insigne plane templum, Thessalonicæ jam diu ante Joannis Thessalonicensis archiepiscopi, qui, ut supra docui, sæculo septimo floruit, ætatem exstitisse ex iis quæ hic scripsi memoriæ predit indubitatum est.

75. Etenim in panegyrica, quam Præfationis modum (adi num. 4) narratis a se miraculis premittit, oratione de primo, quod jamjam relatum est, miraculo in codice olim Mazarinæo, saepissime laudato, pag. 17 versa et seqq. ita legitur : Ἀκούσωμεν τοίνυν, εἰ δοκεῖ, μετὰ συντόνου κατανύξεως πρώτου τοῦδε τοῦ θαύματος, ὃ πολλοὺς ὑμῶν πέπεισμαι μὴ ἀγνοεῖν διὰ τὸ πρᾶγμα ἐν ὅλῃ τῇ Μακεδονίᾳ καὶ τῇ βασιλευούσῃ πόλει γεγονέναι, καὶ μέχρι νῦν ᾄδεσθαι παρὰ πάντων στόμασι παίδων ἐκ πατέρων παραλαμβανόντων τὴν ἐναργῆ τοῦ μάρκυρος καὶ ἀπροσδόκητον θαυματουργίαν. Quæ Græca verba ita sonnant Latine : « Audiamus igitur, si placet, cum animi attentione simul et compunctione primum illud miraculum quod vestrum multos, qui in tota Macedonia imperanteque civitate (ita Græci scriptores Constantinopolim passim appellant) notissimum est, ut uiumque ore, e patribus per filios evidenti re spectataque martyris (Demetrii videlicet) miraculum patratione audita, in præsens usque tempus celebratur, non ignorare existimo. » In hujus autem miraculi, quod *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 1 refert, quodque de desperatæ sanitatis præfecto Mariano nempe, Græce περὶ τοῦ ἀπελπισθέντος ὑπάρχου inscribit, narratione insignis plane templi, quod Thessalonicæ, dum narratum ab eo Mariano præfecto patraretur miraculum, sanctus Demetrio sacrum exstiterit, loco non uno mentionem facit. Quare cum miraculum istud diu ante ætatem suam accidisse per verba proxime recitata Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus luculentissime deceat, consectarium est, ut et ante hanc ac proin ante sæculum VIII, quo ex dictis is scriptor floruit, Thessalonicæ ingens, quo sancto Demetrio sacrum esset, templum jam fuerit exstructum.

76. At vero, inquies, miraculum, in Mariano prefecto sancti Demetrii patrocinio patratum, apud Mabillonium, tom. I *Analectorum veterum*, pag. 71 et binis seqq. etiam narrat Anastasius Bibliothecarius, tumque, cum illud evenit, insigne Thes

Ionicæ templum sancto Demetrio nondum fuisse exstructum, non obscure innuit. Fateor, sic habet. Etenim Anastasius loco citato ita scribit : « His dictis confestim (Marianus) somno corripitur præ dolore et tristitia; quæ cum obdormisset, apparuit ei beatus Demetrius dicens ; Surge et servis tuis impera, quod te deferant in domum Demetrii; nam ibi juvante Deo, recipies sanitatem. Cumque evigilans a circumstantibus domum Demetrii martyris requireret, ait quidam ; Est domus vilissima prope stadium, in qua dicunt jacere Demetrium, qui dudum lanceis interfectus est jussu Maximiani imperatoris. Tum ille : Illuc me ferte, quia in visu dictum est mihi, illic sanitatem me posse recipere. Tunc famuli tulerunt dominum suum, ubi jussi fuerant, et jussit se ponere solummodo in pavimento. Cumque jaceret, sommo subito arripitur, et ecce beatus Demetrius iterum apparuit ei dicens: Per me sanari potes, sed time, ne forte post sanitatem curis hujus mundi te implices. At Marianus : Tu scis, domine, quia nunquam hoc egi, nec agere cupio. Et ille : Christus te sanat, qui erigit elisos. Et evigilans Marianus cœpit narrare visionem, cumque ad hoc ventum fuisset, ubi martyr dixit : Christus te sanat, qui erigit elisos, sanus surrexit gratias agens Deo cum omnibus, qui illic aderant. » Cum autem Demetrii martyris domum, in qua Sancti nostri corpus, eum delatus ad illam Marianus sanitatem hujus patrocinio recuperavit, jacebat reconditum *vilissimam* hic appellet, nec tum Thessalonicæ domus alia, sancto Demetrio martyri sacra, quam in qua socrum hujus corpus jacebat reconditum, exstiterit, insigne sane templum, quod Demetrio sacrum esset, Thessalonicæ rondum fuisse tunc exstructum, in narratione huc transcripta, in qua præterea, quam longa est, nihil plane unde aliud suspicere suppeditat, satis aperte indicat.

77. Verum ipsemet Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, qui miraculum istud litteris primus mandavit, *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 1, Thessalonicensem sancti Demetrii ædem, dum qui in hunc Marianum patrocinio sancti Demetrii, qui ei in somnis apparuerat, sanitati restituendum servi intulerint, memoriæ prodit, Πάνσεπτον ναὸν, «templum maxime venerandum» appellat, moxque sequentia, quæ addita interpretatione Latina, transscribo, verba subjungit : Ὁ δὲ εἰσελθὼν, καὶ ἰδὼν τὴν εὐπρέπειαν τοῦ οἴκου καὶ τὴν ἐν αὐτῷ πνευματικὴν εὐωδίαν, τὴν τρέφουσαν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν, ὡς ὁ παράδεισος τοῦ Θεοῦ, εἶπε τοῖς βαστάζουσιν αὐτὸν οἰκέταις, Ῥίψατέ με πλωτὸν εἰς τὸ ἔδαφος. « Hic autem (Marianus nempe) cum (Demetrii templum) ingressus esset, ædisque ornatum ac spiritualem illius, qui fidelium animas, velut Dei paradisus, alit odorem comperisset, iis qui illum ferebant domesticis dixit: In nudo pavimento me deponite.» Adhæc in Demetrii æde, in quam Marianum, sanitati restituendum, a servis illatum scribit, ciborium seu (adi ad hanc vocem in Glossario Cangium) eductum in fastigiatam formam, sub quo sancti Demetrii corpus reconditum jacere credebatur, altaris umbraculum ex argento confectum extitisse scribit. Quin vero existimet, vel in Thessalonicensi æde, sacras Demetrii reliquias continente, in quam Marianus illatus fuit, pretiosum hujusmodi ornamentum fuiurum fuisse, vel de ea Joannem Thessalonicensem tam magnifice, uti ex dictis facit, locuturum, si vilis duntaxat, imo vilissima, qualis exstitisse ab Anastasio innuitur, domus fuisset ? Jam vero cum hæc ita habeant, quin jam tum, cum patratum in Mariano miraculum accidit, insigne templum, sancto Demetrio sacrum Thessalonicæ exstiterit, dubitandum non est.

78 Id porro e Joanne Stauracio, Thessalonicensi chartophylace, qui quandonam floruerit, supra edocui, utcunque confirmatur. Etenim et hic miraculum in Mariano patratum in suam supra memoratam de sancti Demetrii miraculis lucubrationem intulit, ibidemque in codice nostro signato † ms. 193 sancti Demetrii ædem, in quam Marianus, sanitati restituendus, fuit delatus, ἀνάκτορον *ædem regiam* seu *basilicam* appellat. Nec ut, quod nos his multum moveat Anastasii Bibliothecari auctoritas. Etenim interpretatio, qua is, quæ ad sanctum Demetrium apud Mabillonium tom. I *Veterum analectorum*, pag. 65 et pluribus seqq., spectant, e lingua Græca in Latinam convertit, omni prorsus mendo sive interim id incuriæ imperitiæve ipsiusmet hujus scriptoris, sive Græci, quod huic præluxerit, exemplaris defectui ascribendum sit, carere non videtur. Rem uno alterove exemplo probatam do. Auctor anonymus, qui Sancti nostri Vitam seu Passionem, secundo loco a nobis edendam, concinnavit, narrato Demetrii martyrio, fuisse illum sub aggesta humo a Christianis quibusdam tumulatum affirmat, ac deinde subjungit : Οὐδενὶ δὲ μετὰ τοῦτα φροντὶς ἐγένετο μετεγκεῖν τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ σχήματος. Hisce autem Græcis verbis sequentia isthæc apud Mabillonium tom. *Analectorum veterum* cit. pag. 70, in Sancti nostri Vita seu Passione, ab Anastasio Latine reddita, respondent : « Nulli autem post hæc curæ fuit transferre corpusculum Sancti, sed manebat sub signo, » At vero, cum hic duntaxat Sancti corpus, quod sub aggesta humo tumulatum fuerat, mansisse sub hac sepultum significari e sensus contextu patescat, voci ultimæ, quæ in recitatis Anastasii verbis occurrit, vocabulum *terra* seu *humo* substituendum puto. Vox quidem σχήματος, quæ Latine forsan per vocem *signum* non inepte reddi potest, in proxime recitatis biographi anonymi verbis ponitur. Verum ob jam dictam, quæ a sensus contextu repetitur, causam perperam illam ibi pro voce χώματος, quæ *humum* seu etiam *tumulum* significat, describentium incuria oscitantiave exaratam existimo ; ut, quamvis quidem erratum hic cubet, id tamen non Anastasio, sed Græco, quo ad

versionem suam adornandam usus hic scriptor est, amanuensi debet attribui.

79. Verum en nunc etiam, quod verosimillime non ab alio, quam ob hoc profectum est, occurrens in versione Latina mendum. Joannes, archiepiscopus Thessalonicensis, *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 3, visionem, qua sanctus Demetrius civitati Thessalonicensi, fame quam maxime pressæ, succursurus, viro cuidam probo in insula Chio sese spectandum dederit, enarrat ac deinde subjungit: Ὁ δὲ διανοστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, ὀφείλων ἀκριβέστερον καταμαθεῖν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων τίς ὁ Δημήτριος οὗτος. Hisce autem Græcis verbis apud Mabillonium tom. *Analectorum* sæpius cit., pag. 81, sequentia isthæc Anastasiana respondent : « Qui (vir scilicet, cui in insula Chio sanctus Demetrius apparuerat) surgens perrexit ad ecclesiam sanctorum Victoris et Isidori, volens discere a rusticis, quis iste, qui ei nimirum apparuerat, esset Demetrius. » Ecclesia ergo, ad quam, cui sanctus Demetrius in insula Chio apparuerat, vir probus sese, quo quis, qui ei apparuisset, Demetrius esset intelligerit, contulit, binis sanctis, Victori scilicet et Isidoro, secundum Anastasii interpretationem sacra erat. Verum proxime recitata, e quibus, quod de ecclesia illa apud Anastasium reperitur, primitus haustum est, Joannis Thessalonicensis Græca verba, non binis, sed uni duntaxat sancto Isidoro ecclesiam, ad quam, cui sanctus Demetrius apparuerat, vir probus sese contulit, consecratam fuisse produnt. Etenim, quod in Græcis Joannis Thessalonicensis verbis proxime recitatis occurrit vocabulum καλλίνικος neutiquam est, cui, quemadmodum Anastasius existimavit, nomen Latinum proprium Victor respondeat, nomen Sancti proprium, sed tantum, quod sanctum Isidorum martyrem afficit, adjectivum, idem Græce, quod Latine, « pulchris victoriis ornatus, » significans, uti passim modo linguæ Græcæ peritis notum est.

80. Quidquid itaque Anastasius in miraculi, quo sanitati Marianus restitutus fuit, narratione astruat, quin tamen jam tum, cum id patraretur, ac proin dtu etiam ante Joannis Thessalonicensis ætatem insigne plane templum, sancto Demetrio sacrum, Thessalonicæ exstiterit, ob omnia, quæ jam in medium adduxi, dubitandum non est. Atque hinc jam fluit, ut dubitandum pariter non sit, quin Sanctus diu etiam ante id tempus cultu plane insigni Thessalonica honoratus fuerit. Imo vero, cum ex supra dictis tempium etiam insigne, nomini suo consecratum verosimillime jam inde a sæculo V ibidem habuerit, eum etiam jam tum aut saltem ante sæculum VI festivitate annua in illa civitate sua natali cultum fuisse verosimillimum apparet, maxime cum jam inde ab hoc sæculo pro patrono etiam primario a Thessalonicensibus habitus verosimillime fuerit, uti in Adnot. lib. I *Miraculorum* cap. 2 subdendis doceba. Dictum porro Thessalonicense Sancti templum inter ornamenta sua non tantum quod jam supra memoravi ciborium seu formæ fastigiatæ altaris umbraculum, ex argento confectum, tunc complectebatur, verum etiam fortassis thronum, ex eodem metallo constructum. Hoc certe ornamento sacrum istud ædificium jam inde a sæculo sexto aut saltem a sequentis initio ditatem fuisse, fidem facit *Miraculorum edendorum* lib. I, cap. 6. Ibi enim Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, miraculosam de sancto Demetrio narrationem, quæ ad Eusebii, sub Mauritio imperatore anno 602 e vivis erepto, Thessalonicensis archiepiscopi ætatem spectat, suppeditat, argenteique throni, qui archiepiscopo hoc vivente in Thessalonicensi Demetrii ecclesia exstiterit, mentionem facit. Atque hæc quidem ornamenta, quibus Sancti ecclesiam, imo forte ob infra dicenda horum altero, ciborio nempe, etiam tumulum ornare. Thessalonicensibus cura fuit, eximiam prorsus, qua hi in illum antiquibus fuerunt, venerationem utcunque testatam faciunt; Hanc porro amplius adhuc, quæ jam nunc subdo, ostendent.

81. Contigit ut quemadmodum loco proxime cit. Joannes Thessalonicensis refert, ciborium seu in fastigiatam formam eductum, sub quo, ut multis credebatur, Sancti corpus jacebat reconditum, altaris umbraculum nocte incenderetur, argentumque, e quo id, ut dixi, erat confectum, vehementi ignis calore fusum maximam partem periret. Eusebius, Thessalonicensis, quem jam mox laudavi, archiepiscopus, casu inexpectato percussus, de novo quamprimem, qua sane re eximia ejus erga Sanctum veneratio eluxit, exstruendo ciborio serio cogitabat, cumque hunc in finem, non modica argenti, e quo combustum ciborium fuerat confectum, parte amissa, necessariam sibi deesse materiam, cerneret, ciboriumque, quod sacras Sancti reliquias continere id existimaretur, necessariam magis, quam argenteus, cujus mox meminimus, thronus esset, supellectilem putaret, thronum istum destruere acceptumque ex eo argentum ad novi ciborii structuram adhibere meditabatur. Verum, ne id fieret, ipsemet sanctus Demetrius, per presbyterum, cui semel, iterum ac tertio apparuit, Eusebio archiepiscopo, voluntatis suæ illud non esse declarans, impediit. Neque vero præfatum tronum, ut novum ciborium conficeretur, destrui fuit necesse. Thessalonicenses enim cives nec moniti affatim argenti, ut novum exstrueretur ciborium, ad archiepiscopum suum tulerunt. Joannis Thessalonicensis verba, quibus hoc postremum loco supra cit. exponitur, in compendium ab Anastasio Bibliothecario contracta, prout apud Mabillonium tom. I *Veterum Analectorum*, p. 77, exstant, hic exhibeo. Sic habent : « Dum adhuc (presbyter, cui sese spectandum sanctus Demetrius dederat, et Eusebius archiepiscopus) de his loquerentur ad invicem,

stiarius advenit dicens : Sancte præsul, es Mennas stat ante januam tuam cupiens loqui. Dicit ei : Veniat. Veniens prædictus obtulit ei 75 libras argenti in adjutorio Et deinde venit Joannes, scilicet dulcedo um, offerens ei quadraginta librarum ponenti ; et cives advenientes, prout potefferebant, ut ciborium restrueretur. Tastructum est opus sæpe nominatum meriti martyris.

Atque ita sane Thessalonicenses, utpote ad quo sacræ sancti Demetrii reliquiæ revecontegerentur, structuram oblatis a se donis ter concurrentes, eximiam prorsus, qua ere enitèrent, venerationem manifestam fecere. si porro quis, ut de hac melius judicare queat, quale ac quantum, cujusque figuræ gnificentiæ opus illud exstiterit, fortassis scire aveat, *Miraculorum edendorum* libri apite decimo perlecto, desiderio suo factam t satis. Ibi enim in apparitionis, quæ Phoca , anno 610 e vivis sublato, imperii Orienibenas moderante, evenit, narratione argenquod in Thessalonicensi sancti Demetrii sacrum hujus corpus continere credebatur, m eleganter describitur, idque, cum Phocas e post Mauritium, sub quo Eusebius, lonicensis archiepiscopus præfatus, sedit, o Orientali præfuerit, non aliud verosimile dicam indubie, fuerit, quam quod ab hoc ressalonicensi archiepiscopo fuisse exstruam vidimus. Verum opus hoc, quod alteri sto substitutum ex jam dictis aut sæculo combustum verosimillime pariter fuit. Etenim anonymus, qui Joannis Thessalonicensis de Demetrii miraculis lucubrationem continua*raculorum edendorum* lib. II, cap. 3, Thesensem sancti Demetrii ecclesiam flammis absumptam refert, idque haud diu post s Thessalonicensis archiepiscopi, verosimilnte annum 690 vita functi, obitum accinon obscure innuit. Jam vero, cum id ita in tunc iterum, quod Eusebius, archiepi-

Thessalonicensis supra dictus, extruerat, im fuerit combustum, dubitandum non ap-

Verum, etsi tunc seu sæculo septimo seite non tantum opus hoc, verum etiam , ut jam dictum, Thessalonicense, in quo ontinebatur, Sancti nostri templum flammis absumptum, non propterea tamen Thessaloes quidquam de sua erga hunc veneratione sse videntur. Etenim, ut loco cit. idem scripnymus docet, combusti templi loco aliud pernagnificum, quod ejus adhuc ætate exstabat, qui seu Thessalonicensibus modo singulari im subministrante sancto Demetrio, exstru-. Qua sane re suam erga Sanctum veneratioon minus, quam antiquam ejus ædem ornando, fecere testatam. Non secus porro utque antiquum, a Leonio exstructum, novum illud ædificium sacrum, aliudve, quod ei etiam postea collapso, igneve aut aliter destructo substitutum fuerit, passim apud Græcos celeberrimum juxta ac decantatissimum exstitit, idque maxime ob asservatum in eo ac cultum, e quo continuo liquor, sanandis morbis salutaris, stillabat, sancti martyris corpus. Veterum de Demetrii corpore, liquoreque, qui ex hoc stillet sanandisque morbis salutaris sit, § sequenti tractabo ; unice modo, quæ qræter jam adducta de Thessalonicensi Sancti templo, alioque, quod ei etiam sacrum, Thessalonica haud multum est remotum, notatu digna occurrunt, lectorem adhuc edocere est propositum. Ac primo quidem Thessalonicense Sancti templum, ut Joannes Cameniata de Thessalonicensi, quod sæculi decimi initio evenit, excidio in *Historiæ Byzantinæ post Theophanem scriptoribus*, pag. 326 et seq. testatum facit, officii divini, peragi in eo ante istud excidium soliti, solemnitate, annuæque Demetrii festivitatis celebratione maxime effulsit.

84. En huc, quæ scriptor ille ibidem suppeditat, spectantia verba : « Templa enim, enim, quædam (cernuntur) præmagna ac munifica varioque ornatu pulcherrima, per mediam urbem (Thessalonicensem nimirum) exstantia ac exposita, veluti communia Numinis propitiatoria; cum primis vero, interque ea præcipuum, omnium effectricis divinæ et supersubstantialis Verbi Sapientiæ, itemque semper Virginis immaculatæ ac Deiparæ ; nec non (cujus supra memini) gloriosissimi præclarique victoris, Demetrii martyris, ubi divina peregit certamina et victoriæ palmam reportavit; hæc nimirum, recurrentibus per anni circulum festorum solemniis, universæ multitudinis in se concionem cogentia, lætitiam inenarrabilem et spiritale gaudium convenis inferebant. In horum siquidem singulis sacerdotum ordines cleri matriculam implebant, quorum opera mysticus cultus resque sacra peragitur; lectorum item cætus, qui concinendis canticis diligentiam habeant, et alternis versus tinniant, manuumque motibus modulationum sonos disponant ac magnam quamdam digneque spectabilem choream constituant: tum effulgente vestium forma spectantium oculos demulcentes, tum artificiosa Psalmorum lyra auditum oblectantes. Quid enim erat, si hæc cantica consideres, fabulosus Orpheus, aut musa Homerica, aut Sirenum deliramenta, fictionum mendaciis digesta, ut nulla laudum vera ratio sit, sed falsi rumores, mortalium genus seducentes atque errori mancipantes ? Frustra igitur in his Græci (imo potius, cum Ἕλληνες, quæ vox tam ethnicum, quam Græcum significat, Græce habeatur, ethnici) crepitantibus buccis sese jactant, qui vera rerum scientia careant, vanisque sermonibus ipsi sibimetipsis pugnent; nobis vero tum Numen verum est, tum ipsum, quod canimus, laudisque obsequio frequentamus. »

85. Nec tantum Thessalonicense Sancti templum, priusquam civitatis, in qua hoc situm est, memoratum antea, quod a Joanne Cameniata describitur, excidium eveniret, eximia prorsus officii divini solemnitate, annuaque festi Demetriani, quæ maxima, uti jam recitatis Cameniatæ verbis intelligitur, pompa peragebatur, celebratione maxime effulsit, verum id non secus ac antiquum a Leontio exstructum, quod flammis fuerat absumptum, Thessalonicense (adi Photianæ verba, num. 74 recitata) Sancti nostri templum, « commune propitiatorium et perfugium » fuit, ad quod tum fideles alii, tum vel maxime Thessalonicenses, ut opem Sancti in necessitatibus suis implorarent, non raro recurrerent. Quam verum id sit, vel sola a Joanne Cameniata, dum, quæ Thessalonicenses aliosque, cum Agareni anno 904 Thessalonicæ, paulo post ab hisce etam expugnatæ excisæque, imminerent, fecisse, in supra cit., quæ in *Historiæ Byzantinæ post Theophanem scriptoribus* exstat, lucubratione, pag. 335, memoriæ prodit, suppeditata verba argumento sunt; sunt autem hæc : « Cæterum variis cogitationibus distracti ac titubantes, per reliquos insequentes dies, quod miseris reliquum est, hoc nos ipsi jam enitimur; uti scilicet, quæ nemo dicere valeat, divinæ miserationis viscera, sanctorumque patrocinia, votis invocemus. Quippe venientes ad supra memoratam præclaro decore splendidissimam gloriosissimi martyris Demetrii ædem, tum omnes civitatis accolæ, tum ex variis gentibus advenæ, omnis dignitas atque ætas, lamentabilique choro composito, sublato ad martyrem clamore, patronum nobis fore adversus ingruentem barbarorum minaci ira interitum ac cædem, rogabamus. Ostendisti, dicebamur generose martyr, defensionis tuæ promptam ardoreque animi opitulationem, in multis haud raro periculis, quæ tuam appetiere urbem, cunctisque adversariorum dissolutis insidiis, ab omni immunem noxa ac interitu conservasti. Ostende nunc quoque, miserantissime, tuam erga nos immensam curam; et ne glorientur adversum nos gentes barbaræ et alienigenæ, quæ Deum ignorant.

86. «Neque vero dederis domum hauc, quam orbis universus novam morborum officinam medicam paratumque refugium habet, ab impuris impiisque hominibus profanari, qui nostram subsannant fidem, cultumque spernunt ac religionem : atque hoc unum nobis crimen impingunt, qua sumus in Deum, pietatem; mortemque immaturam comminantur et exitium. Licet enim innumeris dignis sumus suppliciis, ob ea scelera, quæ in terra commissimus, huicque ipsi, quæ ingruit, vastitati ac cladi sumus obnoxii, non tamen alium novimus Deum, quam qui te coronavit, in cujus etiam gratiam divina peregisti certamina, quem et æmula passione clarificasti : cujus etiam munere multorum miraculorum gratiam consecutus es, nobisque murus firmus inconcussumque fuicimentum ac collumen concessus es, ad quem quotidie supplices pro nebis fundens preces, quæ in rem nostram conducant, efflagitas. Respice igitur nunc quoque in populi hujus consilii mentisque inopiam ac spes depositas, orationemque nostram exaudiens, sta libera intercessione pro nobis, servis tuis, et ab exspectata nos eversione eripe, ne filii ancillæ Agar contra nos glorientur, nec dicant, Ubi est defensor eorum? Nam vides et ipse, benignissime, nos non in lanceis, sed in potenti intercessione tua rei summam deposuisse, qui et rursus tuæ nos providentiæ ac curæ compotes fore speremus. Hæc vota cum animi angore, omnes suppliciter martyri noctu diuque offerentes atque lacrymis templi solum rigantes, hostium exspectatione suspensi agebamus, cum peccatum nostrum, haud secus ac septum firmissimum ex adverso obstaret, atque martyris intercessionem cassam redderet, ne divinam nobis benignitatem proprio numine conciliaret. »

87. Porro Thessalonicensem civitatem, cum anno 904 ab Agarenis, ut jam docui, fuisset expugnata, haud diu admodum in potestate sua hi tenuere; mense enim nondum integro, uti e Joanne Cameniata intelligitur, excidio, quod expugnationem proxime excepit, fuerat deleta, cum deserendam illam duxere, reque etiam ipsa deseruere. Ac tum quidem statim instaurari celeberrima civitas cœpit, nec, quin tum pariter statim, ut insigne, quod a barbaris profanatum fuerat, Demetrii templum pristino decori restitueretur, laboratum a Sancti amantibus fuerit, dubitandum apparet. Utut sit, istud equidem ædificium sacrum, non secus atque ante, a fidelibus, ad Sancti opem recurrentibus, frequentatum fuit. Id e publico quod inter Innocentii tertii epistolas, anno 1682 Parisiis a Stephano Baluzio vulgatas, libri XV epistolæ 84 exstat insertum, instrumento fas est colligere; quod proinde, cum præterea et alia nonnulla ad Sanctum Thessalonicenseque ejus templum spectantia edoceat, integrum huc transcribo. Verum, ut quæ in hoc traduutur facilius intelligantur, pauca adhuc, antequam id faciam, præmittenda sunt. Latini, sæculi tertii decimi initio Constantinopoli in potestatem suam redacta, Thessalonicam etiam subegerunt; tunc autem Thessalonicense sancti Demetrii templum Hierosolymitanis sancti Sepulcri canonicis regularibus fuit concessum. Verum hosce inter et Thessalonicensem archiepiscopum, qui in sancti Demetrii ecclesiam bonaque ad hanc spectantia jus aliquod sibi competere contendebat, lis brevi exorta est, quæ tandem expressis in instrumento supra laudato conditionibus, quas ad pontificem approbandas misere, hicque cit. epist. 84 approbavit, fuit dirempta. En nunc illud : « Sanctissimo Patri et domino Innocentio Dei gratia sacrosanctæ et universalis Ecclesiæ summo Pontifici G. ejusdem patientia et vestra Thessalonicensis Ecclesiæ minister, licet indignus, se ipsum ad pedes cum obedientia filiali. Cum propter schi-

ras, sæculi et ipse quinti decimi scriptor de oleo seu unguento, mirifice adhuc ætate sua e sancti Demetrii tumulo scaturiente, commemorat. Nec est, cur quisquam, an non saltem ab anno 1429 celeberrimum illud Sancti nostri in hac urbe templum a Thessalonicensibus Græcisque aliis frequentari desierit, idcirco subdubitet, quod anno illo expugnata excisaque a Turcis Thessalonica fuerit. Tunc enim Christianis, ut Joannes Anagnosta in lucubratione laudata num. 18 testatur, duo duntaxat templa, quorum alterum Deiparæ, alterum Præcursori Domini sacrum erat, fuere erepta. At vero, sciscitabere, an etiam biennio circiter trienniove post dicatam Demetrio ædem Christianis per Turcos eripi haud contigit? Id sane ita habere aut videtur. Etsi enim tunc hi, jubente Amurathe II, imperatore suo, omnia fere Christianorum templa, uti idem Anagnosta num. 20 docet, occuparint, horum tamen quatuor illis adhuc fuere relicta; hæc autem inter sancti Demetrii templum exstitisse videtur.

92. Ducas enim, Michaelis Ducæ nepos, ex imperatoria Ducarum familia oriundus, qui et ipse sæculo quinto decimo floruit, remque proinde optime habere perspectam potuit, in *Byzantina* a se contexta *Historia*, cap. 29, sic scribit : « Præcipua monasteria, quorum fama celebris ubique erat, quæ religioni (Mahometanæ nimirum Amurathes) templa, præter insignis martyris Demetrii ædes consecravit. Quamvis enim id ingressus templum suis manibus arietem immolasset, Deumque precatus esset, Christianis tamen restitui postea jussit. Ornamentum vero sepulcri et memoriæ martyris, templi et adytorum quodcunque erat, Turci furati sunt, parietibus nudis solummodo relictis. » Hic autem scriptor, ne cum Joanne Anagnosta, qui duo tantum, ut jam docui, Christianis templa proxime ab expugnata Thessalonica fuisse erepta, tradit, pugnare sit dicendus, de monasteriis, quæ præter sacras sancti Demetrii ædes, religioni suæ templa Amurathes biennio circiter aut triennio post expugnatam Thessalonicam consecravit, debet intelligi. Quod cum ita sit, nec tunc Thessalonicense Demetrii templum Christianis fuisse ereptum, certum apparet; ut proinde sacrum illum locum deinceps, non secus ac ante, Thessalonicenses aliique verosimillime frequentarint. Verum anne hodieque facere id hisce iutegrum est? In mosqueam seu fanum Turcicum modo esse conversum Thessalonicense sancti Demetrii templum, Martiniereus in *Dictionario Geographico*, paucis etiam, quam insigne illud fuerit, tradens, ad nomen *Satonicki*, quo modo Thessalonica appellatur, e Coronellii historicis ac geographicis monumentis, scriptoque a Paulo Luca *Itinerario* docet, nec quidquam, unde res hæc, licet interim, quandonam gesta sit, haud inveniam, vocetur in dubium, occurrit; quare dubitandum non est, quin sane multo minus, quam quondam soluerit, exstructum olim Sancto Thessalonicæ templum a Christianis modo visitetur.

93. Verum non omnis propterea apud Thessalonicenses Sancti veneratio interiit, uti ex jam nunc dicendis patescet. Inter ecclesias, iis per Turcos ereptas, etiam exstitit metropolitana seu primaria basilica, æternæ Dei Sapientiæ, uti ex Joannis Cameniatæ verbis, num. 84 datis, aliisque in supra huc transcripto instrumento publico num. 88 contentis facile intelliges, consecrata; hujus autem loco Thessalonicenses, ut videtur, ecclesiam metropolitanam seu primariam aliam exstruxere, eamque, quod, eorum erga Sanctum nostrum venerationem penitus haud interiisse, argumento est, sancto Demetrio consecravere. Certe, primariam modo Thessalonicæ ecclesiam sancti Demetrii nomine consecratam esse, Lequienus, cui et alii scriptores consonant, in *Oriente Christiano*, tom. II, col. 27, affirmat; hanc autem ædem sacram ab antiqua sæpissime supra memorata, cum hæc modo ex dictis in fanum Turcicum sit conversa, esse distinctam, dubitandum non est. Cæterum ut ad aliud, quod hic adhuc memorandum restat, jam tandem progrediar, e singulari Thessalonicensium in sanctum Demetrium veneratione altera adhuc, non quidem Thessalonicæ, sed tamen haud procul ab hac civitate ædes sacra, uti *Miraculorum edendorum* libri tertii caput quartum, tempore tamen, quod id factum fuerit, non expresso, fidem facit, olim etiam exstabat. Atque hæc quidem ad fontem, cujus aquis qui sese, sancto Demetrio invocato, abluerent, sanitatem amissam (adi loco cit. *Miracula edenda*) non raro recuperabant, erant exstructa, multumque a Christianis, cum rerum adhuc Thessalonicæ hi potirentur, solebat frequentari; verum anne pius quoque mos hic, sacro illo loco a Turcis forte pariter occupato, abrogatus modo penitus non sit, compertum haud habeo.

§ VIII. *Quandonam primum prodigiosum unguentum e Sancti seu tumulo seu corpore stillare inceperit, et quid prætereа de sacro hoc pignore sit credendum.*

94. Quin prodigiosum unguentum e Thessalonicensi sancti Demetrii sepulcro antiquitus, stupendo miraculo sancti Demetrii meritis ascripto, scaturierit, dubitandum non est. Id enim testatum faciunt scriptores non pauci, qui, cum rem aut suismet oculis conspexerint aut certe e testibus fide dignis audierint, suspecti nobis hic esse non debent. Verum a quo tempore miraculum illud primum inceperit, haud æque indubitatum est, uti nec quandonam circiter Sancti nostri corpus, ad quod prodigium istud evenit, detegi contigerit. Duo idcirco hæc capita præsenti § examinare statui, uti etiam alia nonnulla, quæ ad sacrum illud pignus spectant lectorumque edoceri convenit. Verum antequam id faciam, præcipua scriptorum antiquorum, qui de prodigioso sancti Demetrii unguento, morbis sanandis salutari, loquuntur, in medium proferre, ducto ab antiquioribus initio, hic lubet.

:s Cameniata, qui sæculo decimo floruit, A
sque Thessalonicensis per Agarenos anno
ısidionem expugnationemque ac excidium
ɔsit, pag. 184 editionis Coloniensis, anno
actæ, sanctum Demetrium appellat myro-
, ita unguentum. quod Græce μυρὸν vo-
ex ejus seu corpore seu tumulo saltem sca-
Græce βλύζειν, non obscure significans.
Joannes Scylitzes, qui sæculo XI floruit, in
le Paphlagone oleum seu unguentum e sancti
rii sepulcro scaturire diserte affirmat. Nec id
clare Anna Comnena, quæ sæculo duode-
laruit, resque a patre suo, Alexio Comneno,
estas, lucubratione a se contexta, quam
dem inscripsit, ad posteritatem transmisit,
ıui operis lib. II, pag. 60 memoriæ prodit, B
lem scribens : « In quo (urbe Thessaloni-
ıimirum) præclarum templum in nomine
martyris Demetrii exstructum visitur : ubi
uentum ex venerabili ejus loculo scaturiens
as quotidie curationes operatur in iis qui
le accedunt. » Nicetas Chaniates, qui anno
itam cum morte commutavit, in *Annalibus*
ɔnscriptis scelera a Siculis Thessalonicæ,
vitatem hanc anno 1185 expugnassent com-
ɣraphice describens, ea simul prodit, e qui-
nc etiam unguentum seu oleum e sancti
rii sepulcro maxima copia ebulliisse, mani-
fit. Ita enim ibidem in Andronico Comneno
num. 9, habet : « Nec editis per eos mira-
ovebantur, quibus Christus eos remuneratur, C
suis membris ipsi honorem habuerunt ; ut
ıtum, quod ex celeberrimi martyris Deme-
numento ebullit, cadis et lebetibus haustum,
ı piscium infunderent, eo calceamenta un-
, et ad cætera ministeria, quibus oleum usui
nere et nequiter obuterentur. Id vero, ut e
inexhausto prodiens, aut ex abysso scatu-
copiosius affluebat, et nova ratione exunda-
: et barbari unum id mirarentur, et gratia
i divinitus concessa obstupescerent. »
Joannes Cantacuzenus, qui, abdicatis anno
mperii fascibus, rerum a se aliisque gesta-
istoria conscribenda senectutem transegit,
nati a se hujus operis lib. I, cap. 53, item-
. III, cap. 9 μυροβλύτου, Latine *myroblytæ*, id D
um seu *unguentum scaturientis stillantisve*
sanctum Demetrium, dum de Thessaloni-
hujus seu templo seu conditorio mentionem
condecorat. Idem etiam faciunt præter
ɜm Comeniatam supra jam memoratum
ɔres Græci alii non pauci, ita tamen, ut
inter etiam sint, qui, quamvis quidem San-
non μυροβλύτου seu ***myroblitæ***, μυροβλήτου
minus, quod eodem recidit, seu myrobletæ,
, oleum seu unguentum emittentis titulo,
ıclatione a vocibus Græcis μυρὸν, *oleum* seu
ıtum, et βάλλειν, *mittere* seu *emittere*, de-
, afficiant. Cæterum ut scriptoribus jam lau-

datis scriptorem alium, omnium fusissime de unguento seu oleo, quod e sancti Demetrii corpore seu tumulo prodigiose stillavit, locutum, adjungam, Joannes Anagnosta, supra adhuc laudatus sæculi XV scriptor Græcus, qui Thessalonicæ, patriæ suæ, anno 1429 a Turcis obsessæ expugnatæque, excidium litteris complexus est, in opusculo, quod ad luctuosum illum eventum, cui ipsemet præsens interfuerat, describendum concinnavit, quodque in Leonis Allatii *Symmictorum* libro posteriori typis vulgatum exstat, pag. 355 et seqq., cum jam antea in eodem opusculo pag. 327 μυροβλύτου, id est, *myroblytæ* seu *unguentum stillantis* titulo Sanctum ornasset, ita e Leonis Allatii interpretatione memoriæ prodit : « Quid porro diceres de nostri tropæalis et martyris (Demetrii videlicet) myrothecio ? »

97. « Neque illud immotum neque imperturbatum furoris exsuperantia conservarunt, qui contra nos veluti bestiæ immansuetæ sævierant ; non eamdem tamen ob causam, ob quam alia antiquitus per nos sepulcra exstructa reserata sunt et dijecta, et cadaverum reliquiæ, in eis jacentes, super terram dispersæ : in illis enim Turcæ pecunias a civibus repositas, causa jam prænarrata, reperere, proptereaque fere omnia et reserarunt et subverterunt ; at hic duplici de causa tum propter ex non parvo auro et argento et lapidibus pretiosis nec non et gemmis circa illud compositum ornatum, tum propter sanitatem exhibens divinum unguentum. Nonnulli enim ornatus tantum gratia illud despoliarunt; alii, nobis unguentorum affluentiam invidentes, et quæ inde subsequitur, sanitate nos private cupientes, ut in posterum illa nobis medicina, cum opus esset, nulla supperet. Quapropter superstratis marmoribus disjectis, unguenta non levi nisu exhauriunt, et sacrum divinumque martyris corpus expromere conantur. Opinabantur siquidem propositum consequi, nosque unguentorum inexhaustorum in orbitatem redigere. Verumtamen, quem sibi temere proposuerat eorum libido, finem non habuit. Per plures itaque dies ambabus manibus unguentum exhauriebatur, et quibusdam plane ridiculum videbatur ; at, qui plus aliis sapiebant, curæ erat illud in patriam perducere, et cum reverentia religioneque contrectare. Nam ab expertis audiverant, ad quoslibet morbos medicinalibus ipsis pharmacis multo efficacius esse. Nihilominus unguentorum fontem non potuere neque exsiccare, neque exinanire, quamvis id contentiosius multumque per tempus niterentur, et merito... neque enim humana exæquant, quæ Deus dignis elargitur, sicuti nec iisdem terminis subjacent.

98. Atque hæc sunt præcipua, quæ in medium hic adducendo duxi, scriptorum de unguento seu oleo, quod e Sancti seu corpore seu tumulo stillavit, testimonia; nemo autem, quantum opinor, est,

[illegible]

[illegible] martyris erigendo, Thessalonicensis civitas ab eo [illegible] repugnat, tantaque [illegible] patiuntur, veluti e cisterna hic procedentia, fluctibus, abundeque, qui a sinistro loculi martyris latere fodere aggrediuntur; alias enim qui, tanta unguentorum exsistente affluentia, in martyris thesaurum queat inquiri? Hi autem totis manibus hauriebant, alii unde digitum forte vel brachium, vel aliam quampiam corporis martyris partem quanta poterant, celeritate, ne antequam pro-

[illegible] reliquiarum [illegible] missam fuisse. [illegible] seu olei, e Sancti seu corpore seu [illegible] prodigiose stillantis, quod ad Justinianum p[illegible] missum tunc fuerit, non meminit. Et tam[illegible] prodigiosae isti scaturigini jam tum locus fu[illegible] futurum fuisse videtur, ut aeque aut etiam p[illegible] unguentum, morbis sanandis salutare, quam b[illegible] bono duntaxat odore ex miraculo affecta, ad J[illegible] manum postulatarum reliquiarum loco mitte[illegible] Accedit, locum certe, quo sacrum sancti De[illegible] corpus in dicata ei Thessalonicae ecclesia jac[illegible] non potuisse non esse notissimum, si ex eo, si mavis, e Sancti, quod is complectebatur, pore unguentum continuo magna copia still[illegible]

passimque hoc prodigium,ut supra huc transcripta Joannis Stauracii verba suadent, habebatur compertum.Verum locum,quo Sanctus in Thessalonicensi sua ecclesia jaceret reconditus, Justiniani ætate, seu cum hic reliquiarum sancti Demetrii partem sibi postulavit, notum non fuisse apparet.

102. Ita autumo, primo quidem, quia dum Eusebius,Thessalonicensis archiepiscopus, humum a quibusdam ad Demetrii corpus quærendum tentatam fuisse,in epistola plus semel jam laudata narrat, id, non eo loco, quo sacrum Sancti corpus jacebat, sed quo jacere putabatur, factum fuisse affirmat; deinde vero quia ne quidem Joannis Thessalonicensis archiepiscopi sæpissime supra laudati, qui tamen post Eusebium floruit, ætate determinatus locus,quo Sanctus jaceret, notus exstitit in ecclesia, nomini ejus Thessalonicæ sacra, uti ipsemet scriptor ille lib. I ***Miraculorum***, cap.5, fidem facit. Verba ejus, e quibus simul, Sancti conditorium seu locum,quo hic in Thessalonicensi sua ecclesia jaceret reconditus,Eusebio archiepiscopo Thessalonicensem sedem occupante,notum etiam non fuisse,luculentius patescet,huc e Græcis facta a me Latina transcribo. Sic habent : « Quoniam autem semper quidem, maxime autem idololatriæ tempore,qui civitatem hanc Deo dilectam incoluerunt, Christiani accurati constantissimique martyrum amatores fuerunt,præ metu, ne sanctorum, martyrio coronatorum,corpora idololatrarum furori commiterentur, tacite illa ac mysteriose in terra absconderunt,adeo ut usque in præsens tempus ex iis qui martyrium in hac subierunt,nullius prorsus, præterquam celeberrimæ ac sanctissimæ virginis Matronæ,sacrum conditorium, quo depositi fuerunt, noscatur. »

103. Jam vero,cum usque ad Joannis Thessalonicensis ætatem, quo determinato ecclesiæ suæ loco Sanctus noster jaceret reconditus, Thessalonicæ etiam, uti recitata scriptoris hujus verba fidem faciunt, ignoratum omnino fuerit,qua ratione, vel jam tum, vel etiam antea ex illius seu tumulo seu corpore unguentum seu oleum,morbis sanandis salutare, scaturiisse, resciri certo potest ? An forsan vel e traditione, ab ipsa Joannis Thessalonicensis ætate aut etiam citius incepta,vel e documentis seu scripto seu aliter ab iis, qui vel ipsimet eadem Joannis Thessalonicensis ætate aut citius etiam floruissent,vel rem a majoribus audivissent, ad posteritatem transmissis ? Verum qui vel traditio vel documenta, quibus, e sancti Demetrii corpore unguentum jam inde a Joannis Thessalonicensis ætate, citiusque etiam stillasse, habeatur compertum, suam queant tempore isto traxisse originem,si tum determinatus,quo sacrum illud pignus jaceret reconditum, locus omnino, qualem illum exstitisse Joannes Thessalonicensis prodit, ignotus exstiterit ? Id enimvero captu admodum difficile mihi apparet,oleumque proinde seu unguentum, morbis sanandis salutare,e Sancti nostri seu tumulo seu corpore vel Joannis Thessalonicensis ætate, vel etiam ante hanc scaturiisse, in animum haud possum inducere.

104.At vero, inquies,Joannes Thessalonicensis ***Miraculorum edendorum*** lib. I, ea suppeditat, e quibus jam inde a scriptoris hujus ætate, imo etiam ante hanc oleum seu unguentum e Sancti nostri corpore scaturiisse apparet. Etenim ibidem cap.1,sub finem, Marianum qui, quemadmodum e supra dictis liquet,diu ante Joannem Thessalonicensem floruit,ita sancto Demetrio loquentem seu potius hujus pro sanitate recuperanda auxilium implorantem inducit : Τὴν δεδωρημένην σοι χάριν ὑπ' αὐτοῦ τῶν ἰαμάτων ἔχεον εἰς ἐμέ • ac paulo post : Ἔχεον ἐπ' ἐμὲ τὴν ἐλεημοσύνην σου καὶ τὰ οἰκτείρμονά σου ἰάματα. Ad hæc eodem ***Miraculorum*** libro cap. 4 ita de Demetrio initio scribit : Οὐ σωμάτων δὲ μόνον ἰάμασιν ὁ καλλίνικος οὗτος ἐναμβλύνεται μάρτυς, ἀλλὰ καί, etc. Fateor, isthæc locis citatis Joannes Thessalonicensis commemorat; verum e textibus adductis, jam inde a Joannis Thessalonicensis ætate aut etiam ante illam unguentum seu oleum, sanandis morbis salutare,e sancti Demetrii seu corpore seu tumulo scaturiisse, concludendum non videtur. Cum enim vox Græca ἴαμα non tantum ***medicamentum***, verum etiam medicamenti effectum seu ***sanationem*** significet, prior ex adductis tribus testibus hoc modo, « Donatam tibi ab eodem curationem gratiam super me effunde, » secundus isto, « Effunde super me misericordiam tuam,commiserantesque tuas sanationes, » ac tertius denique sequenti, « Non solum autem corporum sanationibus martyr ille, pulchris victoriis condecoratus, abundat,sed et, » etc., in linguam Latinam convertitur.

105. Nec, etsi vocabulum Græcum ἴαμα idem prorsus quod vocabulum Latinum ***medicamen*** seu ***medela***, in allatis textibus significare, tantisper etiam dederimus, consectarium propterea erit, ut Joannes Thessalonicensis miraculum unguenti seu olei, e Sancti tumulo scaturientis, iis indicatum certo voluerit.Quidni enim per medicamina, tum in duobus textibus prioribus,tum etiam in posteriori, ipsam sancti Demetrii intercessionem, seu potius suppetias, Sancti patrocinio aut ferendas aut etiam reipsa miseris sæpius allatas,intellexisse possit ? Alterutro sane e jam assignatis modis aut saltem alio, quo unguenti Sancti corpore scaturientis prodigium haud astruitur, tres supra datos Joannis Thessalonicensis textus explanandos esse, vel ex eo liquet,quod, cum hic scriptor,quo Sanctus noster ecclesiæ suæ Thessalonicensis loco jacuerit reconditus, ignorarit, unguentum ex ejus corpore scaturiisse,exploratum etiam verosimillime haud habuerit, hujusque proinde prodigii in allatis textibus mentionem haud fecerit, imo etiam ne facere quidem potuerit. Atque ita, omnibus, quæ jam dixi, expensis, nondum sane Joannis Thessalonicensis ætate,nedum ante illam,unguen

tum seu oleum e Sancti seu tumulo, seu corpore stillasse, verosimillimum, ne dicam indubitatum, apparet. Verum quo tandem ergo tempore prodigium istud primum cœpisse statuemus? Thessalonicense Demetrii templum haud dudum post Joannis Thessalonicensis obitum seu sæculo septimo senescente flammis fuisse absumptum aliudque ejus loco fuisse exstructum, supra vidimus. Quid si ergo, cum novum istud ædificium erigeretur, terraque hunc in finem variis locis effoderetur, et primum tunc sacrum Demetrii corpus fuerit inventum seu detectum, et oleum simul seu unguentum, sanandis morbis salutare, ex eo scaturire inceperit?

106. Id sane mihi haud prorsus vero apparet absimile, pro certo tamen vel idcirco habere non ausim, quod auctor anonymus, qui Joannis Thessalonicensis de Demetrii miraculis lucubrationem continuavit, sæculoque, ut supra docui, vel octavo senescente, vel nono ineunte floruit, nullam uspiam in miraculis, Sancti nostri patrocinio patratis, quæ narrat, unguenti ex ejus seu tumulo seu corpore prodigiose scaturientis mentionem faciat. Sancti quidem templum lucubrationis suæ seu *Miraculorum edendorum*, lib. II, cap. 3, vocat ἰαματοφόρον; verum cum vocabulum ἴαμα sanationem æque quam medicamen, uti jam supra docui, significare queat, sane ex attributo per laudatum scriptorem anonymum Thessalonicensi sancti Demetrii ecclesiæ epitheto ἰαματοφόρος, utpote quod tam id, quod sanationem, quam quod medicamen seu medelam affert, significare notum sit, argui non potest, vel obscuram ipsum unguenti e Sancti tumulo prodigiose scaturientis mentionem facere voluisse. Quod cum ita sit, oleum e Sancti tumulo jam inde a sæculo octavo ineunte aut etiam senescente septimo prodigiose stillare cœpisse, utcunque quidem verosimile, neutiquam tamen est certum atque indubitatum. Hinc porro simulque ex aliis, quæ e Joanne Cameniata supra disserui, jam fluit, ut certo quidem jam inde a sæculo nono, fortassis autem duntaxat jam inde etiam a sæculo octavo aut septimo unguentum seu oleum, sanandis morbis salutare, e sancti Demetrii seu corpore seu tumulo prodigiose stillarit. Atque hæc jam de magno isto continuoque miraculo disseruisse sufficiat; nunc, quoniam de Demetrii corpore mentio haud infrequens § præsenti facta est, nonnulla adhuc, quæ de hoc dicenda restant, hic etiam, ne quæ conjuncta quodammodo sunt, sejunctim tractentur, expediri est consonum.

107. Ac primo quidem sacrum illud pignus, cum determinatus, quo indicata Sancto Thessalonicensi ecclesia jaceret reconditum, locus dudum fuisset incognitus, detectum non prius, quam sæculo septimo senescente aut sequentis initio fuisse, vel e solo num. 102 huc transcripto Joannis Thessalonicensis testimonio palam est. At vero, inquies, secundum Metaphrasticam Sancti Passionem, alteramque ab anonymo, qui Metaphrasti præluxit, conscriptam, Leontius, Illyrici sub sæculi quinti, uti ex supra dictis apparet, initium præfectus, Thessalonica, cum jam in hac civitate ecclesiam sancto Demetrio exstruxisset, Sirmium petiturus, partem quampiam e sacrosancti martyris corpore statuerat accipere, fuitque ab hoc proposito per Sanctum, in somnis sibi apparentem, abstractus. Fateor, sic habet. Verum locum determinatum, quo sacrum Sancti nostri corpus jaceret, Leontio cognitum fuisse, certum inde esse haud potest: præterquam enim quod illud Leontii consilium in Anastasianis et Photianis Sancti Actis non memoretur, id sibi etiam Leontius, utut locum, quo sacrum pignus jaceret, nondum tunc nosset, eumque duntaxat a sese, fossione facta, inventum iri, speraret, propositum potuit habere. Utut sit, Joanni Thessalonicensi potius, quam Metaphrastæ et anonymo, e quo hic sua desumpsit, Demetrii biographo, standum est, Sanctique proinde, quidquid etiam hi scribant, corpus non prius, quam sæculo septimo senescente, aut sequentis initio fuisse detectum, in animum induco. Atque id tunc quidem verosimiliter duntaxat, certo autem, uti ex supra dictis pronum est colligere, non serius quam sæculo nono factum fuit.

108. Verum anne, ut ad aliud jam progrediar, sacrum istud pignus in ecclesia Sancto sacra penes Thessalonicenses semper deinceps mansit? In Vita sancti Lietberti, Cameracensis et Atrebatensis episcopi, ad 23 Junii diem, quo hic colitur, in opere nostro vulgata, cap. 5, quo Sancti hujus episcopi iter Hierosolymitanum describitur, lucubratiuncula illius auctor Radulphus ita memoriæ prodit: «Ingressus (Lietbertus nempe) Dalmatiam, locisque peragratis, in quibus olim Diocletianus thermas ædificando diversa mortis intulerat supplicia Christi martyribus, cursum vertit Isauriam versus. Quam præteriens devenit Corinthum, illicque audiens Demetrii sancti, inter martyres præclari, corpus quiescere, sepulcrum ejus expetiit, totoque mentis affectu meritis ipsius divinum auxilium quærit.» Sanctus Lietbertus, Cameracensis atque Atrebatensis episcopus, sæculo undecimo, utpote anno 1076, uti apud nos ad dictum Junii diem videre licet, e vivis sublatus, floruit; quare, si verbis recitatis vera memoret Radulphus, totumque sancti Demetrii corpus intellectum voluerit, necesse est, ut id sæculo undecimo non amplius Thessalonicæ quieverit, sed inde aut hoc ipso sæculo aut etiam citius Corinthum, ubi id sanctus Lietbertus visitarit, fuerit translatum. Verum Henschenius noster, in suis in recitata Radulphi verba Adnotatis aliquam auctoris hujus, qui præterea Diocletianum, martyribus labore macerandis intentum, thermas in Dalmatia exstruxisse, perperam sane (neque enim ille id ibi, sed Romæ fecit) memoriæ prodit, circa loca in textu huc transcripto indicata, ignorantiam suspicatus, fueritne sancti Demetrii corpus

salonica, qua in urbe, quod ex eo unguentum cum scaturiret, magno populorum concursu rabatur, Corinthum translatum, disquisitum . hunc 8 Octobris diem, promisit.

). Ut itaque fidem ab eo datam liberem, simul- quam merito, an in assignando, quo sanctus ertus sancti Demetrii corpus visitavit, loco lphus hallucinatus haud sit, in Adnotatis su- itt. dubitarit, ostendam, lectori in memoriam o, quod num. 87 et tribus seqq. integrum anscripsi, instrumentum publicum. In hoc , quod, ut ibidem docui, sæculi tertii decimi datum indubie fuit, corpus sancti Demetrii adhuc, cum id daretur, Thessalonicæ in ec- , huic sacra, fuisse asservatum, non obscure itur : quod cum ita sit, nec quidquam, quo ti instrumenti fides elevetur, possit afferri, um enimvero sacrum illud pignus jam inde a o undecimo, quo visitatum a sancto Lietberto Corinthum Thessalonica fuisse translatum, dixerit, nisi forte simul, quod tamen futurum reor, fuisse illud, cum Corinthi aliquandiu undecimo et forte etiam sequenti jacuisset, alonicam inde iterum revectum, voluerit re. At vero, inquies, si res ita habeat, non n, num Radulphus in assignando, quo sanctus rtus sacrum sancti Demetrii corpus venera- t, loco errarit, ambiguendum apparet, verum reipsa illum hac in re esse hallucinatum, in- tum videtur. Fateor, ita omnino apparet, nisi s scriptor, non te integro sancti Demetrii e, quod Corinthi a sancto Lietberto visitatum sed de illius parte loqui voluerit; illum au- ion de sacri corporis porte tantum, quam rtus Corinthi veneratus fuerit, loqui voluisse, tius Corinthium pro Thessalonica per erro- ccepisse, verosimillius vel idcirco reor, quod rtum, Hierosolymam petentem, ex Bulgaria matiam, inde in Isauriam, tum Corinthum ac n Laodiceam esse profectum, commemoret; ode autem iter ex Bulgaria Thessalonicam e, atque inde e portu aptissimo in Syriam em maritimam Laodiceam navigare potue- jam ante me in Adnotatis supra memo- tiam observavit Henschenius.

. Atque hinc jam consectarium est, ut Radul- idati, qui sancti Lietberti Vitam, ac nomina- r ejus Hierosolymitanum descripsit, testimo- ieutiquam sufficiat, ut Corinthi, cum sanctus scopus Hierosolymam peteret, vel partem duntaxat corporis sancti Demetrii exstitisse ius. Verum num post saltem sacro hujusmodi e civitas illa fuit ditata? Id ego, utut e nullo s documento affirmari queat, indubitanter ta- egare non ausim, maxime quod post sæcu- idecimum, quo sanctus Lietbertus Hierosо- petiit, aut forte etiam citius, aliquas saltem Demetrii reliquias fuisse distractas seu cum lesiis communicatas, ex jam nunc dicendis appareat. Parisiis in parva ecclesia, quæ sancti Dionysii De Passu dicitur, postque ecclesiam sanctissimæ Dei Genitrici ibidem sacram, sita est, sacras quasdam, quas sancti Demetrii, ibidem ex infra dicendis culti, esse contendunt, reliquias asservari, Bailletus, tom. III *Vitarum*, cpl. 115, affirmat; verum cum hic scriptor dubitantis duntaxat in modum de re isthac ibidem loquatur, nedum quidquam, quo eam stabiliat, in medium, si delatum ibidem Demetrio cultum exceperis, adducat, alio mihi, ut sancti Demetrii reliquias post sæculum undecimum aut etiam citius cum aliis ecclesiis fuisse communicatas, verosimile utcunque efficiam, recurrendum est. Sex sanctorum corpora, videlicet Theodori, Demetrii et Georgii martyrum, Floris, Basilii et Salomonis Hungariæ regis confessorum, sub particulari ecclesiæ cathedralis altari Polæ in Istria anno 1653 fuisse inventa, apud nos tom. VII Septembris in historico de B. Salomone, e rege Hungariæ eremita, pag. 840, e documentis authenticis probatur, sequentique pag profertur etiam instrumentum publicum, e quo, sex illa corpora sub altari illo a D. Michaele Ursino, episcopo Polensi, anno 1487 fuisse deposita, indubitatum sit.

111. Cum autem Demetrius martyr, in monumentis illis memoratus, duobus aliis martyribus celeberrimis, Theodoro scilicet die 7 Februarii, et Georgio die 23 Aprilis cultu ecclesiastico affectis, jungatur, hique ambo, uti, quæ de iisdem ad duos dies illos diseruimus, commonstrant, pro Christianorum in bello patronis seu propugnatoribus, non secus ac sanctus noster Thessalonicensis martyr Demetrius, soleant haberi, non de alio sancto Demetrio martyre, quam de hoc nostro, in laudatis monumentis fieri sermonem, sat verosimile apparet. Quod cum ita sit, sacras Sancti nostri reliquias Polæ in Istria asservari, aut saltem tempore in documentis præfatis notato fuisse asservatas, sat pariter verosimile videtur. Verum integrum ne has sancti corpus, an hujus duntaxat partem fuisse dicemus? Cum non raro, imo frequentissime, fiat, ut reliquiæ, quæ partem duntaxat corporis Sancti cujuspiam constituunt, corporis nomine, etiam in documentis authenticis, veniant, nec quidquam, quod integrum Sancti nostri corpus Thessalonica unquam alio fuisse delatum, suadeat, uspiam invenire licuerit, verosimilius videtur eos qui documenta supra memorata condidere, partem corporis sancti Demetrii, ibidem memorati, seu, ut verosimile ex dictis apparet, nostri, pro integro ejusdem corpore accipere. Idem porro de Gelenio, qui in Colonia supplice, Auctarii num. 4, p. 164, Sigebergensi Benedictinorum cœnobio sancti Demetrii corpus attribuit, pari de causa, si forte ibidem de Sancto nostro sermo sit, dicendum videtur, uti et de quibuscunque seu scriptoribus seu documentis aliis, in quibus Sancti nostri corpus determinato cuiquam loco sacro ascribitur.

[illegible]

[illegible] Infra [illegible] ... in [illegible] Justiniane [illegible] parte, magistri, [illegible] et officiales adsunt, et transeuntes dominum, procedentes in terram, adorant. Illi autem, ut supra observatum est, ad sancti Petri abeunt, ubi patriarcha sacrarium ingreditur, et post preces solemnes peractas, psaltæ troparium incipiunt. Patriarcha deinde ex sacrario sanctum Evangelium manu tenens, ad portas imperatorias ejusdem oratorii procedit, subdiacono crucem processionalem præferente, Domini cereos a præpositis accipiunt, terque genu flexo, ad Deum precantur, tunc Evangelium et crucem osculantur, et diacono incensante, imperator, patriarchæ innixus, e templo egreditur. Observandum quoque est, pompa a sancti Petri procedente, cantores

[illegible]

Apud Bandurum, *Imperii Orientalis* tom[illegible] nymus, *Antiquitatum*, seu ut vocantur [illegible] *Originum Constantinopolitanarum* scrip[illegible] quemadmodum laudatus Bandurus in Pr[illegible] tomo isti, opera pplissimum antea inedita [illegible] ctenti, a se præmissa, docet, sæculo duod[illegible] mediam circiter sui partem provecto floruit [illegible] sui part II, num. 68 sic scribit: « Sancti [illegible] ædem, quæ supra muros exstat, Bardas Cæ[illegible] ficavit, avunculus Michaelis, quem interfe[illegible] lius apud sanctum Mamantem, jam antea i[illegible] sare, dum una cum Michaele Orientalem [illegible] tionem susciperet, membratim conciso in c[illegible] Michaelis ex sorore sua geniti. Frater qui[illegible]

Bardas Theodoræ Augustæ, quæ mater erat Michaelis. » Bardas Cæsar, Michaele imperatore hujus nominis tertio jubente, anno 867 fuit occisus, ut proinde ædes sacra, quam sancto Demetrio illum exstruxisse, verbis recitatis docet scriptor anonymus laudatus, sæculo nono, media circiter sui parte jam elapso, fuerit ædificata. Atque id quidem in ipso urbis Constantinopolitanæ angulo, quo loco Acropolis, ad orientalem ejusdem urbis plagam, uti ex Cangio in *Constantinopoli Christiana*, lib. I, pag. 44 et seq. intelligitur, sita, exstabat, factum indubie fuerit, uti vel ex eo liquet, quod Ducas locum illum Μεγαδημήτριον ἀκρόπολιν seu Magni Demetrii Acropolim, a vicino scilicet sancti Demetrii templo nomenclatione accepta, in contexta a se *Historia*, cap. 38 et 39 appellet.

116. Verum hic intricata admodum solutuque difficilis quæstio exoritur. Etenim Constantinus Porphyrogenitus, in Basilio Macedone, cap. 54, quo ædes sacras nonnullas, ab hoc imperatore instauratas, recenset, hisce etiam ædem, sancto Demetrio sacram, sequentibus verbis annumerat : « Sanctæ Annæ quoque in Deuterio, et sancti Christi martyris Demetrii sacras ædes, vetustate laborantes, novas ac elegantes refecit. » Cangius autem, num sacra hæc, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse, Scylitzes quoque pag. 588 memoriæ prodit, sancti Demetrii ædes una atque eadem cum ea, quam supra ex antiquitatum, seu *Originum Constantinopolitanarum* scriptore anonymo memoravimus, sit, in *Constantinopoli Christiana*, lib. IV, pag. 122 in dubium revocat, et sane non immerito. Etenim, quemadmodum hoc loco scriptor ille recte notat, Cantacuzenus in *Historia*, a se concinnata, lib. III, cap. 6 et 9, ædem quoque sancto Demetrio sacram, in ipso Constantinopolitano imperatorum palatio seu regia statuit, priori quidem loco sic scribens : Καὶ πρὸς τῷ ναῷ τοῦ μεγαλομάρτυρος γενόμενοι Δημητρίου, ὃς τῶν βασιλείων ᾠκοδόμητο ἐντός « Et cum essent prope magni martyris Demetrii templum, quod in palatio ædificatum erat; » posteriori vero sequentia verba suppeditans : Καὶ πρὸς τὸν ἐν Βασιλείοις τοῦ Μυροβλύτου τοῦ μάρτυρος γενόμενος ναόν. « Cumque ad Myroblytæ martyris templum, in palatio situm, venisset. » Jam vero, si sacra Sancti nostri ædes, a Cantacuzeno hic memorata, ab æde ejusdem sacra, quæ eo ipso, quo Acropolis, loco exstitit, fuerit diversa, fuit sane, cur Cangius, hancne, an illam Basilius Macedo instaurarit, revocaret in dubium.

117. Sed rem examinemus. Anna Comnena, *Alexiados* lib. XII, pag. 361 meminit ædis sacræ, in palatio imperatorio Constantinopolitano exstantis, quæ, quamvis quidem a multis, seu potius, ut Græca verba sonant, a vulgo magni martyris Demetrii nomine insigniretur, in nomine tamen Dei matris fuerat erecta ; mox autem laudati Scylitzes et Constantinus Porphyrogenitus, prior quidem pag. proxime cit., posterior vero in Basilio Macedone, cap. 55, fuisse ab hoc ædem, sanctissimæ Dei Genitrici sacram, in palatio exstructam, memoriæ produnt ; quare hanc, nisi forte quis duas, quod parum verosimile apparet, dicatas eidem Dei Genitrici ædes in palatio exstitisse velit, esse necesse est illam ipsam, quæ, quamvis quidem, ut Anna Comnena ex dictis docet, Deiparæ in palatio sacra exstiterit, Demetrii nihilominus nomine insignita a vulgo fuit, quæque, nisi forte quis, contra ac verosimile apparet, ædes duas, sancti Demetrii nomine distinctas, in palatio exstitisse velit, cum sacra sancti æde, quam in palatio Cantacuzenus statuit, eadem esse debet. Porro laudati Scylitzes et Constantinus Porphyrogenitus, qui, quemadmodum jam docui, Dei Genitrici ædem in palatio a Basilio Macedone ædificatam fuisse tradunt, ab hoc etiam principe, paulo antequam id faciant, ædem sancto Demetrio sacram instauratam fuisse, memoriæ produnt ; quare, cum hanc ab illa, a vulgo etiam, ut jam docui, sancti Demetrii nomine insigniri solita, manifestissime distinguant, consectarium ex omnibus jam dictis est, ut sacra sancto Demetrio ædes, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse scribunt, extra palatium sita fuerit, distinctaque proinde ab æde, sancto Demetrio sacra, quam in palatio Cantacuzenus ponit. At vero, inquies, orationem seu homiliam, supra plus semel memoratam, hisque verbis, Ἔφη ὁ σωτήριος λόγος, inceptam, quam Commentarii hujus § 1 Leoni Sapienti, Orientis imperatori, vindicavi, dictam fuisse ab hoc tunc, cum ædes sancto Demetrio in regia seu palatio consecraretur, titulus ei præfixus, utpote qui verbis, num. 5 recitatis, sit conceptus, fidem facit.

118. Jam vero, cum Leo Sapiens Basilii Macedonis filius sit, huicque patri suo, quo volente imperator jam inde ab anno 870 coronatus fuerat, anno 886 successerit, ædem sancto Demetrio sacram, in cujus consecratione orationem seu homiliam memoratam is dixit, esse illam ipsam, quam ab ejus patre, Basilio Macedone, instauratam fuisse Porphyrogenitus et Scylitzes locis supra citt. tradunt, verosimillimum apparet, hancque proinde non aliam, quam quæ a Cantacuzeno supra recitatis verbis in palatio seu regia statuitur, exstitisse. Ita contra opinionem, qua ea jam dictis sacram sancti Demetrii ædem, a Basilio Macedone instauratam, extra palatium statuimus potest argui. Verum scriptor, qui dictæ homiliæ seu orationi in codice olim Mazarinæo, sæculo, ut apparet, duodecimo exarato, titulum præfixit, dictam illam fuisse tunc, cum ædes sancto Demetrio in regia consecraretur, idcirco fortassis in hoc notarit, quod tunc, cum præfatum codicem exararet, seu sæculo XII sacrum istud ædificium solo sancti Demetrii nomine soleret distingui. Adhæc, ut cum tituli, de quo hic, scriptore Anna Comnena, quæ pariter sæculo XII floruit sacramque illam ædem, utut Demetrii nomine a vulgo insigniri solitam, sanctissimæ Dei Genitrici dicatam notat, in concordiam adducatur,

fieri potest, ut sacra illa ædes et sanctissimæ Dei Genetrici simul et sancto Demetrio fuerit dicata, hincque de ea, veluti sancto Demetrio sacra, tituli scriptor, solis concinnatis de hoc Sancto nostro lucubrationibus (adi num. 3) transcribendis intentus, mentionem fecerit, omisso etiam Deiparæ nomine quo tunc fortassis a paucis duntaxat locum illum sacrum insigniri habebat perspectum. Quidquid itaque e titulo, quem in codice Mazarinæo oratio seu homilia laudata præfert, possit argui, hanc equidem, non cum sacra sancti Demetrii æde, quam a Basilio Macedone instauratam fuisse Scylitzes et Porphyrogenitus tradunt, sed cum altera, quam in palatio fuisse Dei Genitrici exstructam, nomineque nihilominus sancti Demetrii a vulgo soluisse distingui Anna Comnena affirmat, consecraretur, pronuntiatam fuisse, indubitatum apparet, manetque proinde, sacram sancti Demetrii ædem, quam Basilius Macedo instauravit, extra palatium sitam fuisse, atque ideo ab ædi Sancti sacra, quam in palatio Cantacuzenus statuit, distingui.

119 Verum quænam tandem est sacra sancti Demetrii ædes, quæ et ab æde per Cantacuzenum memorata distinguitur et a Basilio Macedone fuit instaurata? Non alia, ut apparet, quam quæ eo ipso, quo Acropolis exstitit, loco a Barda Cæsare, ut supra docuimus, fuit exstructa. Hæc enim, non secus atque illa, extra palatium exstitit, uti jam nunc dicenda ostendent. Ecclesiam sancti Demetrii, quam luce huic sacra imperatores, ut supra docui, quotannis adire solebant, extra palatium sitam fuisse, vel e solis, quibus hic illorum magna solemnitate ad locum istum sacrum fieri solitus accessus describitur, verbis, supra huc ex *Aulæ Constantinopolitanæ cæremoniarum* libro transcriptis, liquet; hisce enim imperatores, quo illud sancti Demetrii templum adirent, e palatii sui portis egredi soluisse asseruntur; jam vero cum hæ, uti eadem transcripta verba fidem faciunt, ad Orientalem civitatis plagam exstiterint, atque ad hanc etiam sancti Demetrii ecclesia, a Barda Cæsare exstructa, sita fuerit, sacrum hunc locum cum ecclesia, quam imperatores solemni supplicantium ritu 26 Octobris die quotannis adibant, esse eumdem, verosimillimum apparet, illumque proinde, non secus atque hanc, extra palatium situm fuisse. Ad hæc cum soluisse quotannis Orientis imperatores ad monasterium, sancti Demetrii nomine insignitum, luce huic sacra seu 26 Octobris die abire, a Codino verbis supra recitatis tradatur, iidemque imperatores, ut supra huc transcripta ex *Aulæ Constantinopolitanæ cæremoniis* verba fidem faciunt, festiva eadem sancti Demetrii ad dictum Sancti hujus templum, extra Palatii portas situm, solemni supplicantium ritu incedere soluerint, de eodem loco sacro et apud Codinum et in dictis *Cæremoniis* seu potius scripto de hisce libro fieri sermonem, vix non indubitatum apparet.

Fidem prædicat, comprehenditur, ad Maximianum adducitur, custodiri ab hoc jubetur, a Nestore, contra Lyæum pugnaturo, convenitur, illique benedicit.

Ἀξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἐρκούλιος, ὑποτάξας Γότ- A
ὶ Σαυροματὰς τοῖς Ῥωμαίοις, κατελθὼν ἐν
ᾳλονικέων πόλει διέτριβε, δυσευδαίμων καὶ
ς ἄνθρωπος, καὶ εἰς βάθος τῆς πλάνης ὀλι-
Ἐφαιδρύνετο τότε ἡ τῶν εἰδώλων πλάνη
ὔ τιμωμένη, καὶ δωρεῶν μεγίστων ἀξιου-
βδίωκον γὰρ οἱ τῶν θεῶν θεραπευταὶ τοὺς
ὁμολογοῦντας Θεοῦ Υἱὸν, καὶ ἀκινδύνως
:τον τοὺς τῆς ἀληθινῆς σοφίας θεραπευτάς.
ἦν καὶ ὁ μακαριώτατος Δημήτριος, ἐμφανῆ
αὐτὸν, καὶ οὐδένα φόβον ἢ κίνδυνον ὑποστελ-
Βιον μὲν καθαρὸν καὶ ἄμεμπτον ἐκ νεότη-
ιξάμενος, τὸν σωτήριον λόγον ἔχων ἐν ἑαυτῷ,
ιδιδοὺς τοῖς προστυγχάνουσι, καὶ διδάσκων
οθυμίας, πείθων τε καὶ διαλεγόμενος κατὰ
τολικὸν ἔνταλμα τοῦ μακαρίου Παύλου πρὸς B
ν Τιμόθεον γράψαντος, καὶ ὑποθέσθαι κατα-
ς τὸ Ἐπίστηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως.

ὕτως οὖν ὁ μακαριώτατος Δημήτριος ἐκ γέ-
ν περιδόξων, καὶ τῆς συγκλήτου βουλῆς
, ἐκσκέπτωρ τὸ πρῶτον στρατευσάμενος,
τατος γεγονὼς Ἑλλάδος, καὶ ὑπάτου ὡραιῶ-
ν ὑπὸ τοῦ βασιλέως Μαξιμιανοῦ. Αὐτὸς δὲ
ἡῖνον δοξαν εἰς οὐδὲν λογισάμενος, τοὺς ζωο-
τοιήσατο λόγους, ἑρμηνεύων τε καὶ δεικνὺς,
ἀπολωλότα ἄνθρωπον, καὶ ταῖς ἰδίαις ἀνο-
θνατωμένον, ἡ πάνσοφος τοῦ Θεοῦ Λόγου
ρκα παρουσία, διέστησεν μὲν ἀπὸ τῆς πλά-
κάθηρε δὲ ἀπὸ πάσης ἀνομίας, καὶ παντὸς
φῶς δὲ ἀνέτειλεν, καὶ ἡμέραν ἐλευθερίας ἐν

1. Maximianus, qui et Herculius (2), Gothis Sauromatisque Romano imperio subactis (3), reversus in Thessalonicensium commorabatur civitate, homo infelix et Deo inimicus et in erroris profundum delapsus. Florebat tunc idolorum insania, ubique culta maximisque muneribus honorata ; deorum enim ministri eos, qui Christum confiterentur Filium Dei, persequebantur, impuneque occidebant veræ Sapientiæ cultores. Quos inter erat et beatissimus Demetrius, qui, metum etiam nullum aut periculum curans, manifestum faciebat semetipsum, quique, vita sane pura irreprehensibilique a juventute ducta, salutis verba in se habebat, obviisque tradebat, cum animi alacritate et docens, et instans et arguens secundum apostolicum præceptum beati Pauli ad sanctum Timotheum (4) scribentis, illudque » *Insta opportune, importune* », inculcare satagentis.

2. Sic itaque beatissimus Demetrius, ex illustri senatorioque genere oriundus (5), cum primum exceptoris officio (6) militasset, Græciæque deinde proconsul creatus esset, consularia etiam insignia ab imperatore Maximiano accepit ; ipse autem, omnem mundi gloriam nihil faciens, salutem afferentia verba faciebat, explicans atque ostendens, qui hominem perditum, propriisque peccatis mortuum omniscii Dei Verbi secundum carnem adventus ab errore quidem abstraxerit, ab omni autem iniquitate omnique calligine expurgarit, lumen porro oriri fecerit, libertatisque in anima-

idquid de scriptore hoc, qui fortassis jam C vium num. 30 et seq.
eculo sexto floruit, scitu præcipue dignum
mentarii prævii § 2 exposui.
perator, sub quo sanctus Demetrius mar-
ronatus est, non Herculius, sed Galerius
natus fuit. quemadmodum, quæ Commen-
evii num 57 et seq. in medium adduxi, fi-
unt.
ndonam Gothi Sauromatæque seu Sar-
: memorati. a Maximiano Galerio fuerint
seu profligati, Commentarii prævii num. 60
edocui.
istola 2, cap. 4, v. 2.
natorio genere ortum esse Sanctum, nec in
, nec in Anastasiana ejus Passione funda-
habet ; quare, cum nec aliunde, quo jam
Demetrii natales possumus astruere, quid-
currat, senatorione, an altero genere oriun-
sit, est dubium. Adi Commentarium præ-

(6) Vocabulum *exceptor*, generice acceptum, significat scribam, atque adeo hic illum, qui, quæ quantum ad res militares in libros referenda erant seu notanda, litteris mandabat. Adi Cangium in Glossario mediæ et infirmæ Latinitatis ad vocabulum *Exceptor*, quod præterea idem, quod vocabulum Græcum Ἐκσκέπτωρ significat, uti idem scriptor in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis docet. Verum anne Sanctus militari exceptoris officio reipsa etiam, uti hic asseritur, functus fuerit, mihi ambigendum apparet, uti etiam an unquam, quod mox hic subditur, ad proconsulis Græciæ dignitatem fuerit promotus. Etenim tam hoc, quam illud memoriæ hic primum proditum fuisse videtur ab anonymo Sancti nostri biographo, qui, cum ab hujus ætate aliquot sæculis abfuerit, fidem ea in re certam haud meretur.

bus eorum, qui eum recipiunt, produxerit diem, qui justitiam, mansuetudinem, pacem, charitatem, spem vitæ æternæ præbet, temporaria abjicit, æternum atque incorruptum pignus confert, resurrectionem a mortuis, ingressumque in paradisum conciliat.

3. Cum hæc audacter doceret beatus martyr Demetrius, sermonemque illum fidei operibus confirmaret; multi autem propterea ex ethnicorum multitudine ad eum accederent, atque ad occidentalem magni fori civitatis plagam in loco ibidem sito, qui Ænea porticus vocabetur, ubi etiam sub adjacentis balnei publici subterraneis fornicibus cœtus agere solebat, famaque illius per totam civitatem viciniamque spargeretur, imperatoris milites una cum lictoribus publicis, quibus, ut in Christianos inquirerent, erat injunctum, Demetrium comprehensum (neque enim fugiens, sed consueta cum fratribus religionis ministeria obiens captus est) Maximiano Dei inimico, veluti maximam prædam, stiterunt, futurum existimantes, ut imperatori maxime probarent, quantam diligentiam, ne Christianus ullus, utpote et ipsos, qui celsioris conditionis essent, prodentes absconditus maneret, impenderent.

4. Contigit autem ut is, quod singulari certamine decertaturos, reliquaque pentathli lusus (7) spectacula edituros cerneret ad civitatis theatrum, quod stadium dicitur, adiret. Illic enim e tabulis quibusdam sepimentum, in altum suspensum, quod ingredientes suscepturum erat, circuli in modum et erat paratum (8); cernere enim humani sanguinis effusionem, delectatio ei erat, nec tamen absque cura seu sollicitudine, quod ei spectandum dabatur, poterat intueri. Amore autem ferebatur imperator erga quemdam monachum, nomine Lyæum, e Wandalorum gente exsistentem (9), fortitudine magnitudineque corporis eximium, qui non modo Romæ, sed et Sirmii (10) Thessalonicensiumque in civitate multos duello, utpote ex exercitatione consuetudineque haud vulgarem occidendi peritiam nactus, necarat.

5. Hunc, cum omnibus, quod nemo cum eo posse congredi videretur, esse terrori, imperator inter primos, quod et continuo facere affectabat, habebat placidiorique vultu intuebatur : laudabat

A τατς ψυχατς τῶν δεχομένων αὐτὴν ἀπειργάσατο, δικαιοσύνην, ἐπιείκειας, εἰρήνην, ἀγάπην, ἐλπίδα ζωῆς περιποιοῦσαν αἰωνίου, τὰ πρόσκαιρα μὲν ἀποῤῥίπτουσαν, τὸν δὲ ἀίδιον καὶ ἄφθαρτον ἀῤῥαβῶνα παρέχουσαν, τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, καὶ τὴν εἰς παράδεισον προξενοῦσαν ἐπανάζευξιν.

γ'. Ταῦτά διδάσκοντος τοῦ μακαρίου μάρτυρος Δημητρίου μετὰ παρουσίας, καὶ τὸν λόγον τῶν πρακτικῶς βεβαιοῦντος διὰ τῆς πίστεως · πολλῶν ἅ αὐτῷ διὰ ταῦτα ἐκ τῆς τῶν Ἑλλήνων πληθύος προσιόντων, καὶ συνευρισκομένων ἐκ δοσμῶν τοῦ τῆς πόλεως μεγαλοφόρου ἐν τῇ ἐκεῖσε Χαλκευτικῇ λεγομένῃ στοᾷ, ἔνθα καὶ εἰώθει τὰφ συνόδους ποιεῖσθαι ὑπὸ τὰς τοῦ ἐγγὺς δημοσίου λουτροῦ ὑπογαίους καμάρας, μεγαλυνομένης τε τῆς περὶ αὐτὸν φήμης καθ' B ὅλης τῆς πόλεως καὶ τῆς περιχώρου, οἱ τὴν ἀνζήτησιν τῶν Χριστιανῶν στρατιῶται τοῦ βασιλέως ἅμα τοῖς δημοσίοις προστεταγμένοι ποιεῖσθαι, συλλαβόντες τὸν μακάριον Δημήτριον (οὐδὲ γὰρ φεύγων συνελήφθη, ἀλλὰ τὰς συνήθεις ἅμα τοῖς ἀδελφοῖς ἱερουργῶν λατρείας) τῷ θεομάχῳ Μαξιμιανῷ καθάπερ τι μέγιστον θήραμα προσήγαγον, οἰόμενοι ἑαυτοὺς μάλιστα τῷ βασιλεῖ παραθέσθαι, εἰ τὴν ἐπιμέλειαν τοῦ μηδένα Χριστιανὸν λανθάνειν ἐπιδείξαιντο, τὸ καὶ τοὺς ὑπεροχῇ ὄντας καταμηνύοντες.

δ'. Καὶ ὁ μὲν ἔτυχεν ἐπὶ τὸ τῆς πόλεως θέατρον τὸ καλούμενον στάδιον ἀνιέναι θέας ἕνεκεν τῶν μονομαχεῖν μελλόντων, καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ πενταθλικοῦ θεάματα ἐπιτελούντων · ἐκεῖ γὰρ αὐτῷ παρεσκεύαστο διά τινων σανίδων περιπεφραγμένος κύκλῳ ἐν ὕψει κρεμάμενος, ὃ δέχεσθαι μέλλων τοὺς ἐν αὐτῷ εἰσιόντας, διότι τέρψις ἦν αὐτῷ τοῦ βλέπειν ἀνθρωπίνων αἱμάτων ἔκχυσιν. Πλὴν οὐκ ἐκτὸς φροντίδος ἢ μερίμνης εἶχε τὸ ὁρώμενον · διέκειτο γὰρ ὁ βασιλεὺς περί τινα μονομάχον Λυατον, ὀνόματι ἐκ τοῦ ἔθνους τῶν Οὐανδάλων ὑπάρχοντα, ἰσχύι καὶ μεγέθει σώματος ἀνεσταλμένον, ὃς οὐ μόνον ἐν Ῥώμῃ πολλοὺς εἰς τὴν λοῦδον ἀνῆρήκει, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ Σερμίῳ, καὶ ἐν τῇ Θεσσαλονικέων πόλει · διέτρεχε γὰρ διά τε τῶν σανίδων καὶ τοῦ μαγγάνου, ἅτε διὰ πολλὴν ἐμπειρίαν εἰς τὸ φονεύειν διὰ μελέτης καὶ συνηθείας κεκτημένος.

ε'. Τοῦτον, ἐπειδήπερ ἅπαντες ἐδεδοίκεσαν διὰ τὸ μηδένα αὐτοῦ ἀνταγωνιστὴν ἀναφαίνεσθαι, ἐν πρώτοις εἶχεν ὁ βασιλεὺς, ὃ καὶ φιλεῖν ἐπεδείκνυτο, καὶ ἡδέως ἔβλεπεν εἰς αὐτόν · ἐπῄνει δὲ καὶ ἐθυμεῖτο

(7) Id est, certaminis gymnici, quod quinque certaminibus, cursu videlicet, lucta, pugilatu, saltu et jaculo, ut Festus docet, constabat. Adi ad vocabulum *Quinquertium* Pitisci *Antiquitatum Romanarum* Lexicon.

(8) Cum hic de cellula seu de suggestu, quod Maximiano aliisque ingressuris, prout hodie in theatrorum aulis usuvenit, præparatum esset, sermo institui videatur, ita Latine ultimam hanc Græcam periodum interpretandam duxi, substantivumque in ea, cum quo participium περιπεφραγμένος concordare deberet, vel esse omissum vel certe hoc ad significandum sepimentum substantive adhiberi, ex istimo, idque vel idcirco maxime, quod substantivum κύκλῳ, participio isti subjectum in dativo ponatur, adeo ut significari haud possit circulus circumseptus, prout Anastasius Bibliothecarius (adi Adnotata, Vitæ præcedenti sub num. 10 subjecta) existimasse videtur.

(9) Wandalum natione fuisse Lyæum, nec in Anastasiana Photianave Sancti Vita, nec in monumentis, scriptoribusve ullis, fidem certam facere natis, asseveratur; quare etiam, anne illud veritati consonet, est dubium.

(10) Civitas hæc, licet modo Slavoniæ urbicula duntaxat sit, Demetrii tamen ætate seu sæculo quarto ineunte erat amplissima frequentissimaque, nec ante annum circiter 441, quo ab Attila fuit excisa, a florenti, in quo tunc erat, statu excidit.

τὴν ἀκμὴν τῆς ἡλικίας αὐτοῦ, καὶ εἰς τὴν περιφάνειαν αὐτοῦ ἐσεμνύνετο. Ὅτε δὲ πλησίον ἐγένετο τοῦ σταδίου, κατιόντος αὐτοῦ ἐκ τοῦ ὀχήματος, τότε μηνύσαντες προσάγουσιν τῷ Μαξιμιανῷ τὸν μακάριον οἱ συνειληφότες Δημήτριον. Πειθόμενος δὲ εἰ ἐπιμένει τὸν Χριστὸν προσκυνῶν, καὶ μαθὼν καὶ ἑτέρους αὐτὸν διδάσκειν τὸν ἐσταυρωμένον σέβειν, ἦχθη μὲν πρὸς αὐτόν.

ς'. Ἰδὼν δὲ τὴν παῤῥησίαν τοῦ ἀνδρὸς, Χριστιανὸν ἑαυτὸν ἀποκαλοῦντος, καὶ πᾶν ὁτιοῦν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ὑπομεῖναι θαῤῥοῦντος, εἶτα καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πάνυ ὡραῖον γενόμενον, καὶ τῶν προκειμένων θεαμάτων ὅλος ὤν, τὸν μὲν ἀοίδιμον μάρτυρα ἐκέλευσεν αὐτὸν παρὰ τὸ στάδιον δημοσίου γειτνιῶντος βαλανείου περὶ τὰς τῶν ἐκεῖσε καμίνων φρουρεῖσθε καμάρας. Ἔνθα φυλαττόμενος, ὀρᾷ σκορπίον ἐκ τῆς γῆς ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ ἀνελθόντα, πειρᾶσθαι δὲ τῷ κέντρῳ πλῆξαι τὸν ἅγιον. Ὁ δὲ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ τοῦ Χριστοῦ ποιήσας κατὰ τοῦ σκορπίου, καὶ προσάρτήσας αὐτὸν νεκρὸν ἀπέδειξεν. Παραχρῆμα δὲ ἄγγελος Κυρίου ἐλθὼν στέφανον ἐπέθηκε τῇ κορυφῇ τοῦ μάρτυρος, καὶ εἶπεν αὐτῷ, Εἰρήνη σοι, ἀθλητὰ τοῦ Χριστοῦ, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου.

ζ'. Ὁ δὲ βασιλεὺς εἰσελθὼν ἐν τῷ σταδίῳ καὶ προκαθίσας, τόν τε Λυαῖον εἰσαγαγὼν ἐκάλει διὰ τῶν κηρύκων τὸν βουλόμενον μονομαχῆσαι, προστιθεὶς μετὰ τῶν ἐπάθλων καὶ χρήματα πολλά· καί τις ἐκ τοῦ δήμου νεανίσκος ὡραῖος πάνυ, κομιδῇ νέος ὤν, Νέστωρ ὄνομα, ἄρτι τὸν ἴουλον ἐπανθοῦντα φέρων, γνωστὸς ὑπάρχων τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ (ἐθεώρει γὰρ τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα θαύματα, πολύν τε λαὸν προστρέχοντα αὐτῷ, καὶ διδασκόμενον σέβειν, καὶ προσκυνεῖν τὸν Χριστὸν) ἐκδραμὼν ἐν ᾧ ἐφυλάττετο τόπῳ, καὶ πεσὼν εἰς τοὺς πόδας αὐταὺ ἔλεγεν· Δοῦλε τοῦ Θεοῦ Δημήτριε, βούλομαι τῷ Λυαίῳ μονομαχῆσαι, ἀλλ' εὔξαι μοι τὸν Χριστὸν ὀνομάσας. Ὁ δὲ ἅγιος ποιήσας τὴν τοῦ Χριστοῦ σφραγῖδα εἴς τε τὸ μέτωπον καὶ τὴν καρδίαν αὐτοῦ, ἀπέλυσεν αὐτὸν εἰρηκώς. Καὶ τὸν Λυαῖον νικήσεις, καὶ ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσεις.

autem ac mirabatur ætatis ejus vigorem, nec aliter quam de magna re, de viri superbia gloriabatur. Cum porro ad stadium jam venisset, atque e curru descendisset, beatum Demetrium, qui eum ceperant, ad Maximianum, rei præmonitum, tunc adducunt. Inquirens autem, an Christum adorare pergeret, eumque etiam alios, ut Crucifixum adorent, doctrina suo impellere, edoctus, jussit illum ad se duci.

6. Viri autem, Christianum sese agnoscentis et quæcumque pro Domini nostri Jesu Christi nomine sufferre audentis, constantiam, vultumque ejus maxime venustum conspicatus, quod totus spectaculis exhibendis esset intentus, venerandum martyrem juxta ipsum prope publicum balneum in subterraneis fornicibus, ibidem exsistentibus, custodiæ manciperi jussit (11). Ibidem custoditus scorpium, e terra sub pedibus suis, qui et cauda sanctum percutere conabatur, egredientem aspexit. Hic autem, facto in scorpium crucis signo, suspendit et mortuum illico reddidit (12). Statim angelus Domini adveniens coronam capiti martyris imposuit. Pax tecum, pugil Christi, robustus sis et confortare.

7. Cum porro imperator stadium esset ingressus, locumque suum occupasset, Lyæum introducens per nuntios, qui cum eo singulare certamen inire vellet, advocabat, cum donis, victoriam referentibus dari solitis, multam etiam pecuniam promittens. Quidam autem e vulgo adolescens admodum formosus, qui adhuc valde juvenis erat, nomine Nestor, primam modo lanuginem ferens, notus exsistens gloriosissimo martyri Demetrio (facta enim ab eo miracula multumque populum, qui ad eum accurrebat, venerari et quod docebat, et Christum odorare videbat) ad locum, in quo custodiebatur, cadensque ad pedes ejus dixit: Serve Dei Demetri, volo contra Lyæum singulari puguare certamine, sed ora pro me, Christum invocans. Verum Sanctus, et in fronte ipsius et in corde Christi signo formato (13), illum dimisit dicens: Et Lyæum vinces, et pro Christo martyrium subibis.

CAPUT II.

Maximianus, ob necem Lyæo illatam iratus, Nestorem primo ac dein etiam sanctum Demetrium jubet interfici, hicque, postea miraculis inclarescens, locis sacris sibi exstructis honoratur.

η'. Ἀπελθὼν οὖν ἐν τῷ σταδίῳ, καὶ διὰ τῶν βαθμίδων καταπηδήσας, ῥίψας τε τῶν χιτῶνα αὐτοῦ, ἔστησεν ἔμπροσθεν τοῦ Μαξιμιανοῦ, ὡς ἐκπλαγέντα

Abiens ergo ad stadium, cum et de gradibus desiliisset, tunicamque suam deposuisset, coram Maximiano stetit, ita ut obstupesceret imperator.

(11) Ab initio modo ad hunc usque locum sancti nostri, quam hic damus, Passionem confer cum iis, quæ in Passione ejusdem altera, priori loco jam data, a principio usque ad num. 7 fere occurrunt, videbisque antiquioris hujus lucubrationis alteram Sancti nostri, quam hic damus, Passionem esse duntaxat ad hunc saltem usque locum paraphrasim, variis adjunctis ab auctore vel pro arbitrio conflictis, vel aliunde ascitis auctam, prout in Commentario prævio num. 16 jam indicavi.

(12) Quod hic narratur, a Photiana et Anastasiana sancti Passione abest, potestque vel idcirco, num veritati consonet, haud immerito dubitari.

(13) Verene, uti hac narratur, Sanctus Nestori, singulari certamine Lyæum aggressuro, benedixerit, statues ex iis quæ Commentarii prævii § 4 disserui.

Cum autem illum, qui in id prosilierat, ad sese A τὸν βασιλέα, Καλέσας δὲ πρὸς ἑαυτὸν εἰς τοῦτο κη-
vocasset, suadere ei cœpit ac dicere : Adolescens, δήσαντα, καὶ συμβουλεύειν αὐτῷ καὶ λέγειν· Νεανί-
scio, quia divitiarum penuria, ut ad tantum vanita- σκε, οἶδα, ὅτι χρημάτων σε σπάνις ἐπὶ τοσοῦτον ἀρ-
tis efferreris, te impulit, ut aut vincens divitias θῆναι φαντασίας παρεσκεύασεν, ἵνα ἢ περιγενόμενος
subito acquiras, aut victoria excidens egestatem πλοῦτον ἀθρόον κτήσῃς, ἢ ἀπυτυχὼν πενίας ἐκχλούσης
simul, quæ te turbat, et vitam deponas. Ego au- μετὰ τοῦ ζῆν ἀπαλλαγήσῃ. Ἐγὼ δέ σοι δι' οἶκτον
tem e juventutis tuæ, ætatisque, qua viges, mi- τῆς νεότητος καὶ τῆς ἡλικίας, ἧς καὶ κεκόσμησαι,
seratione, pro solo auso dona tibi et digna et δώσω καὶ ὑπὲρ μόνης τῆς τόλμης ἄξια, καὶ ἀρκοῦντα
sufficentia largiar ; abi divitias simul cum vita χαρίσματα, καὶ ἄπιθι μετὰ τοῦ ζῆν ἔχων καὶ τὰ
possidens, nec te Lyæo objicias, quoniam jam χρήματα· Λυαίῳ δὲ σεαυὸν μὴ ἀντιστήσῃς, ἐπειδὴ σοῦ
multos te fortiores occidit. πολλοὺς ἤδη δυνατωτέρους ἀπήλλαξεν.

9. Audiens hæc Nestor nec imperatoris muni- θ'. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Νέστωρ, οὔτε ἦρπασε τὴν
ficentiam accepit, nec etiam ad Lyæi landes timo- τοῦ βασιλέως φιλοτιμίαν, ἀλλ' οὔτε ἐδειλίασεν πρὸς
rem concepit ; imperatori autem respondit dicens: τὸν ἔπαινον· τοῦ Λυαίου, τῷ δὲ βασιλεῖ ἀπεκρίνατο,
Divitias haud desidero, imperator, neque idcirco Οὐ χρημάτων ἐπιθυμῶ, φήσας, ὦ βασιλεῦ, οὐδὲ διὰ
ad certamen veni, sed ut me Lyæo præstantiorem B τοῦτο ἐπὶ τὸν ἀγῶνα ἐλήλυθα, ἀλλ' ἵνα κρείττονα
ostendam: sese enim nec vitam, nec divitias præ- Λυαίου ἐμαυτὸν συστήσω· μηδὲ γὰρ βούλεσθαι ζῆν,
reptæ Lyæi laudi velle præferre. Statim itaque, ἢ πλουτεῖν εἴξαντα, καὶ ἐκχωρήσαντα τῇ προλαβούσῃ
hisce dictis, imperator, et qui ei aderant, ira re- τοῦ Λυαίου δόξῃ. Εὐθὺς οὖν ὁ βασιλεὺς καὶ οἱ ὑπὲρ
pleti sunt, Nestoris jactantiam haud ferentes. Ac αὐτὸν ὀργῆς, τούτων λεχθέντων, ἐπλήσθησαν, τὴν
imperator quidem Lyæum excitans clamabat, au- ἀλαζονείαν τοῦ Νέστορος οὐχ ὑπομείναντες. Καὶ ὁ
daciamque ei addebat. μὲν βασιλεὺς προτρεπόμενος ἐβόα, καὶ παρεθάρρυνεν
τὸν Λυαῖον.

10. Nestor autem, formato in pectore suo crucis ι'. Ὁ δέ γε Νέστωρ ποιήσας τὸν ζωοποιὸν στα-
salutiferæ signo, acinacem accedit, levatisque in ρὸν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, ἔλαβε τὴν ἀκινάκην, καὶ
cœlum oculis, dixit : O Deus Demetrii, servi tui, ἀναβλέψας εἰς τὸν οὐρανὸν, εἶπεν· Ὁ Θεὸς Δημη-
dilectusque filius tuus Jesus Christus, qui Goliath τρίου τοῦ δούλου σου, καὶ ὁ ἠγαπημένος σου υἱὸς
alienigenam fideli tuo David subjecisti, Lyæi et Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ ὑποτάξας Γολιὰθ τὸν ἀλλόφυλον
Maximiani fiduciam contere; mediumque in repa- τῷ πιστῷ Δαυΐδ, αὐτὸς κατάβαλε τὸ θράσος τοῦ
gulum prosiliit. Pugna autem facta, Lyæus, ictum Λυαίου καὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ τυράννου· καὶ εἰσπήδη-
in corde accipiens, illico est mortuus, extremam- σεν μέσον τῶν μαγγάνων. Γενομένης δὲ τῆς συμβο-
que imperatori attulit confusionem. Nestor autem C λῆς, καιρίαν λαβὼν κατὰ τῆς καρδίας ὁ Λυαῖος, ἠρ-
laudabat Deum, quod sancti Demetrii precibus ρέθη παραχρῆμα, καὶ τὴν ἐσχάτην τῷ βασιλεῖ ψυχὴν περιεποίησε σύγχυσιν. Ὁ δὲ Νέστωρ ἐδόξαζε
barbarus esset occisus. τὸν Θεὸν, ὅτι τῇ εὐχῇ τοῦ ἁγίου Δημητρίου ἀνῃρέθη
ὁ βάρβαρος.

11. Maximianus autem e sede sua protinus sur- ια'. Μαξιμιανὸς δὲ παραυτίκα τῆς καθέδρας αὐ-
rexit, tristisque ad regiam rediit dicens: Per deos τοῦ ἀπεπήδησε, καὶ στυγνὸς ἐπὶ τὰς βασιλείους αὐ-
veneficium quoddam est factum, quoniam is qui λὰς ἐπανήρχετο, λέγων· Μὰ τοὺς θεοὺς γοητείᾳ τις
tot tantaque facinora edidit, ab hoc juvene est προεχώρησεν· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐσφάττετο ὑπὸ τοῦ νεανίου τούτου ὁ τοσαύτας καὶ τηλικαύτας ἐπιδειξάμενος
occisus. Arcessito autem ad se Nestori tyrannus ἀνδραγαθίας. Καλέσας οὖν πρὸς ἑαυτὸν ὁ τύραννος
dixit : Dic, adolescens, qua usus ante magica vel τὸν Νέστορα, ἔφη πρὸς αὐτόν· Εἰπὲ, νεανίσκε, τίνι
quos habens adjutores Lyæum interfecisti? Nestor μαγείᾳ χρησάμενος, ἢ τίνας ἔχων συνεργοὺς, τὸν
autem respondit : Arte magica, absit, haud cecidit, neque incantatione quapiam est occisus, Λυαῖον ἀπέκτεινας ; Ὁ δὲ Νέστωρ ἀπεκρίνατο· Μα-
sed Deus Demetrii, Deus Christianorum angelum D γείᾳ οὐκ ἐχρημάτισεν, μὴ γένοιτο, ἀλλ' οὐδὲ μαγγα-
suum misit, scelestumque ac superbum in manu νίᾳ τινὶ ἀνῃρέθη· ἀλλ' ὁ Θεὸς Δημητρίου ὁ Θεὸς τῶν
mea occidit. Iratus igitur imperator mandavit, ut Χριστιανῶν, αὐτὸς ἀπέστειλε τὸν ἄγγελον αὐτοῦ,
is, utpote Christianus, ad occidentales urbis ἀπέκτεινεν ἐν τῇ χειρί μου τὸν ἀλάστορα, καὶ ὑπερ-
partes in locum, cui Aureæ portæ nomen, addu- ήφανον. Ὀργισθεὶς οὖν ὁ βασιλεὺς, ἐκέλευσεν αὐτὸν
ceretur, ibique gladio proprio a Menutiano pro- ὡς Χριστιανὸν ἀπενεχθῆναι ἐν τοῖς δυτικοῖς τῆς πό-
tectore occideretur ; atque ita martyrii coronam λεως μέρεσιν ἐν τῇ ἐπονομαζομένῃ Χρυσέᾳ πύλῃ,
est adeptus (14). κἀκεῖσε τῷ ἰδίῳ ξίφει ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Μηνουτίου
προτέκτορος· καὶ οὕτω τῆς μαρτυρίας τὸν στέφανον
ἀνεδέξατο.

12. Quibusdam porro principum de Demetrio ιβ'. Ὑποβαλλόντων δέ τινων τῶν ἀρχόντων τῷ
mentionem apud imperatorem facientibus, eumque βασιλεῖ περὶ Δημητρίου καὶ ὑποθεμένων ὡς εἶπας

(14) Num pro martyre recte habeatur hic Nestor, Commentario prævio § 6 definii.

τῆς τοῦ Λυαίου σφαγῆς γεγένηται, αὐτίκα ὑπερζέσας τῷ θυμῷ οἰωνισάμενος ὡς οὐκ ἀγαθὸν τὸ συνάντημα αὐτῷ γεγονέναι εἰς τὸ στάδιον αὐτῷ εἰσβάλλοντι, κελεύει αὐτὸν ἐν αὐτοῖς, οἷς ἐφυλάττετο καμινίοις, λόγχαις κατασφαγῆναι. Καὶ οὕτως ἀναιρεθεὶς ὁ πανένδοξος μάρτυς τῆς καλῆς ὁμολογίας τὴν μαρτυρίαν ἐπλήρωσεν. Λοῦπος δὲ, ὁ τοῦ ἁγίου Δημητρίου οἰκέτης, παρεστὼς αὐτῷ, λαβὼν τὸ ὁράριον τοῦ ἁγίου, ἐν αὐτῷ ἀνελέξατο τὸ αἷμα αὐτοῦ.

ιγ'. Ἀφελόμενος δὲ καὶ τὸ βασιλικὸν δακτύλιον, ὃ ἐφόρει ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, καὶ αὐτὸ ἐγκλείσας ἐν τῷ ἁγίῳ αἵματι, ἐπετέλει δι' αὐτοῦ ἰάσεις· πάντας γὰρ τοὺς κατεχομένους ποικίλαις νόσοις, καὶ τοὺς ὑπὸ ἀκαθάρτων πνευμάτων βεβλαμμένους ἰᾶτο διὰ τῆς εὐχῆς καὶ ἐπισκιάσεως τοῦ ἁγίου, καὶ τῆς ἐν τῷ δακτυλίῳ χάριτος, ὡς διαδραμεῖν τὴν περὶ τούτου φήμην ἐν ὅλῃ τῇ Θεσσαλονικέων πόλει. Μάθων δὲ ὁ βασιλεὺς περὶ αὐτοῦ, καὶ πῶς ἰᾶται τοὺς κάμνοντας, ἐλέλεμσε [*forte* ἐκέλευσε] καὶ αὐτὸν ἀναιρεθῆναι ἐν τῷ τριβουναλίῳ τῆς πόλεως ἐν ἡμέρᾳ τῶν βουλευπτάτων [*an.* βουλευμάτων?], προκαθημένου αὐτοῦ, μετὰ καὶ ἄλλων τινῶν πεπιστευκότων τῷ Χριστῷ.

ιδ'. Τὸ δὲ πανάγιον Δημητρίου τοῦ ὁσίου λείψανον καταφρονηθὲν ὑπὸ τῶν ἀνηρηκότων, οἱ τῶν τότε δὴ ἀδελφῶν εὐλαβέστεροι λαβόντες νύκτωρ διὰ τὸν φόβον τοῦ βασιλέως, καὶ ἐν αὐτοῖς οἷς ἔρριπτον χώμασιν διανειμάμενοι τῆς γῆς, ὅσον οἷόν τε ἦν, ἔκρυψαν, ἵνα μὴ παρά τινος τῶν αἱμοβόρων ζώων ὑπομείνῃ βλάβην. Οὐδενὶ δὲ μετὰ ταῦτα φροντὶς ἐγένετο μετενεγκεῖν τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου, ἀλλ' ἔμεινεν ἐπὶ σχήματος [*an* χώματος] σημείων τε πολλῶν καὶ ἰάσεων γενομένων ἐν τῷ τόπῳ, καὶ θείων χαρισμάτων φοιτώντων τοῖς πιστεῖ προσερχομένοις ἐν αὐτῷ, καὶ ὁσημέραι πάντων εὐφραινομένων ἐκεῖσε, περιβοήτου διὰ πάσης Μακεδονίας, καὶ Θετταλίας γινομένης τῆς τοῦ μάρτυρος θαυματουργοῦ ἐνεργείας.

ιε'. Λοιπὸν δὲ καὶ τῆς τῶν εἰδώλων πλάνης καθαρθείσης, τῆς δὲ ζωοποιοῦ καὶ ἀμωμήτου τῶν Χριστιανῶν ὀρθοδόξου πίστεως λαμπρυνομένης, Λεόντιός τις ἀνὴρ τοὺς ἐπαρχικοὺς τῶν Ἰλλυριῶν κατακοσμῶν θρόνους, ἀπερχόμενος ἐν τῇ Δακῶν χώρᾳ νόσῳ ἀνιάτῳ ληφθεὶς λεκτικίῳ ὑπὸ τῶν οἰκείων ἐν τῇ Θεσσαλονικέων ἀνπηνέχθη πόλει, καὶ ἀνεκλίθη ἐν τῷ σεβασμίῳ σηκῷ, ἔνθα ἦν ὑπὸ γῆν κείμενον τοῦ ἁγίου τὸ λείψανον. Παραχρῆμα δὲ τοῦ κατακλιθῆναι αὐτὸν ἐπάνω τοῦ ἁματοφόρου μνήματος εὐθέως τῆς ὑγείας

exstitisse necis Lyæi causam suggerentibus, statim ira incensus, omenque haud bonum, quod sibi, ad stadium properanti, obvium illum habuisset, exstitisse ratus, jussit eum in ipsis, in quibus custodiebatur, fornicibus interfici lanceis. Itaque gloriosissimus martyr occisus pulchra confessione martyrium implevit. Lupus autem, sancti Demetrii famulus, qui ipsi præsens aderat, strophium sancti accipiens, sanguinem in eo collegit (15).

13. Cum autem et annulum imperatorium, quem in manu sua gerebat, abstulisset, eumque in sancto sanguine tinxisset, multas per eumdem sanationes operabatur. Omnes enim, qui diversis morbis detinebantur, aut ab immundis spiritibus patiebantur, Sancti oratione ac patrocinio, eaque, quæ annulo inerat, gratia sanabat, ita ut rei hujus fama tota Thessalonicensium civitate percrebresceret. Cum autem imperator rem eamdem, et qui laborantes adversa valetudine sanaret, didicisset, in civitatis tribunali, cum ipsemet præsideret, jussit cum una cum aliis quibusdam, in Christum credentibus, judiciorum die occidi.

14. Cum autem sanctissimum beati Demetrii corpus ab iis qui eum occiderant, contemneretur, religiosiores quidam fratrum præ imperatoris metu noctu id sustollentes in ipsis etiam, in quas conjectum fuerat, scrobibus, terra tam profunde, quam poterat, effossa, absconderunt, ne a sanguinaciorum animalium quopiam detrimentum pateretur. Nulli autem post hæc curæ fuit transferre Sancti corpus, sed mansit sub terra (17), cumque multis in loco signis ac sanationibus factis, iisque qui cum fide ad illum accedebant, gratiis divinis frequentissime collatis, lætitiaque ibidem affectis, martyris miracula facientis, efficacia per omnem Macedoniam ac Thessaliam celebris esset effecta (18).

15. Tandem autem cum et idolorum error esset abactus, fidesque salutaris ac pura Christianorum orthodoxa claresceret, Leontius vir quidam (19), qui Illyrici præfecturæ thronum ornabat, morbo immedicabili, cum in Daciam discederet, correptus, a servis suis Thessalonicam lectica delatus fuit, venerandoque, ubi et sacræ ejus sub humo exstant reliquiæ, monumento impositus; sanitatem autem, statim atque monumento, sanationes afferenti, fuit impositus, recuperavit, ita ut et ipse-

(15) De Lupo, Sancti famulo, videsis Commentarium prævium num. 62 et seqq.

(16) Alludi hic videtur ad proconsulis Græciæ dignitatem, ad quam ab imperatore Sanctus noster fuerit evectus, arrhamque, quam tunc acceperit; verum anne Sanctus Græciæ proconsul unquam exstiterit, dubium admodum apparet. Adi Commentarium prævium num. 35 et seqq.

(17) Ita vocabulum Græcum σχῆμα reddidi, quod ei substituendam putem vocem χῶμα, quæ idem, quod Latine terra seu humus, significat. Videsis Commentarium prævium num. 78.

(18) Joanni, Thessalonicensi sæculo VII episcopo, præluxisse hanc Sancti nostri Passionem, vero haud prorsus ex hoc ejus loco apparet absimile. Adi iterum Commentarium prævium num. 11.

(19) Cum Leontius, hic memoratus, sæculo quinto ineunte, uti in Commentario prævio num. 74 docui, verosimiliter floruerit tuncque, uti ex iis quæ Orlandius *Orbis sacri et profani* part. I. lib. III. cap. 1 in medium adducit, verosimilius apparet, Illyricum occidentale præfecto prætoriano paruerit, oportet, ut Leontius ille Illyrici, non occidentalis, sed orientalis præfectus exstiterit, nisi forte, quod tamen non apparet, Leontius quispiam alius ante sæculi quinti initium, imo ante Theodosii I, qui ex adductis ab Orlandio loco cit. rationibus Illyricum in duas dictas partes divisisse videtur, imperium gesserit Illyrici præfecturam.

met et illi, qui ei aderant, celerrimam martyris visitationem mirarentur, gratiasque Deo et glosissimo martyri Demetrio agerent ; qui statim, cum arcuatorum operum fornices una cum aquarum calidarum domo publicisque, quæ ibidem erant, portibus destruxisset ac expurgasset, venerandum sancto martyri templum inter publicum lavacrum et stadium exstruxit, munerum copia id exornans.

A ἐπέτυχεν, ὥστε θαυμάζειν κρτόν τε καὶ τοὺς περὶ αὐτὸν τὴν ταχίστην τοῦ μάρτυρος ἐπισκοπὴν, καὶ χάριτας ὁμολογεῖν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ πανενδόξῳ μάρτυρι Δημητρίῳ· ὃς αὐτίκα κατὰ τὰς τῶν καμίνων καμάρας, ἅμα καὶ τοῦ τῶν θερμῶν ὑδάτων οἴκου καθελὼν καὶ περικαθάρας μετὰ καὶ τῶν ἐκεῖσε ὄντων δημοσίων ἐμβόλων καὶ προπινῶν, ἀνήγειρεν πάνσεπτον οἶκον τῷ μάρτυρι, δαψιλείᾳ καταλοσμήσας χρειῶν μέσον τοῦ δημοσίου λουτροῦ καὶ τοῦ σταδίου.

16. Cum autem in Illyricum (20) esset discessurus, partem quamdam reliquiarum martyris, ut et ibi templum sub ejus nomine erigeret, accipere voluit ; quem gloriosissimus martyr, noctu astans, id exsequi prohibuit. Accepta igitur chlamyde, sanguine ipsius tincta, parteque orarii, B in lipsanotheca argentea, eum in finem confecta, ea deposuit ; cum autem iter faceret, hiemsque aspera esset, egressusque alveo Danubius diebus sufficientibus etiam navibus iter haud relinqueret, viamque promovere impediret, animo despondit præfectus.

ις'. Μέλλων δὲ ἀπέρχεσθαι ἐν τῷ Ἰλλυρικῷ ἠβουλήθη τινὰ τῶν λειψάνων λαβεῖν τοῦ μάρτυρος πρὸς τὸ κἀκεῖσε ναὸν αὐτῷ οἰκοδομῆσαι εἰς ὄνομα τοῦ ἁγίου· ᾧτινι ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ Δημήτριος νυκτὸς ἐπιστὰς τοῦτον προελθεῖν διεκώλυσεν. Λαβὼν οὖν τὴν χλαμύδα αὐτοῦ τὴν ἐκ τῶν ἁγίων αἱμάτων πεφυρμένην καὶ μέρος τῷ ὀραρίου, καὶ ποιήσας γλωσσόκομον ἀργύριον, ἐν αὐτῷ ἀπέθετο. Ὀδοιποροῦντος δὲ αὐτοῦ, καὶ σφοδροῦ χειμῶνος γεγονότος, καὶ τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ καχλάζοντος τῷ ῥεύματι, ὡς μηδὲ ναυσὶ πόρον τοῦτον ὑπάρχειν ἐπὶ ἱκανάς τε ἡμέρας μὴ ὑπολείποντος αὐτοῦ, ἀλλ' εἴργοντος τὴν ἐπὶ τὸ προσωποπορείαν, ἐν ἀθυμίᾳ ἐτύγχανεν ὁ ἔπαρχος.

17. Ipsum autem vidit gloriosissimum martyrem Demetrium, ipsi dicentem, Diffidentia omni pusillanimitateque deposita, accipiens, quod fers, fluvium absque cunctatione ingredere. Mane igitur, curru consenso, venerandas reliquias manu gestans fluvium innoxius transivit (21), itaque transvectus Sirmii (22) sacram lipsanothecam C cum thesauro, in hac contento, in sancti Demetrii ecclesia, prope venerandum pulchris victoriis decoratæ martyris Anastasiæ templum exstructa, deposuit. Multa autem et miracula et sanationes in via, cum et currus et animalia quiescerent, Domini nostri Jesu Christi et gratia et longanimitate et misericordia Deus patravit ; cui gloria et virtus nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

ιζ'. Καὶ δὴ ἑώρα τὸν πανένδοξον Δημήτριον λέγοντα αὐτῷ, Πᾶσαν ἀπιστίαν καὶ ἀθυμίαν ἀποτίμενος, λαβὼν ὅπερ ἐπιφέρεις, πάρελθε τὸν ποταμὸν ἀδιστάκτως. Ἔωθεν οὖν ἐπιβὰς τῷ ὀχήματι ἔχων ἐν χερσὶ τὴν τιμίαν σορὸν, διῆλθεν ἀβλαβὴς τὸν ποταμὸν, καὶ οὕτως ἀπελθὼν, ἐν τῷ Σερμίῳ ἀπέθετο τὴν ἁγίαν σορὸν μετὰ τοῦ ἐν αὐτῇ θησαυροῦ ἐν ᾧ παρ' αὐτοῦ κτισθέντι ἐκεῖσε πανσέπτῳ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Δημητρίου πλησίον τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς καλλινίκου μάρτυρος Ἀναστασίας. Πολλά τε θαύματα, καὶ ἰάσεις ὁ Κύριος ἐποίησεν, ἕνεκα ἐν τῇ ὁδοῦ τὸ ὄχημα καὶ τὰ ζῶα ἀνεπαύσαντο, χάριτι καὶ οἰκτιρμοῖς καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(20) Occidentale nimirum ; Thessalonicæ enim, quæ Illyrici orientalis civitas erat, versabatur.

(21) Nec hujus miraculi, nec alterius supra hic relati, quo Leontius. Sancto patrocinante, sanitatem recuperarit, in Photiana et Anastasiana Sancti nostri Vita mentio fit.

(22) Sirmium ergo Thessalonica Leontius perrexit ; verum, cum inde illuc pergentibus Danubius trajiciendus haud sit, rectene hic flumen istud Leontius trajecisse indicatur ? In Daciam, quæ Thessalonica, nisi trajecto Istro seu Danubio, adiri non potest, profectus fuisse, supra asseritur ; cum autem fieri possit, ut Leontius in Daciam, e qua Sirmium, nisi Istro pariter seu Danubio trajecto, adiri non potest, primum sese contulerit, ac deinde tantum Sirmium adierit, erroris hic argui non potest anonymus Sancti nostri biographus.

PASSIO TERTIA S. DEMETRII M.

AUCTORE SIMEONE METAPHRASTE

E Græco bibliothecæ Christianissimi regis Medicæo exemplari, cum Lipomani et Surii editionibus collato. Interprete Lipomano.

—

CAPUT I.

Sancti patria, genus, institutio, dignitas, Christi prædicatio, apprehensio atque in carcerem conjectio.

α'. Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ A Ἡρκούλιος, πολὺς κατὰ Χριστιανῶν πνέων τε καὶ φερόμενος· εἰδωλικῆς δὲ πλάνης τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἅπασαν ἐκάλυπτε νέφος, εἰ καὶ λαμπροὶ καθάπερ ἀστέρες ταύτην διαλαχόντες οἱ διὰ Χριστὸν παθόντες ἐξέλαμπον. Ὧν εἷς τότε καὶ ὁ θαυμαστὸς Δημήτριος ἐγνωρίζετο· Δημήτριος, ὁ καὶ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν περίβλεπτος, καὶ τοῖς ἐν Χριστῷ θαύμασι περιβόητος. Ὃν ἤνεγκε μὲν ἡ μεγάλη Θεσσαλονίκη· τό γε τὴν εἰς πατέρας ἥκον ἐπίσημος ἦν, καὶ τὴν εἰς τοὺς ἄνω τοῦ γένους ἀναφοραν τῶν Μακεδόνων ἐπιφανέστατος.

1. Tenebat quidem Romanorum sceptra Maximianus Herculius (1), magnoque impetu et spiritu ferebatur in Christianos, erroris autem simulacrorum nubes tegebat omnem terram, quæ est sub cœlo ; etiamsi veluti lucidæ quædam stellæ eam sortitæ, resplendebant, qui passi fuerunt propter Christum. Quorum tunc unus agnoscebatur admirabilis Demetrius : Demetrius, qui propter fidem in Christum insignis, ac celebratus propter miracula, quæ faciebat in Christo. Illum tulit quidem magna civitas Thessalonica (2) : quod autem ad parentes attinet, erat insignis et genere clarissimus, ipsum referens ad antiquos Macedones (3).

β'. Ἀλλ' οὐχ οὕτω περιφανείᾳ προγόνων, ὡς οἰκείῳ κόσμῳ τῆς ἀρετῆς ἐλαμπρύνετο. Τοσοῦτον γὰρ εὐγενείᾳ ψυχῆς τοὺς ἐπὶ τούτῳ λαμπροὺς παρέδραμεν, B ὅσον ὥρᾳ σώματος τοὺς ἐπὶ κάλλει σεμνυνομένους ὑπερβάλλετο· φύσις γὰρ αὐτῷ μαθήματα μὲν παραλαβεῖν ἱκανη, συλλεξαι δὲ ἦθη καὶ κεράσαι πρὸς τὸ χρηστότερον ἀγαθή· τό τε τοῦ προσώπου λίαν ἐπίχαρι τὴν τῆς ψυχῆς εὐγένειαν ὑπεδήλου. Τὸν μὲν οὖν ἐκ παίδων εἰς ἥβην χρόνον πάντων ὁμοῦ τῶν ἡλίκων ἐκράτει· καὶ ἦν οὐδὲν τῶν ἀληθῶς ἀγαθῶν, ἐφ' ᾧ μὴ τῶν ἄλλων πολλῷ τῷ μέσῳ διέφερεν· ἀλλὰ δῆλον ἦν ἐξ ἀρχῆς τὸ φυτὸν, ὅπως μὲν γένοιτο χαριέστατον, ὅπως δὲ πολύν τε καὶ ἀγαθὸν τὸ καρπὸν ἐνέγκοι.

2. Sed non erat tam clarus splendore suorum majorum, quam ornamento suæ virtutis. Tantum enim animæ nobilitate superavit eos qui erant præclari hoc nomine, quantum corporis specie superabat eos qui suam jactabant pulchritudinem. Nam erat quidem ei satis acutum ingenium ad capiendas disciplinas, aptum vero ad mores colligendos et benignitate contemperandos ; et vultus elegans aspectus significabat animi nobilitatem. A pueritia quidem usque ad pubertatem erat superior omnibus æqualibus : neque erat aliquid ex iis quæ sunt vere bona, in quo non longo intervallo aliis præstaret, manifestumque erat ab initio, quam esset quidem arbor jucundissima, et quam copiosum et bonum fructum latura esset.

γ'. Εἰς ἄνδρας δὲ ἥκων, φύσεως μὲν ἰσχὺν ἐπεδείκνυτο, ἀνδρίαν δὲ ἤσκει καὶ ῥώμην, πρὸς μάθησιν τε τῶν πολεμικῶν ἑαυτὸν ἐξεπόνει, μετὰ χρηστοῦ C τοῦ ἤθους καὶ τῆς ἥδιστον αὐτῷ ἐπανθούσης αἰδοῦς τε καὶ κοσμιότητος· αὐτό τε τὸ διαβεβοῆσθαι πρὸς ἅπαντας, γνώριμον τὸν ἄνδρα καὶ βασιλεῖ καθιστᾷ. Λαμπρᾶς οὖν καὶ μεγαλογνώμονος οὕτως ἔχοντα φύσεως ὁ βασιλεὺς τὸν Δημήτριον ἐννοήσας, ἐπὶ πολὺ δόξης ἐκ πρώτης εὐθὺς αἴρει, καὶ ἀνθύπατον προβάλλεται τῆς Ἑλλάδος· ὡς καὶ ὑπατικὸν ἅμα περι-

3. Cum autem ad virilem pervenisset ætatem, vires ostendebat ingenii, et exercebat robur et fortitudinem, atque in arte militari discenda laborabat (4), bonis ornatus moribus, et quæ in eo suavissime florebat, verecundia et moderatione : adeo ut omnium de eo sermo celeberrimus ipsum notum reddiderit imperatori. Cum ergo tam præclaro et magno ingenio præditum Demetrium animadvertisset imperator, ab initio ad magnam eum evehit gloriam, et eum creat Græciæ procon-

(1) Vide Adnotata, Passioni præcedenti ad num. 15 subnexa.

(2) Civitatem hanc sibi natalem re etiam vera nactum esse sanctum Demetrium, indubitatum apparet. Adi Commentarium prævium num. 33.

(3) Haud majorem, quæ hic de illustri Sancti genere Metaphrastes, quam quæ de eodem anonymus Sancti nostri biographus in proxime præmissa, quam contexuit. Passione memoriæ prodit, fidem merentur, uti ex iis quæ Commentarii prævii num. 31 in medium adduxi, intelliges.

(4) Verumne sit, quod hic de posito a Sancto in arte militari discenda studio traditur, haud immerito revoces in dubium, uti liquet ex iis quæ in Commentario prævio num. 35 et seq. disserui.

sulem (5) : adeo, ut etiam consularibus eum induerit insignibus. Ille vero (erat enim ad id,quod oportet, intelligendum aptissimus, et ad id qnod est præstantius, eligendum, aliorum præstantissimus) eorum quidem parvam ducebant rationem, ad ea tantum. quæ ferunt ad Dei cul·um,præclare attendens. Et ideo quæcunque hic sunt jucunda, ex æquo respuebat : unius autem solius amore tenebatur, pietatis scilicet, mortemque sciebat pro Christo, et quæ ex ea proficiscitur, beatitudinem.

A βαλεῖν ὁρατίωνα. Ὁ δὲ (ἦν γὰρ τὸ δέον συνιδεῖν ικανώτατος, καὶ τὸ κρεῖττον προελέσθαι τῶν ἄλλων ἀξιωματικώτατος) τούτων μὲν βραχὺν ἐποιεῖτο λόγον, τῶν δὲ πρὸς θεραπείαν φερόντων Θεοῦ διαφερόντως εἶχετο. Καὶ διὰ τοῦτο πάντα μὲν ἐπίστης τὰ ἐνταῦθα τερπνὰ διέπτυε, πρὸς ἓν δὲ τοῦτο μόνον εἶχεν ἐρωτικῶς, τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὸν ὑπὲρ Χριστοῦ θάνατον ἐδίψα, καὶ τὴν ἐκεῖθεν μακαριότητα.

4. Prædicabat ergo non timide, nec cum aliqua dubitatione, sed audacter admodum et libere, nomen Dei salutare ; et nihil aliud erat ei in ore nisi Christus. Panem autem vitæ, quem cognoscimus esse Verbum veritatis, omnibus pietatis egentibus distribuebat religiose, adducens ex divinis Scripturis, et docens quod hominem, qui ex beata illa, quæ est in paradiso, conversatione exciderat, et in servitutem peccati erat redactus, ipsum Verbum, quod simul cum Patre est expers principii, cum nec excessisset a Divinitate, et carnem accepisset ex Virgine, et servi formam sua sponte suscepisset, dignum fecit diviniore vivendi ratione, et ei priorem donavit libertatem. Hæc et alia docens et interpretans eis exponebat,et quodammodo eis occasionem præbebat et semina ad hoc, ut Dei filii essent et vocarentur, et quæ in Christo est abconsa, vitam consequerentur.

B δ' Ἐκήρυττεν οὖν οὐ φόβῳ τινὶ καὶ ὑποστολῇ, ἀλλὰ καὶ λίαν εὐπαῤῥησιαστῶς τὸ τοῦ Θεοῦ σωτήριον ὄνομα · καὶ οὐδὲν ὅτι μὴ Χριστὸς αὐτῷ διὰ στόματος ἦν. Τὸν δὲ τῆς ζωῆς ἄρτον, ὃν Λόγον εἶναι τῆς ἀληθείας γινώσκομεν, πᾶσι τοῖς πτωχοῖς τὴν εὐσέβειαν φιλοθέως διένειμε, παράγων ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν, καὶ διδάσκων ὅτι τῆς μακαρίας ἐκείνης ἐν τῷ παραδείσῳ διαγωγῆς τὸν ἄνθρωπον ἐκπεσόντα, καὶ δουλωθέντα τῇ ἁμαρτίᾳ, αὐτὸς ὁ τῷ Πατρὶ συνάναρχος Λόγος, οὔτε τῆς θεότητος ἀποστὰς καὶ σάρκα λαβὼν ἐκ Παρθένου, δούλου τε μορφὴν ἑκουσίως ἀναλαβών, θειοτέρας ἠξίωσε πολιτείας, καὶ τὴν πρώτην ἐλευθερίαν αὐτῷ ἐχαρίσατο. Ταῦτα καὶ ἕτερα διδάσκων τε καὶ διερμηνεύων αὐτοῖς ἐξηγεῖτο, καὶ οἱονεὶ ἀφορμὰς παρεῖχε καὶ σπέρματα πρὸς τοῦτο, καὶ υἱοὺς γενέσθαι τε καὶ κληθῆναι Θεοῦ, καὶ τὸ ἐν Χριστῷ κρυπτομένης ἀξιωθῆναι ζωῆς.

5. Ilinc multi suavissima fruentes doctrina martyris, recesserunt quidem a tetris erroris tenebris, accesserunlque ad dulce lumen veritatis. Sed ille quidem magnum in Christum amorem concipiens, et insatiabiliter hominum salutem desiderans, si non posset omnes eripere a manibus inimici hoc maximum damnum arbitrabatur, nec se putabat aliquid recte facere. Res itaque ei succedebat ex sententia, et eum transmittebat fama in omnes partes ; et prædicabat Trinitatem non solum iis qui erant Thessalonicæ et in Græcia, sed etiam longinquis de ipso audientibus (6). Cum autem in eo esset, et pulchrum illud doctrinæ fluentum profunderet, veniunt ad eum quidam quorum munus erat scrutari Christianos, et per illorum proditionem sibi acquirere benevolentiam imperatoris.

C ε'. Ἐντεῦθεν πολλοὶ τῆς ἡδίστης ἐκείνης διδασκαλίας τοῦ μάρτυρος ἀπολαύοντες, τοῦ μὲν πικροῦ τῆς ἀπάτης ἀφίσταντο σκότους, τῷ δὲ γλυκεῖ τῆς ἀληθείας φωτὶ προσετίθεντο. Ἀλλ' ἐκεῖνος πολὺν ὠδίνων τοῖς εἰς Χριστὸν ἔρωτα, καὶ ἀπλήστως τῆς τῶν ἀνθρώπων ὀρεγόμενος σωτηρίας, εἰ μὴ πάντας τῶν τοῦ ἐχθροῦ χειρῶν ἐξελέσθαι δυνατὸς γένοιτο, ζημίαν τοῦτο πλείστην ἡγεῖτο, καὶ οὐδὲν ὅλως κατορθοῦν ἐνόμιζεν. Ἐχώρει τοίνυν αὐτῷ κατὰ γνώμην τὸ πρᾶγμα, καὶ ἡ φήμη πανταχοῦ τὸν ἄνδρα παρέπεμπε κηρύττοντα τὴν Τριάδα, μὴ ὅτι τοῖς ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα τε καὶ Θεσσαλονίκην, ἀλλ' ἤδη καὶ οἷς οὐδὲ λόγος περὶ αὐτοῦ ἀφίκετο πρότερον. Ἐν τούτῳ δὲ ὄντος καὶ τὸ καλὸν ἐκεῖνο τῆς διδασκαλίας νᾶμα προχέοντος, ἤκουσί τινες παρ' αὐτὸν, οἷς ἔργον Χριστιανοὺς ἐρευνᾶν, καὶ τὴν εἰς βασιλέα οἰκείωσιν ἑαυτοῖς διὰ τῆς ἐκείνων προδοσίας περιποιεῖσθαι.

6. Itaque Demetrius non in angulis, ut jam ante significavimus, exercens Christianismum, neque nocturnus Christi discipulus, imo vero magister veritatis, et aperte confitens pietatem, ab eis comprehenditur, et defertur ad imperatorem, quod teneret qnidem opinionem Christianorum, res autem deorum aperte rideret et subsannaret, Maximianus autem tunc erat Thessalonicæ, qui magnus quidem evaserat ex bello gesto adversus

D ς'. Δημήτριος δὲ, ὡς ἤδη φθάσαντες ἐδηλώσαμεν, οὐκ ἐν γωνίαις τὰ Χριστιανῶν μετιὼν, οὐδὲ νυκτερινὸς ὢν Χριστοῦ μαθητὴς, μᾶλλον δὲ τῆς ἀληθείας διδάσκαλος, ἀλλ' ἀνακεκαλυμμένος καὶ φανερῶς ὁμολογῶν τὴν εὐσέβειαν, συλλαμβάνεται παρ' αὐτῶν · καὶ δῆλα τῷ βασιλεῖ τὰ κατ' αὐτὸν γίνεται, ὅτι τὰ μὲν τῶν Χριστιανῶν πρεσβεύων ἐστὶ, τὰ δὲ τῶν ἡμετέρων, φασὶ, θεῶν σαφῆ γέλωτα καὶ μυκτηρισμὸν τιθέμενος. Μαξιμιανὸν δὲ ἄρα Θεσσαλονίκης

(5) Nec, quod hic de proconsulis Græciæ dignitate, ad quem Sanctus a Maximiano imperatore fuerit promotus, asseritur, certius apparet, uti pariter liquet e Commentarii prævii loco, ad litt.præcedentem citato.

(6) Impigre enimvero Demetrium in prædicanda Christi fide desudasse, verosimillimum, ne amplius quid dicam, apparet. Adi iterum Commentarium prævium num. 37 et tribus seqq.

τότε παρ' ἑαυτῇ εἶχε, μέγαν μὲν τῷ ἐπὶ Σαυρομάτας πολέμῳ καὶ Σκύθας γενόμενον, πολλῷ δὲ μείζω τῇ κατὰ τῶν εὐσεβῶν ὠμότητι γνωριζόμενον. Ἀκούσαντα τοίνυν εὐθέως τὸν βασιλέα πάντα εἶχεν ὁμοῦ, ἔκπληξις, ἀνία, δέος, ὀργή· ἐξεπέπληκτο τῆς ἀκοῆς τὴν καινότητα, ἠνιᾶτο τῇ τοῦ ἀνδρὸς ζημίᾳ ἐδεδίει μὴ καὶ ἄλλους τοιοῦτος ὢν ἑλκύσῃ πρὸς θεοσέβειαν, δι' ὀργῆς εἶχεν ὡς τῆς παρ' αὐτοῦ τιμῆς ἀλογήσαντα. Πλὴν ἀλλὰ πιστεύειν ἀκοῇ τοσοῦτον οὐκ ἔχων, ἅτε μηδὲ φέρων ὅλως ἄνδρα τοιοῦτον ζημιωθῆναι (καὶ γὰρ ὃ μὴ βούλεταί τις, οὐδὲ ῥᾳδίως πιστεύειν ὀυνατοι), ἤθελε καὶ ὀφθαλμοὺς μάρτυρας τοῦ ἀκουσθέντος παραλαβεῖν. Ἄγειν οὖν κελεύει τὸν ἄνδρα παρ' αὐτόν.

ζ'. Ὁ δὲ παρεστὰς οὐκ ἔφριξε τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς, οὐ τὰς ἐλπιζομένα ὑπεστάλη κολάσεις, οὐ τὴν ἀγριότητα τοῦ δικάζοντος ἐδειλίασεν· ἀλλὰ τὴν ὠμότητα ταύτην ὕλην ἐκεῖνος ἐοῦ φανῆναι μᾶλλον τὸν πρὸς Θεὸν αὐτοῦ πόθον νομίσας, λέων εὐθὺς εἰς ἀγῶνα εἰσῄει, μαλακὸν οὐδὲν οὐ βλέπων, οὐ λίγων, ἀλλὰ πιστούμενος μᾶλλον τοῖς παρ' ἑαυτοῦ λόγοις τὰ τῷ τυράννῳ προκουσθέντα, ὡς εἴη μὲν στρατιώτης Χριστοῦ καὶ αὐτοῦ μόνου προσκυνητής· τοὺς δὲ παρ' αὐτῶν λεγομένους καὶ σεβομένους θεοὺς τοσοῦτον ἀπέχει τιμᾶν, ὅτι καὶ μυκτηρίζει σαφῶς καὶ βδελύττεται· ὡς δὲ καὶ ἀπειλοῦσιν αὐτοὶ βασάνους, τότε ἀναθήσεται πάσχων, ὅταν εἰδῇ τοὺς κολαστὰς ἢ φιλανθρώπως αὐτὰς, ἢ ἐλάττους ἐπάγοντας τῆς ἐπιθυμίας. Τιμαὶ δὲ, φησὶν, αἱ παρὰ σοῦ, βασιλεῦ, καὶ ἅπερ δίδως τοῖς πειθομένοις σοι ἀγαθὰ, πῶς ἂν θέλξωσι τὸν καὶ αὐτὸν σοὶ τὸν ἐπίφθονον τῆς ἀρχῆς, αὐτὴν ἐκείνην ταῖς βασιλείαν, σὺν ἅμα πλούτοις καὶ θησαυροῖς, ἴσον καὶ λεπτῇ κόνει πεκιφρονοῦντά τε καὶ ἀτιμάζοντα; Εἰ δὲ καὶ θάνατον ἐπαγάγοις, τότε μοι τὸ εὐκταιότατον ἴσθι ποιῶν καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν, καὶ τὸν αὐτῆς πλέον ἐμοὶ ποθούμενον παραπέμπων Χριστόν.

η'. Τούτων ἐπειδὴ Μαξιμιανὸς ἤκουσε, μετὰ φρονήματος ἀτρέπτου καὶ γενναίου τοῦ παραστήματος, ἐλευθέρου τε στόματος εἰρημένων, τὸ παραυτίκα τὴν βάσανον ἀναβάλλεται, σοφώτερόν τι μᾶλλον ποιῶν, οὐ φιλανθρωπότερον. Ἠβούλετο γὰρ μετάνοιαν αὐτῷ ἐμβαλεῖν καὶ πάρεσιν τῆς θερμῆς ἐνστάσεως τὸν μεταξὺ χρόνον, καὶ διὰ τοῦτο τό γε νῦν ἔχον αὐτοῦ που τὸν Δημήτριον δημοσίου γειτονοῦντος λουτροῦ καμάραι καμίνων εἰς φρουρὰν ἐλάμβανον. Μαξιμιανὸς δὲ τοῦ θεάτρου ἐπιβὰς, ὃ κατ' ἐκεῖνο συνεκρότει τῆς ὥρας, τοὺς παγκρατιαστάς τε συναγαγὼν, τὴν πόλιν ἐκκλησιάζων ἦν, καὶ τὴν ἀγωνίαν διατιθέμενος, αὐτὸς ἐπὶ μετεώρου τοῦ βήματος προκαθήμενος.

θ'. Ὁ μάρτυς δὲ πρὸς τὴν εἱρκτὴν ἀπαγόμενος

7. Is autem, coram constitutus, non extimuit imperii magnitudinem; non est reveritus ea quæ expectabantur, supplicia, non judicis formidavit sævitiam: sed hanc crudelitatem ille ratus esse materiam apertius ostendendi suum in Deum amorem, tanquam leo protinus accessit ad certamen, non molliter aut effeminate aspiciens, neque abjecte aliquid dicens, sed suis potius verbis confirmans ea quæ prius tyrannus de eo audierat; quod esset quidem miles Christi, et ejus solius adorator: quod tantum abesset, ut deos, qui ab eo dicebantur et colebantur, honoraret, ut eos etiam aperte irrideret et abominaretur: quodque tormenta, quæ ille minaretur, tunc pati ægre ferret, quando videret tortores aut clementius aut parcius inferre, quam desideret. Honores autem tui, inquit, o rex, et bona, quæ das iis qui tibi parent, quomodo cum allexerint, qui tui imperii invidiosam coronam, illud ipsum, inquam, imperium cum opibus et thesauris, æque ac tenuem pulverem, despicit et habet contemptui? Quod si etiam mortem inferas, tunc scias te mihi facere, quod est maxime optandum, ut qui me ad veram vitam et ad Christum transmittas, quem magis quam ipsam desidero.

8. Hæc postquam audivit Maximianus, quæ ingenti spiritu summaque constantia et maxima libertate dicta fuerant, tunc quidem differt tormentum, callide id potius faciens, quam benigne. Volebat enim ei injicere pœnitentiam, et effiere ut interjectam tempus tam vehementem remitteret constantiam. Et ideo in præsentia jubet, ut publici balnei, quod in propinquo erat, caminorum fornices Demetrium acciperent in custodiam. Maximianus vero in theatrum ingressus, quod eo ipso tempore instruebat, athletas convocans, omnemque congregans populum, et certamina instituens, ipse in sublimi consedit.

9. Martyr autem cum abduceretur in carcerem,

(7) Anonymus Sancti nostri biographus, qui Metaphrasti præluxit, bellum hoc non contra Scythas, sed contra Gothos gestum, scribit, nec propterea tamen hic cum illo pugnare est dicendus, cum Gothi etiam natione Scythæ exstiterint. Cæterum quo bellum illud anno circiter gestum verosimilius fuerit, Commentarii prævii num. 60 exposui.

simul lætabatur et afficiebatur dolore : lætabatur quidem, quod martyrium mox esset consecuturus; ægre ferebat autem, quod non videret tortores ad se citius accedere, et non jam ad tormenta et mortem corriperetur. Tantum enim contendebat Demetrius mori propter Christum, quantum studebat Maximianus eum a melioribus revocare. Cum ergo martyr venisset in carcerem, dicebat: «Deus in adjutorium meum intende, Domine, ad adjuvandum me festina. » Quoniam tu es patientia mea, Domine, spes mea a juventute mea. In te confirmatus sum ab utero : a ventre matris meæ tu es protector meus. In te laudatio mea semper. Psallam Deo meo, quandiu fuero. Propterea exsultabunt labia mea, cum cantavero tibi, et lingua mea tota die meditabitur justitiam tuam (8).

A ἥδετό τε ὁμοῦ καὶ ἀνιαρῶς διέκειτο · ἥδετο μέν, ὅτι μικρὸν ὅσον οὔπω τοῦ μαρτυρίου ἀξιωθήσεσθαι ἔμελλεν · ἠνιᾶτο δέ, ὅτι μὴ καὶ θᾶττον ἐπιόντας αὐτῷ τοὺς κολαστὰς ἐθεᾶτο, καὶ πρὸς βασάνους ἤδη καὶ τὸν θάνατον συνηρπάζετο. Τοσοῦτος γὰρ Δημητρίῳ τοῦ διὰ Χριστὸν ἀποθανεῖν ἀγὼν ἦν, ὅση Μαξιμιανῷ πάλιν τοῦ τὸν ἄνδρα ἐλεῖν διὰ τῶν χρηστοτέρων σπουδή. Τὴν εἱρκτὴν τοίνυν ὁ μάρτυς κατειληφὼς, « Ὁ Θεός, ἔλεγεν, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσσχες · Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. Ὅτι σὺ ἡ ὑπομονή μου, Κύριε, ἡ ἐλπίς μου ἐκ νεότητός μου. Ἐπὶ σὲ ἐπεστηρίχθην ἀπὸ γαστρός · ἐκ κοιλίας μητρός μου σύ μου εἶ σκεπαστής. Ἐν σοὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός. Ψαλῶ τῷ Θεῷ μου, ἕως ὑπάρχω. Διὰ τοῦτο ἀγαλλιάσεται τὰ χείλη μου, B ὅταν ψάλλω σοι, καὶ ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν μετελεύσεται τὴν δικαιοσύνην σου. »

10. Peractis autem precibus, videt scorpium, per terram proserpentem, qui et aculeum sustulerat, et ejus pedem erat puncturus. Ille autem cruce munitus, cum eum invocasset, qui dedit suo figmento calcare posse serpentes et scorpios, illum reddit mortuum, vel potius eum qui intelligentia percipitur, scorpium, qui in eo latebat. Statim autem divinus ei apparens angelus ejus capiti coronam imponit, dicens : Pax tibi, Christi athleta. Esto fortis, et te virum præbe (9). Sic qui velox est ad consolationem eorum qui ipsum timent, Dominus, simul atque fuit inclusus in carcere, et in præsentibus placide admodum consolatur athletam, et ad futura implet animi alacritate. Sed Demetrius quidem sic erat in custodia.

ι'. Καὶ τῆς εὐχῆς αὐτῷ τελεσθείσης, ὁρᾷ σκορπίον ἕρποντα κατὰ γῆς τὸ κέντρον τε ἠρκότα, καὶ αὐτοῦ τὸν πόδα βαλεῖν μέλλοντα. Ὁ δὲ τῷ στυρῷ σφραγισάμενος, καὶ τὸν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων τῷ οἰκείῳ πλάσματι δόντα πατεῖν ἐπικαλεσάμενος, νεκρὸν ἐκεῖνον εὐθέως, μᾶλλον δὲ τὸν ἐν αὐτῷ νοητὸν σκορπίον ὑποκρυπτόμενον, ἀπεργάζεται. Καὶ παραχρῆμα θεῖος ἄγγελος ἐπιφανεὶς, στέφανον αὐτοῦ τῇ κορυφῇ ἐπιτίθησι, προσειπών, Εἰρήνη σοι, ἀθλητὰ τοῦ Χριστοῦ, ἴσχυε καὶ ἀνδρίζου. Οὕτως ὁ ταχὺς εἰς παράκλησιν τῶν φοβουμένων αὐτὸν Κύριος ἅμα τῇ τῆς εἱρκτῆς κατακλείσει καὶ πρὸς ὀλίγον παρὸν ἡμέρως ἄγαν παραμυθεῖται τὸν ἀθλητήν, καὶ πρὸς τὸ μέλλον προθυμίας ἐμπιπλησιν. Ἀλλὰ Δημήτριον μὲν οὕτως ἡ φρουρὰ εἶχε.

CAPUT II.

Lyæus a Nestore occiditur, Maximianus, hinc iratus, Nestorem et Demetrium jubet interfici, hicque a miraculis claret et tanquam sanctus honoratur.

Maximianus autem exhibebat spectaculum, gladiatorum, et complebantur omnes pentathli ludi. (10). Ille vero sedebat in sublimi specula, jucundissimum esse statuens versari in spectando certamine. Lætabatur enim, ut videtur, humani sanguinis videns offusionem. Erat autem quidam vir barbarus ex Maximiani necessariis, manu fortis, et validus ad luctam, et magnitudine, quæ modum superabat : et ideo erat ei valde gratus, et habebatur in magna existimatione. Nomen erat ei Lyæus : patria vero erat Wandalus (11).

12. Is insolenter jactans se omnes vincere robore corporis, stansque in pulpito, ut toti esset theatro manifestus, cæteros gladiatores provocabat

ια'. Μαξιμιανῷ δὲ τὸ τῶν μονομάχων συνεστήκει θέατρον, καὶ τἄλλα ὅσα τὰ τοῦ πεντάθλου ἐπεπλήρου θεάματα. Ὁ δὲ ἐκ περιωπῆς καθῆστο, ἀστριδὴν ἡδίστην τὸν ἀγῶνα ποιούμενος. Ἥδετο γάρ, ὡς ἔοικεν, αἱμάτων ἀνθρωπίνων ὁρῶν ἔκχυσιν. Ἦν δέ τις ἀνὴρ βάρβαρος τῶν ἐπιτηδείων Μαξιμιανῷ, πρός τε χεῖρα γενναῖος, καὶ πρὸς πάλην οὐχ ἥκιστα ἀγαθὸς, μέγεθός τε τοῦ μετρίου μείζων, καὶ πάνυ τοῦτο σφόδρα κεχαρισμένος αὐτῷ, καὶ λόγου κομῶν πολλοῦ ἀξιούμενος · Λυαῖος ὄνομα τῷ ἀνδρὶ, πατρὶς D Οὐάνδαλα.

ιβ'. Οὗτος τά γε εἰς ῥώμην σώματος πάντων κρατεῖ, ἀλαζονευόμενος, ἐπ' ὀκρίβαντος τότε στὰς, ὡς ἐπίδηλος εἴη τῷ θεάτρῳ παντὶ, τὸν βουλόμενον εἰ

(8) Hanc ad Deum orationem, quæ a Sancti Passione proxime antecedenti, ab auctore anonymo, qui Metaphrasti præluxit, conscripta, abest pro arbitrio suo posterior hic scriptor Demetrio, custodiæ jam mancipato, verosimillime affinxerit. Ita autumo, quod similes sanctis orationes attribuere is soleat in omniqus fere horum Actis, quæ stylo suo expolivisse noscitur.

(9) De angelica isthac, quæ Sancto fuerit oblata, apparitione, miraculique scorpii, a Demetrio prodigiose necati, quod eam præcesserit, patratione dubitari haud immerito vel idcirco potest, quod ista hæc, quam illa a solo Metaphraste, anonymoque qui huic præluxit, Sancti nostri biographo, memoriæ prodita inveniatur.

(10) Adi Adnotata, Passionis præcedentis cap. 1 ad num. 7 subnexa.

(11) Fueritne e Wandalica, an altera natione Lyæus, antiquiores duæ Sancti Passiones, quarum altera apud Photium in *Bibliotheca* exstat, altera e lingua Græca in Latinam ab Anastasio fuit conversa, haud edicunt.

ο'. Τοιαύτῃ κακίᾳ τότε τῆς Θεσσαλονικέων πιεζομένης μεγαλοπόλεως, καὶ μεῖζον κακὸν τοῦ παρόντος τότε λιμοῦ τὴν προσδοκωμένην ταραχὴν κατορῥωδούντων ἁπάντων, ὁ κοινὸς τῆς χώρας ἁπάσης παρὰ Θεῷ πρεσβευτὴς, ὁ φιλόπολις καὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν ἀμνήμων, ὁ τοὺς ἀφάτους οἰκτιρμοὺς τοῦ πολυευσπλάγχνου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ νοητῶς ἐκμαξάμενος καὶ στήθη νοερὰ τῆς αὐτοῦ φιλανθρωπίας ἐναργῶς δεικνύμενος πᾶσιν, ὁ πανένδοξος μάρτυς Δημήτριος νεύματι θείῳ ἐκ πλεί-

(44) Et hæc, quæ hucusque cap. præsenti narrantur, apud Mabillonium tom. I *Analectorum veterum*, pag. 79 et binis seqq. compendio ab Anastasio Bibliothecario exposita invenies.

(45) Caput hoc in codice olim **Mazarinæo**, e quo hic editur, pag. 69 et quinque seqq. recensetur, contractiori isthoc titulo insignitum: Ἕτερον περὶ τῆς ἐν λιμῷ προνοίας τοῦ μάρτυρος: *Aliud*, (miraculum nimirum) *de martyris in fame cura*. Apud Mabillonium porro tom. I *Veterum Analectorum*, pag. 81 et seqq. exhibetur etiam compendio, per Anastasium Bibliothecarium concinnato.

(46) Licet ordinem, quo quæque gesta sunt, Joannes Thessalonicensis in narrando non accurate ubique observet, serius tamen, quæ hoc, quam quæ præcedenti cap. refert, accidisse reor, quod illa, at non item hæc, brevi admodum tempore, antequam ab eo litteris consignarentur, evenisse tradat.

(47) Cum tam verbum Δεῦσθαι quam Δεῖσθαι *egere* seu *necessariis carere* significet, verbum μεταδεύεσθαι, quod frustra in Lexicis quæsivi, idem hic, quod *necessaria emere*, seu *comparare*, verosimillime significare, modove certe haud multum absimili exponendum, spectato sensu, existimo.

στων καὶ διαφόρων χωρῶν ὁλκάδας ὑπερφερῶς με- A rimis ac variis regionibus naves, diversis fructi-
μεστωμένας τῇ θρεψαμένῃ ἀπέστειλε ποικίλιων καρ- bus, et humidis et siccis, reque omni, quæ ad
πῶν ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν καὶ πάσης πρὸς ἀνθρωπί- victum humanum conducit, præsenter repletas,
νην δίαιταν ἀγαθωσύνης, ὡς εὐθὺ τὴν ἐλπίδα μὲν civitati altrici (48) submisit, adeo ut tantum non
τῶν ὅσον οὔπω προσδοκωμένων θλιβερῶν διαῤῥαγῆ exspectatis afflictionibus spes quidem major, utut
ναι, καίτοι χειμερίου καιροῦ πλησιάζοντος· εἰς tempore hiemali instante, efficeretur statim, ad
ὕμνους δὲ Θεοῦ τραπῆναι τὴν πόλιν, ὡς οὐκ ἀνθρω- Dei autem laudes civitas, veluti non humana
πίνῃ προνοίᾳ διασωθεῖσαν, μόνῃ δὲ κηδεμονίᾳ καὶ providentia, sola autem martyris cura maximaque
χάριτι πλείστῃ τοῦ μάρτυρος. charitate servata, converteretur.

οα'. Ἀλλὰ ναὶ φὴς τὸ πρᾶγμα γεγενῆσθαι ; Φα- 71. Itane vero, ais, res facta fuerit? Ita affirma-
μέν· οὐ γὰρ ἅπερ ὀφθαλμοῖς εἴδομεν, δυνάμεθα μὴ mus: non enim,quæ oculis vidimus,possumus non
ὁμολογεῖν. Πῶς δὲ πεισθῶμεν προνοίᾳ τοῦ ἀθλοφό- confiteri. Quomodo autem certaminum victoris
ρου ταῦτα γεγενησθαι, μηδενὸς τῶν τηνικαῦτα providentia, cum mercatorum, qui tunc adnaviga-
προσπλευσάντων ἐμπόρων ὀπτασίαν τινὰ παρὰ τοῦ runt.nemo,dum huc appulit, visionem sibi a mar-
κάρτυρος αὐτοις γεγενημένην ὁμολογήσαντος ἐπι tyre fuisse oblatam, agnovit, facta esse illa, indu-
τῷ τὰ ἐνθάδε καταλαβεῖν ; Ἀλλ' εἰ καὶ μὴ τοῖς προσ- B camus in animum? Verum,etsi quidem, ut dixisti,
πλεύσασιν, ὡς ἔφης, ἐμπόροις τηλαυγῶς ὁ μάρτυς mercatoribus adnavigantibus dilucide sese martyr
ἑαυτὸν ἐνεφάνισεν, ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν νοητῶς spectandum haud dederit,in cordibus eorum intel-
συλλαλήσας θειοτέρᾳ ἐπισκιάσει πρὸς ἡμᾶς ἔπεισε lectualiter loquens diviniori obumbratione, ut ad
στείλασθαι, καὶ τοῦτο πληροφορήσει τὴν πιστὴν nos navigarent,suasit,reique, quod tunc omni cum
ακοὴν τὸ γεγονὸς τότε σὺν ἀληθείᾳ πάσῃ. Ἀνὴρ γὰρ veritate factum est,fidelem auditum convincet. Vir
πιστὸς τῷ κατὰ τὴν Ἄβυδον μεγαλοπρεπεῖ ἐξυπη- fidelis, qui magno Abydi (49) inserviebat comiti,
ρετούμενος κόμητι, καὶ τὴν Χίων νῆσον αὐτοῦ κε- Chiumque (50) insulam hujus jussu moderandam
λεύσει καταλαβὼν, ἐπὶ τῇ τῶν πλοίων προτροπῇ τε acceperat, de navium digressione moraque do-
ἅμα καὶ κατεπείξει ἀσχάλλων καὶ λίαν ἀθυμῶν ἐπὶ lens, ac animum ob navigantium raritatem des-
τῇ σπάνῃ τῶν ἀναπλεόντων, ὁρᾷ καθ' ὕπνους, ἔπειτα pondens, in somno visionem habuit ac deinde
καὶ ἐγρηγορῶς φωνὴν ἀκούει παραπλησίαν τοῖς etiam vigilans audivit vocem, quæ visioni res-
ὀνείρασι, τοιάδε πρὸς αὐτὸν φθεγγομένην. pondebat, hac ad illum dicentem :

οβ'. Τί, φὴς, ἀθυμεῖς καὶ ὀδύρῃ ; Ἀκριβῶς ἴσθι, 72. Dic, quid animum despondes, doloreque
ὡς ὁ Δημήτριος κάθηται προαῤῥαβωνιζόμενος τὰς C consumeris? Certo scito,Demetrium naves omnes
νῆας ἁπάσας καὶ πέμπων εἰς Θεσσαλονίκην. Ὁ δὲ datis arrhis,præripere Thessalonicamque mittere,
διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλι- Ille autem surgens, seque ad Isidori martyris (51),
νίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, ὀφείλων ἀκριβέστερον pulchris victoriis dedorati, ædem conferens, cum
καταμαθεῖν ἀπὸ τῶν ἐγχωρίων τίς ὁ Δημή-ριος οὗ- ab indigenis. quis iste esset Demetrius, exactius
τος· ἅμα δὲ καὶ τῷ ἀρτίως λεχθέντι ἁγίῳ μαρτυρι discere vellet,simul autem et dicto sancto martyri
μετὰ δακρύων εὐξάμενος φανερωθῆναι αὐτῷ τοῦ cum lacrymis supplicaret, ut sibi, ne ab eo, qui
πράγματος τὴν ἀκρίβειαν, ἵνα μὴ ἀδόκιμος παρὰ illum misisset,reprobus ac vilis æstimaretur accu-
τῷ στείλαντι αὐτὸν δοκιμασθῇ καὶ ἀπόβλητος, ἀκούει ratam rei veritatem aperiret, audivit id rursus ex
πάλιν παρὰ τῶν ἐκεῖσε πασχόντων ὑπὸ τῆς κρείτ- iis qui ibidem a potentia majori patiebantur, lo-
τονος δυνάμεως διαλεγομένων τῶν ἐν αὐτοῖς δαιμο- quentibus per eos dæmonibus,|inviteque veritatem
νίων, καὶ ἀκουσίως φανερούνιων αὐτῷ την ἀλήθειαν· ei manifestantibus. Exclamabant enim,Demetrium
ἐκραύγαζον γὰρ, ὅτι Ὁ Δημήτριος ἐκεῖνος (ὠνείδι- illum (exprobrabant autem ei violentam, quam
ζον δὲ αὐτῷ καὶ τὸν διὰ λόγχης βίαιον θάνατον, hasta subierat, necem,uti etiam olim sancto præ-
ὥσπερ καὶ ποτε τῷ ἁγίῳ προδρόμῳ καὶ Βαπτιστῇ cursori ac Baptistæ Christi Joanni capitis absciss-
τοῦ Χριστοῦ Ἰωάννῃ τὴν ἀποκοπὴν τῆς κεφαλῆς D sionem objiciebant, cum magno ac fideli impera-

(48) Cum sanctus, uti in Commentario prævio § III docui, Thessalonicæ educatus fuerit, Græcumque verbum τρέφειν idem, quod Latinum *educare* seu alere, significet, ideo hic deductum ab hoc verbo aoristi primi participium medium θρεψαμένη, in dativo positum, quod ei præterea vocem πόλει subintellectam putem, *Civitati altrici* interpretatus sum.

(49) Hoc nomine olim fuit distincta, quæ hodie *Aveo*, Turcis *Aidos*, dicitur, urbs Traciæ, in ora Bosphori Thracii sita, arceque valida, quæ una ex Dardanellis est, munita. Adi ad vocabulam *Abydus* Baudrandum in Dictionario geographico.

(50) Pro hujus insulæ qualicumque notitia videris Adnotata, cap. præcedenti in not. 43 subnexa.

(51) De sancto Isidoro, martyre in insula Chio, ad 25 Maii diem, quod in Martyrologio Romano annuntiatur, actum apud nos est ; is autem, uti ex ibidem in medium adductis liquet, ecclesiam nomini suo sacram in insula Chio habuit, ut certe hic ipse sanctus Isidorus martyr apud Joannem Thessalonicensem hoc loco memoretur. Verum num ecclesia mox dicta alterave in insula Chio pariter exsistens, ei simul et sancto Victori martyri fuit sacrata ? Est sane, cur ita ex Anastasii Bibliothecarii apud Mabillonium loco proxime citato existimes ; ibi enim Anastasius, quæ Græcis hisce, Ὁ καὶ διαναστὰς καὶ πορευθεὶς ἐπὶ τὸ μαρτύριον τοῦ καλλινίκου μάρτυρος Ἰσιδώρου, Joannis verbis respondent, sequentia Latina suppeditat : « Qui surgens perrexit ad ecclesiam Sanctorum Victoris et Isidori ; » verum prava interpretatione usus hic est Anastasius. Adi Commentarium prævium num. 79.

tore Theodosio, contra Eugenium tyrannum bellum gerenti, auxiliator fuisset) (52), illum igitur, ut dictum est, exclamabant, lancea confossum vique occisum, prolato etiam sancto martyris nomine, naves omnes in Thessalonicam abduxisse.

73. Cum autem vir hæc una cum eis qui ei aderant, audivisset, firmius quidem, somnium suum vocemque, quam audierat, vera esse existimabat; veritatem autem non discernens, sed Illyrici præfectos hominem suum, Demetrium, ut verosimile erat, nominatum, qui mercatores omnes occurentes suasione sua, vel etiam necessitate Thessalonicam proficisci cogeret, misisse suspicatus, statim ad illum qui tunc erat præfecti munere Illyrici principatum administrans, litteris dedit, injustitiam inclamans, nomenque illius, Demetrii nimirum, qui ab eo, ut naves cogeret, missus erat, adjiciens. Nec hic quievit, sed et ad illum, qui eum in Chium miserat, Abydique principatum obtinebat, litteras, quibus Thessalonicæ præsides criminabatur, scripsit, ei etiam, quæ ad actum et nomen missi Demetrii spectarent, nota faciens, quo is, ira commotus, imperatori ista significaret, rursusque imperator Christi amans increpatoria de iis mandata præsidibus daret.

74. Tantum autem e Dei ordinatione hac in re fuit turbatum, ut Deo placens gloriosissimi certaminum victoris providentia misericorsque cura in finibus vulgaretur, universaque terra nosceret, neque parentem, filiorum amantem, ita aliquando genuinos filios curasse, ut multum misericors Deumque imitans martyris clementia nobis peccatoribus ejusque servis post Deum prospexit, periculoque hujusmodi nec cogitantes evulsit. Hæc ipsi nobis multisque aliis narrarunt, gloriosissimi præfecti, juramento asseverantes, nobis quidem coram, viro autem in insula Chio constituto per litteras, ipsique porro imperatori convenienti juratque, ut dictum est, relatione, a nullo ad istud quemquam, præterquam in solam Siciliam, qui nec adhuc, dicebant, reversus esset, sed nec omnino hominem, sibi ministrantem, qui Demetrius appellatus esset, haberet, e mandato imperatorio missum fuisse.

75. Ast ipsum civitatis Thessalonicensis post Deum dominum, gloriosissimum Christi martyrem Demetrium, cum civitatem suam fame afflictam vidisset, illius fuisse misertum, curaque sua, ne omnes penitus morerentur, effecisse (53). Verum quid ad majora properantes minimis hisce inhæremus? Esse enimvero et illa magna et mira, manife-

(52) Ad 24 Junii diem, quo sancti Joannis Baptistæ nativitas in Martyrologio Romano celebratur, actum apud nos de hoc sancto Præcursore Domini jam est; ex iis autem quæ ibidem in concinnato de eo Commentario historico num. 106 et binis seqq. e Sozomeno in medium adducta sunt, confirmantur, quæ hic apud Joannem narrantur de jactis a dæmone in Joannem Baptistam conviciis, quod hic Theodosio imperatori, adversus Eugenium tyrannum, quod anno 394 evenit, bellum gerenti, esset auxilio.

(53) Multum enimvero Joannes Thessalonicensis, ut prodigiose a Sancto Thessalonibus fame pressis iterum fuisse succursum, ostendat, hoc pariter capite ad hunc usque locum laborat, nec, ut apparet, infelici prorsus successu.

A ἐπετώθαζον, ἐπεὶ βοηθὸς ἐγεγόνει τῷ μεγάλῳ καὶ πιστῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ κατ' Εὐγενίου σοῦ τυράννου στρατευσαμένῳ πρὸς πόλεμον) κάνταυθα τοίνυν ἐβόων, ὡς εἴρηται, ὅτι ὁ λογχόπληκτος καὶ βιαιοθάνατος ἐκεῖνος, προσθέντες καὶ τὸ ἅγιον τοῦ μάρτυρος ὄνομα, ἐκεῖνος φασὶν, ἅπαντα τὰ πλοῖα εἰς Θεσσαλονίκην ἀπέστρεψεν.

ογ'. Ὁ δὲ ἀνὴρ τούτων ἀκούσας μετὰ καὶ τῶν συνόντων αὐτῷ ἐπεσφράγισε μὲν ὡς ἀληθῆ τὸν ὄνειρον αὐτοῦ, καὶ ἣν ἤκουσε φωνὴν, μὴ διακρίνας δὲ τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' ὑποτοπάσας τοὺς ὑπάρχους τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἄνθρωπον ἴδιον στεῖλαι Δημήτριον ὡς εἰκὸς ὀνομαζόμενον, τοὺς προστυγχάνοντας ἐμπόρους πειθοῖ ἢ καὶ ἀνάγκῃ τὴν ἐπὶ Θεσσαλονίνην στέλλεσθαι βιοζόμενον, γράμμασι παραχρῆμα κέχρηται πρὸς B τὸν τηνικαῦτα τὴν ἔπαρχον ἐγκεχειρισμένον ἀρχὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ καταβοῶν τὴν ἀδικίαν, προσθεὶς καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πεμφθέντος δῆθεν παρ' αὐτοῦ Δημητρίου ἐπὶ τῇ τῶν πλοίων ἀναγκαστικῇ προστροπῇ. Οὐκ ἠμέλησε δὲ, ἀλλὰ καὶ τῷ στείλαντι αὐτὸν ἐν Χίῳ, καὶ τῆς Ἀβύδου προκαθημένῳ γεγράφηκε ἀποβάλλων τοὺς ἐπάρχους Θεσσαλονίκης, γνωρίσας αὐτῷ τὰ κατὰ νεῦτὸν καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πεμφθέντος Δημητρίου, ὡς ἐκεῖνον κινηθέντα θυμῷ βασιλεῖ ταῦτα προσαγορεῦσαι, καὶ βασιλέα πάλιν τὸν φιλόχριστον ἐπιπληκτικὰς πρὸς τοὺς ἐπάρχους κελεύσεσι χρήσασθαι περὶ τούτων.

οδ'. Ταῦτα δὲ ἐξ ὁμολογίας Θεοῦ ταραχὴν τοσαύτην ἐδέξατο, ἵνα ἡ θεάρεστος πρόνοια καὶ φιλάνθρωπος κηδεμονία τοῦ πανενδόξου ἀθλοφόρου κηρυχθῇ ἐν τοῖς πέρασι, καὶ γνῷ πᾶσα ἡ οἰνουμένη, ὅτι οἷς C τοκεῦς φιλόπαις τῶν γνησίων υἱῶν ἐπεμελήσατο οὕτω ποτὲ, ὡς οὐ πολύσπλαγχνος, καὶ χριστομίμητος τοῦ μάρτυρος φιλανθρωπία τῶν ἁμαρτωλῶν ἡμῶν καὶ δούλων αὐτοῦ μετὰ Θεὸν προενόησε καὶ τηλικούτου κινδύνου, μηδὲν ἡμῶν μεριμνησάντων ἀπέστανσε. Αὐτοὶ ἡμῖν ταῦτα καὶ ἑτέροις πολλοῖς οἱ ἐνδοξότοι ὕπαρχοι διηγήσαντο, πείσαντες μεθ' ὅρκων, ἡμᾶς μὲν αὐτοψεὶ, τὸν δὲ ἐν Χίῳ ἄνδρα διὰ γραμμάτων, καὶ αὐτὸν δὲ βασιλέα δι' ἀναφορᾶς πρεπούσης, ὡς εἴρηται, καὶ ἐνωμότου, ὡς οὐδεὶς πέπομφέ τινα ἐπὶ τοῦτο, πλὴν ἐν μόνῃ Σικελίᾳ κατὰ κέλευσιν βασιλικήν· ὃς οὐδὲ ὑπεστρεψεν ἔτι, ἔφασαν, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἔχει ἄνθρωπον αὐτῷ ἐξυπηρετούμενον Δημήτριον προσονομαζόμενον.

D οε'. Ἀλλ' ὅτι ὁ δεσπότης μετὰ Θεὸν τῆς μώλεως Θεσσαλονίκης, ὁ μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Δημήτριος ὁ πανένδοξος, αὐτὸς λαηλατουμένην λιμῷ τὴν αὐτοῦ πόλιν θεασάμενος κατηλέησε, καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ κὴ πάντας ἄρδην ἀποθανεῖν ἐποιήσατο. Ἀλλὰ τί περὶ τὰ μείζονα σπεύδοντες τοῖς ἐλαχίστοις τούτοις ἐνδιατρίβομεν; Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ταῦτα με-

γάλα, καὶ θαυμαστὰ, προφανές· πῶς γὰρ οὐ μεγάλα τὸ κινδύνων καὶ θανάτων αὐτῶν ἀπροσδοκήτως οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καὶ πάλιν, καὶ πολλάκις ῥυσθῆναι πόλιν τε καὶ χώραν ἔθνους σὺν Θεῷ φάναι τοσούτου; ἀλλὰ πρὸς τὰ μέλλοντα λέγεσθαι συγκρινόμενα ταῦτα, λίαν ἐξευτελίζειν τὴν ὑπερφυᾶ δόξαν τοῦ μάρτυρος νομισθήσονται· ὅθεν δύο τινῶν κεφαλαίων ἐφιδρομάδην μνησθεὶς ἐπὶ τὰ ἐπηγγελμένα τρέψω τὸν λόγον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα, τιμὴ, κ. τ. λ.

A stum est. Quomodo enim, periculis ipsaque morte inexspectato non semel, neque bis, sed et iteratis vicibus et sæpe civitatemque et tam numerosæ gentis regionem fuisse, Deo dante, liberatam, magna haud dicamus (54)? Verum si ad ea quæ dicenda sunt, comparentur, nimium attenuare eximiam martyris gloriam videbuntur: quare, cum duo adhuc quæpiam capita cursim memorabo, ad ea quæ promisi (55), convertam sermonem in Christo Jesu Domino nostro, quia ipsi convenit gloria et honor, etc.

CAPUT X

Qui Sanctus in bello intestino populique seditionibus Thessalonicæ etiam sucurrerit (56).

οϛ'. Οὐ γὰρ μόνον ἐν λοιμοῖς καὶ λιμοῖς μυριάκις ὁ φιλόπολις οὗτος καὶ ὑπερένδοξος ἀθλοφόρος ἐκ παλαιοῦ καὶ μέχρι τοῦ νῦν τὸ περὶ τὴν χώραν εὔσπλαγχνον πρακτικῶς ἐπεδείξατο, ἀλλὰ καὶ ἐμφυλίων πολέμων, καὶ δημώδους ζάλης ἀναρίθμητα κύματα κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐν αὐτῇ διεσκέδασε τῇ πρὸς Θεὸν παῤῥησίᾳ τὰς μαινομένων θυμῶν φλυκτίδας ἐπιδροσίζων. Ἑκάστοτε ἑνὸς δὲ κἀπὶ τούτων καὶ μόνου μνησθήσομαι διηγήματος ἀναζωπυρῶν τὰς καρδίας ὑμῶν πρὸς ὕμνον Θεοῦ, καὶ δόξαν τοῦ μάρτυρος· τῷ γὰρ εὐπεριγράπτῳ καὶ ταχυφράστῳ τῶν μεγαλείων αὐτοῦ τὴν πνευματικὴν ὑμῶν ἀναφλέγων δίψαν οὐ πτύσομαι.

B 76. Non solum in peste et fame sæpissime amans ille civitatis gloriosissimusque certaminum victor a tempore antiquo in hodiernam etiam usque diem misericordiam erga regionem efficaciter exhibuit, sed et intestinorum bellorum, popularisque tempestatis fluctus diversis temporibus in ea dissipavit, commotorum animorum æstus (57) fiducia in Deum irrorans. Unum autem duntaxat et de his singilatim memorabo, corda vestra ad Dei laudem martyrisque gloriam accendens; recta enim magnalium ejus descriptione promptaque commemoratione spiritualem vestram sitim excitare non desinam.

οζ'. Ἐπὶ τῆς μετὰ Μαυρίκιον τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως βασιλείας ἴστε σχεδὸν ἅπαντες, οἵους κατὰ πόλιν ἤγειρε κονιορτοὺς ὁ διάβολος, ψύξας τὴν ἀγάπην, καὶ μισαλληλίαν σπείρας κατὰ τὴν Ἀνατολὴν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν, καὶ Ἀσίαν, καὶ Παλαιστίνην, καὶ πάσας τὰς ἀμφὶ τὰ ἐκεῖσε μέρη πατρίδας ἕως καὶ αὐτῆς τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, οὕτως ὡς μὴ μόνον ἐξαρκεῖν τοῖς δήμοις τὸ κατ' ἀγορὰν αἱμασιν ἐμφυλίοις μεθύσκεσθαι, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς τὰς ἀλλήλων οἰκίας ἐπεισπηδᾷν, καὶ τοὺς αὐτόθι, μὲν ἀποσφάττειν ἐλεεινῶς, ἢ καὶ διὰ τῶν ὑψηλοτέρων δωμάτων ἔτι ζῶντας ἀκοντίζειν ἐπὶ τὸ ἔδαφος γύναιά τε, καὶ παῖδας, καὶ γέροντας, καὶ νέους ὡς εἰκὸς ἀσθενεῖς, ὅσοι διὰ ἀδρανίαν σωμάτων ἐκφυ-

C 77. Sub imperio, quod piæ recordationis Mauritius excepit, omnes prope scitis, quantos in civitate tumultus diabolus excitarit (58), charitatem refrigerans, mutuumque per Orientem universum, et Ciliciam et Asiam et Palæstinam et omnes, quæ circa partes illas sitæ sunt, regiones ad ipsam usque urbium reginam odium disseminans, adeo ut populis contribulium sanguine in foro inebriari non solum non sufficeret, sed jam etiam in ædes mutuas irruerent, atque eos quidem, qui ibidem erant, miserabiliter occiderent, vel in altioribus domum tabulatis viventes adhuc mulieresque et pueros et senes et juvenes, uti conjicere licet, infirmos, qui præ corporum imbecillitate cædem

(54) Suppeditatus hoc loco a Joanne textus Græcus paulo videtur obscurior; ei tamen, quam hic vides, interpretationem adaptandam, e sensus contextu existimavi; si quis interim meliorem attulerit, eam ego libenter amplectar.

(55) Sese in subsequentibus de bello, a gente barbara, multitudine infinita, adversus Thessalonicam gesto, acturum. Joannes supra cap. 8, sub initium, promisit, reque ipsa infra, duobus adhuc, quibus res aliæ tractantur, præmissis capitibus, de eo agit; ut adeo, dum, duobus memoratis capitibus, sermonem ad promissa sese conversurum hic dicit, de illo loqui existimandus sit.

(56) Caput hoc, quod e Bibliothecæ Vaticanæ codice 821 descriptum hic damus, in codice olim Mazarinæo a fol. verso 55 usque ad fol. versum 58 excurrit, tituloque sequenti afficitur: Περὶ τῆς Κυριακῆς εὐταξίας *De recta rerum per Deum ordinatione*; ego autem, quod is, quæ capite subjecto continentur, non satis exponat, altum iterum, quem hic vides, substitui.

(57) Ita substantivum Græcum φλυκτίς, quod in nullis prorsus Lexicis invenire licuit, interpretatus hic sum, tum quod id exigere sensus videatur, tum quod illud hic adhiberi videatur pro substantivo φλύκταινα, quod cum a verbo Græco φλύειν, idem etiam significante, quod Latine *fervere* seu *bullire*, deductum videri queat, non omnino ut apparet, inepte ad significandum idem, apud Latinos *æstus* adhiberi potest.

D

(58) Orientale imperium, cum id, occiso imperatore Mauritio, Phocas anno 602 invasisset, miserrime internis etiam bellis seditionibusque, uti e Nicephoro Callisto, Cedreno aliisque Græcorum historicis, passim obviis, videre licet, ad annum usque 610, quo et ipse dictus Phocas interiit, fuit afflictum; Joannes autem, uti ex ipsis ejus verbis hic occurrentibus satis liquet, et hoc loco et in subsequentibus de misero illo imperii statu loquitur; quod cum ita sit, statuque rerum, de quo sermonem facit, durante, visionem, cujus infra meminit, viro cuidam fuisse oblatam, haud obscure tradat, oportet sane, ut hæc non serius quam anno 610 evenerit.

ascendentium effugere non potuerant, in pavimentum dejicerent, Barbarorum autem in morem contubernales suos et notos, et, ut credere fas est, cognatos exspoliarent, præterque hæc omnia ipsas domos incenderent, ut, quemadmodum conjicere licet, neque illi qui attriti fuissent, victum etiam mendicando quærentes, laterent.

78. Erant igitur, ut dictum est, omnia in tractibus illis loca dæmoniacis illis cædibus direptionibusque plena, et secundum quod scriptum est, speluncæ latronum. Uti autem loco quopiam incenso flammaque adversus eos qui aqua ei resistunt, prævalente, ipsæ etiam domus circumjectæ, fumi vehementia calefactæ, titionis ad instar nigrescunt, atque ut parva etiam quapiam causa eaque haud inexspectata actæ accendantur, paratissimæ evadunt, ita etiam omnes in Illyrico civitates pervadens malorum Orientalium fama aliquas quidem avaritiæ cupiditatibus obtenebravit, intestinasque in ipsis tribuum virgultis flammas accendit, deinde vero et custoditam a martyribus Thessalonicensium metropolim finitimorum facinora rumorum aurie circumdabant, charitatisque fulgor, quem Apostolus in Epistolis beatum vocavit, invidiæ ingressu repressus nigrescebat.

79. Miserandum in modum vtdere erat concordiæ metropolim dissensionis mare tunc factam. Nemo in posterum amico vultu (o malum inexspectatum !) proximum intuebatur ; morbum autem, qui irruerat, lux congenita sanare haud poterat. Verum quemadmodum abscondita in palearum acervo flamma solo præpedita fumo iners manet, parvaque palearum incumbentium, ut omnivora vis ejus excitata omnia adjacentia comburat atque in cinerem redigat, motione indiget, ita civitas, sub dæmone abdita, mutuum interitum sic parturiebat, ut etiam ad palearum exemplum parva, quo cædes mutuas suscitaret, ensemque, qui interitum utrimque afferret, adversus omnes emitteret, causa indigeret.

80. At vero, civitate ita male affecta, quod speratum haud fuerat, fieri gloriosissimus certaminum Christi victor concessit, itaque dum mala molirentur populi, iræ exstinctæ sunt. Cum itaque inexspectatæ irarum sedationis celerem adventum iis qui mentis forent compotes, comparare esset sufficiens, non secus ac divina quædam providentia ineffabilisque sanctorum obumbratio, id fecit. Qui enim solus corda creavit, ea, ut aquam, quo voluerit, inflectit. Ne vero eorum qui de hisce consilia conferunt, dubius hæreat animus, audite quod factum est ; audite, quæso, nec solum ad admirandum, sed et ad laudandum usque martyrem cogitationem excitate ; quin imo quid gratum et acceptum certaminum victori sit, diligenter examinantes, id ipsum et vos ex tota anima virtu-

A γειν τὰς τῶν ἀνελθόντων μιαιφονίας οὐκ ἴσχυσιν, λεηλατεῖν δὲ βαρβάρων δίκην τοὺς ὁμοδιαίτους, καὶ γνωρίμους, καὶ ὡς εἰκὸς συγγενεῖς καὶ καθ' ἅπαντα ταῦτα καὶ τὰς οἰκίας αὐτὰς πυρπολεῖν, ἵνα μηδὲ οἱ τριβέντες ὡς εἰκὸς, καὶ ἐν πτωχείᾳ τὴν ζωὴν ποριζόμενοι διαλάθωσιν.

οθ'. Ἦσαν μὲν οὖν, ὡς εἴρηται, πάντες οἱ κατ' ἐκεῖνα τὰ κλίματα χῶροι τῆς δαιμονιακῆς ταύτης ἀνδροκτασίας καὶ λεηλασίας ἀνάπλεοι, καὶ κατὰ τὸ γεγραμμένον σπήλαια λῃστῶν. Ὥσπερ δὲ τινος πυρποληθέντος τόπου, καὶ τῆς φλογὸς κατακρατούσης τῶν ἀπομαχομένων τῷ ὕδατι αἱ πέριξ οἰκίαι τῇ σφοδρότητι θερμαινόμεναι τοῦ καπνοῦ, αὐταί τε μελίνονται δαλῶν δίκην, καὶ πρὸς ἅναψιν ἑτοιμόταται γίνονται, μιᾶς τινος καὶ βραχείας προφάσεως, καὶ ταύτης προσδοκησίμου δρασσόμεναι · οὕτω καὶ τὰς περὶ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσας πόλεις ἡ τῶν ἀνατολικῶν φήμη διανεμηθεῖσα κακῶν, τινὰς μὲν κατεζόφωσε τοῖς τῆς φιλαργυρίας θυμοῖς, καὶ τὰς ἐμφυλίους φλόγας ἐν αὐταῖς τοῖς φυλικοῖς φρυγάνοις ἀνῆψεν · ἤδη δὲ καὶ τὴν μαρτυροφύλακτον τῶν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν ἀνεκύκλουν ταῖς αὔραις τὰ τῶν πλησιοχώρων δραματουργήματα, καὶ τὸ τῆς ἀγάπης αὐτῶν τηλαυγὲς, ὃ καὶ ὁ Ἀπόστολος ὀι' ἐπιστολῶν ἐμακάρισε, τῇ τοῦ φθόνου παρεισδύσει κατακρυτηθὲν ἐμελαίνετο.

οθ'. Ἦν τε βλέπειν ἐλεεινῶς τηνικαῦτα τὴν τῆς ὁμοφροσύνης μητρόπολιν θάλασσαν διχονοίας γεγενημένην· Οὐδεὶς λοιπὸν ὑγιῶς τῷ πλησίον προσέβλεπεν, ὦ τοῦ ἀπροσδοκήτου κακοῦ ! οὐδὲ συγγενικὸς θεσμὸς τὴν ἐπισκήψασαν νόσον ἰατρεύειν ἐξίσχυεν. Ἀλλ' ὥσπερ ἐν ἀχύρων σωρείᾳ φλὸξ κεκρυμμένη μόνῳ διασμύχεται τῷ καπνῷ τυφομένη, καὶ μικρᾶς ἐπιθυμεῖ διασκαλεύσεως τῶν ἐπικειμένων ἀχύρων, εἰς τὸ τὴν αὐτῆς παμφάγον ὁρμὴν διεγερθεῖσα πάντα διακαῦσαι, καὶ κατατεφρῶσαι τὰ περικείμενα · οὕτως ἡ πόλις ὑπὸ τοῦ δαίμονος ὕπουλος ὡτως ὤδινε τὴν κατ' ἀλλήλων διαφθοράν, καὶ μικρᾶς ὡς ἐπὶ τοῦ παραδείγματος τῶν ἀχύρων εὐκαίρου προφάσεως εἰς τὸ ἀναῤῥιπίσαι, καὶ κατὰ πάντων ἀστράψαι τὴν ἀλληλοφθόρον μάχαιραν.

π'. Ἀλλ' οὖν οὕτω κακοῦ διακειμένης τῆς πόλεως, οὐδὲν τῶν ἐλπιζομένων γενέσθαι ὁ πανένδοξος ἀθλοφόρος τοῦ Χριστοῦ συνεχώρησεν, ἀλλ' οὕτως ἐν τῷ βουλεύεσθαί τὰ κακὰ τοὺς θύμους συνεσβέσθησεν οἱ θυμοί. Ἱκανὸς μὲν οὖν καὶ τὸ ἀθρόον τῆς ἀπροσδοκήτου τῶν ὀργῶν καταπαύσεως τοῖς νοῦν ἔχουσι συραστῆσαι, ὡς θεία τις πρόνοια, καὶ ἀγίων ἄῤῥητος ἐπισκίασις τὸ τοιοῦτον κατώρθωσεν. Ὁ γὰρ τλάσας καταμόνας τὰς καρδίας, τρέπει ταύτας ὡς ὕδωρ ὅπου καὶ βούλεται. Ἵνα δὲ μὴ διαμφοδίζῃ τῶν περὶ ταῦτα βουλευομένων ὁ νοῦς, ἀκούσατε τὸ γενόμενον, ἀκούσατε, παρακαλῶ, καὶ μὴ μονον ἕως τοῦ θαυμάσαι, καὶ δοξολογῆσαι τὸν μάρτυρα, τὴν διάνοιαν διαγείρητε · ἀλλὰ τὸ αἱρετὸν καὶ φίλον τῷ ἀθλοφόρῳ κατασκοπήσαντες ἀκριβῶς, αὐτὸ καὶ ὑμεῖς ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ δυνάμεως κατὰ τὴν ἔννοιαν περισφίγξεν-

τες, ὑπήκοοι ἀκριβεῖς, καὶ διὰ τοῦτο γνήσιοι φίλοι τῆς ἀγαθωσύνης αὐτοῦ ἀναδειχθῆτε.

πα'. Ἵνα γὰρ μὴ ἀμφοδίζῃ, ὡς εἴρηται, τῶν περὶ ταῦτα βουλευομένων ὁ νοῦς, πότερον αὐτομάτως ἡ τῶν τηλικούτων κακῶν φορὰ, ὅσον οὔπω προσδονωμένη, κατεκοιμίσθη, ἢ τίνος προνοίᾳ τοῦτο γεγένηται· καὶ πάλιν, ἵνα μὴ διαμφιβάλληται τῇ τίνος πρεσβείᾳ ἡ πόλις ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου ἀνεσπάσθη, ὤφθη τινὶ καθ' ὕπνους νεωστὶ ἐκ τῆς Ἑλλάδος τῇ Θεσσαλονίκῃ ἐπιδημήσαντι, ἀνδρὶ κοσμίῳ, καὶ τῶν τηνικαῦτα τοῦ Ἰλλυρικοῦ ἐπάρχων συγγενεῖ, πρώτως τῇ πόλει προσπλύσαντι, καὶ μηδὲ τὰ κινούμενα ἐν αὐτῇ καὶ λαλούμενα ἀπογινώσκοντι, τοιαύτη τις ὄψις ὀνείρων. Εἶδεν ἑαυτὸν ἀναβαίνοντα ἐπὶ τὴν πηγὴν τῶν ἰαμάτων, κἀγὼ δὴ τὸ τοῦ ἀθλοφόρου πάνσεπτον τέμενος, ἐθάδι νόμῳ τῶν προσπλεόντων τῇ πόλει, ἅτε δὴ καὶ αὐτὸς πρώτως εἰσβαλὼν αὐτῇ.

πβ'. Εἶτα εἰσελθὼν δῆθεν ἐν τῷ ναῷ, καὶ προσευξάμενος, ὁρᾷ τὸ ἱερόσκευον ἐκεῖνο, καὶ περικαλλὲς δημιούργημα κατὰ μέσον τοῦ ναοῦ πρὸς τοῖς λαιοῖς πλευροῖς ἐφιδρυμένον ἑξαγώνῳ σχήματι, κίοσιν ἓξ καὶ τοίχοις ἰσαρίθμοις, ἐξ ἀργύρου δοκίμου καὶ διαγεγλυμμένου μεμορφωμένον, καὶ τὴν ὀροφὴν ὡσαύτως, ἀπὸ τῶν ἑξαγώνων πλευρῶν κυκλορικῶς ἀνίσχουσαν καὶ εἰς μίαν στρογγύλην ὡς ἐκ ποδὸς ἀπολήγουσαν σύνδεσιν, σφαῖράν τε ἀργυρέαν μεγέθους οὐ μικροῦ φέρουσαν ἄνωθεν, ὑφ' ἣν ὡς κρίνου βλαστοὶ θαυμάσιοι περιέχονται, ὧν πάντων ἐπάνω τὸ κατὰ τοῦ θανάτου πεπηγὸς τρόπαιον ἀκτινοβολεῖ, τῷ μὲν ἀργυρέῳ δημιουργήματι τὰς τοῦ σώματος ὄψεις παρασκευάζον ἐκπλήττεσθαι, τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ νοήσει τοὺς τῆς διανοίας ὀφθαλμοὺς τοῖς οὐρανίοις καταυγάζον χαρίσμασιν, ὁ ζωποιὸς, φημὶ, καὶ τίμιος τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν σταυρός.

πγ'. Τοῦτο δὴ τὸ θεοδώρητον τέχνασμα κατὰ τοὺς ὕπνους ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ ναῷ θεασάμενος τὸ παρ' ἡμῖν καλούμενον ἁγιασμένον κιβώριον, ἐπηρώτα δῆθεν τοὺς πλησίον, Τί τοῦτο, ἀδελφοὶ, τὸ καινοθαύμαστον ποίημα, κατὰ τὸ μῆκος τοῦ ναοῦ μέσον ἐφίδρυται; οὐ γὰρ ἂν ταύτην εἰλήφει τὴν νώραν, εἰ μὴ μεγάλης τινὸς ἠξίωτο τῆς προφάσεως. Τῶν δὲ φησάντων, ὡς Ἐκεῖσε παρὰ τῶν πατέρων ἠκούσαμεν κεῖσθαι θεοπρεπῶς ὑπερένδοξον ἀθλοφόρον Δημήτριον, Ἐπεθύμουν, ἔφη ὁ ἀνὴρ, τῆς κατὰ τὸ ἔνδον ὁράσεως. Οἱ δὲ ὑπεδείκνυον αὐτῷ τὸν πρὸ τῶν ἀργυρέαις θύραις ἱστάμενον ὑπηρέτην μὴ ἄνευ τούτου φασκοντες οἷόν τε εἶναί τινα τῶν ἔδον τυχεῖν· ᾧ καὶ προσελθὼν ὁ ἀνὴρ ἠξίου ἀνοιγῆναι αὐτοῦ, προσκυνῆσαι βουλομένῳ καὶ ἁγιασθῆναι τῇ θεοπαρόχῳ τοῦ μνήματος χάριτι.

πδ'. Τοῦ δὲ διανοίξαντος τὰς θύρας, μήπω εἰσελθὼν ὁ ἀνὴρ, εἶδεν μὲν τὸ καὶ ἡμῖν ὁρώμενον ἀργύρεον κατὰ τὸ μέσον ἱδρυμένον ὥσπερ σκιμπόδιον, τοῦ κατὰ τὸ πρὸς κεφαλῆς μέρος θρόνου τινὰ λαμπρὸν ἐκ χρυσίου καὶ λίθων πολυτελῶν κατεσκευασμένου, καὶ τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον τοῦ Χριστοῦ Δημήτριον ἐφεζόμενον, οὕτως ὁποίῳ σχήματι κατὰ

teque amplectentes, adamussim obedientes germanique per id bonitatis ejus amici appareatis.

81. Ne enim, ut dictum est, eorum qui de iis deliberant, dubius hæreat animus, malorumne hujusmodi cursus, qui tantum non expectatus obvenit, sponte sua, an cujuspiam providentia acciderit; ac denuo ne dubitet, cujusnam intercessione e mortis portis civitas fuerit educta, cuidam in somno, qui Thessalonicam e Græcia recens advenerat, viro modesto eorumque, qui tunc Illyrici præfecti erant, cognato, cum primum ad civitatem appulisset, nec quæ in ea turbata essent ac dicta, perspecta haberet, hujusmodi somniorum visio apparuit. Seipsum in curationum fontem, dico autem in venerandum maxime certaminum victoris templum, ex more eorum qui civitati adnavigant, ingrediente (erat enim et ipse primum in hanc veniens) conspexit.

82. Deinde vero cum in templum esset ingressus, orassetque, vidit sacrum illud pulcherrimumque opus, in medio templi ad sinistram figura sexangulari erectum, columnis sex totidemque lateribus e probato sculptoque argento formatum, similiterque et fastigium, sexangularibus in circuitu lateribus suffultum, et quasi a basi in rotundam colligaturam destinens, argenteamque magnitudinis haud parvæ sphæram superius ferens, sub qua mira, velut cucurbitæ, germina continentur, supra quæ omnia defixum adversus mortem tropæum, vivifica, dico, ac veneranda Dei et Servatoris nostri crux, radios ejaculatur, argentea quidem structura corporis oculos percelli faciens, Christi autem consideratione cœlestibus gratiis mentis oculos illuminans.

85. Hoc autem divinitus datum artis opus, quod sacrum apud nos ciborium vocatur, vir in templo cum vidisset, eos qui prope erant, rogabat, Quid illud, fratres, novum mirandum opus ad mediam templi (neque enim, nisi magna causa subesset, locum illum accepisset) longitudinem est exstructum? Illis autem dicentibus: Quia ibidem gloriosissimum certaminum victorem Demetrium, ut Sanctum decet, jacere, e majoribus audivimus; desiderem, dixit vir, quæ intra sunt, videre. Illi autem famulum, qui ante argenteas januas stabat, ei ostenderunt, quemquam ea quæ intra sunt, obtinere absque illo posse negantes; ad quem etiam vir accedens, sibi, adorare præstitaque a Deo monumenti gratia sanctificari volenti, aperiri petebat.

84. Cum autem is januas aperuisset, vir nondum ingressus vidit quidem, qui et a nobis visus fuit, quasi lectulum argenteum in medio exstructum, hujus ad eam quæ ad caput est, partem thronum quempiam, auro splendidum, prætiosisque e lapidibus paratum, ac gloriosissimum certaminum Christi victorem Demetrium tali, quali in imaginibus

depingitur, habitu sedentem ; ad eam autem, quæ ad lectuli pedes est, partem thronum alterum, splendidum quidem et illum, totum autem ex argento solidum, in quod mulierem quampiam decentissimam, visuque pulchram, splendide nec superflue vestitam, sedentem videbat fixisque oculis in martyrem intuentem. Vir hæc conspicatus ingredi quodammodo timuit, martyrem nimirum cum pia quadam nobilique femina solitarium ibidem degere suspicatus.

85. Cum autem ille, in animi consternatione extra stans, maneret, mulieris martyrisque decore obstupefactus, loco surgens mulier exire e ciborio conabatur, impetu autem maximo surgens et martyr manu illam retinuit retractamque in throno suo rursus locavit, dicens: Per Dominum ne hinc exeas relinquasque civitatem ; ei enim semper quidem, maxime autem præsenti tempore necessaria es. Cum autem hæc vir audivisset, mulieremque in throno suo rursus sedentem, similiterque gloriosissimum certaminum Victorem in throno aureo vidisset, exire vel quid proloqui ausus non est, sed, foris reverentia exhibita, abivit, hoc solum ab adstante nimirum famulo sciscitatus: Dei mihi per Deum : quænam illa mulier sola cum Sancto sedens? Ille autem respondit : Tune solus eam ignoras? Omnis civitas eam novit, semperque etiam eamdem cum martyre versari. Ille autem respondit : Verum ego, peregrinus cum sim, id ignoro. Propter charitatem ne invideas, sed et nomen mihi edissere.

86. Famulus autem respondit : Hæc est recta rerum per Dominum ordinatio (59), quam Deus a multo tempore certaminum victori commisit. Hic autem illam custodit, nullo modo eam hinc exire sinens, quemadmodum et tu vidisti. Hæc famulo nimirum loquente, expergefactus est vir ; eorum autem, quæ sibi visa fuerant, quod quæ in civitate mota solent, utpote peregrinus exsistens, non nosset, nihil intelligens, præfecto, qui sanguine ei, ut dictum est, conjunctus erat, narravit. Cum autem nec hic, quod visum fuerat, recte perciperet, ipsummet qui id viderat, virum assumptum ad pium quemdam, qui familiaris ei erat, monachum adducit, huicque, quæ viro revelata fuissent, exponit, atque ad majorem veritatis fidem, ut ipsemet, qui visionem habuerat, jurejurando hanc confiteretur, effecit. Dicit eis monachus : Benedictus sit Deus, datusque ab eo nobis intercessor ac curator sanctissimus martyr Demetrius.

87. Etenim, ut civitas, certaminum victore rectam Dei ordinationem, ut nec templo suo exeat nec civitatem relinquat, apud se retinente, intestinæ illud, quod impendit formidatumque fuit, seditionis periculum haud amplius timeat, futurum esse, ipsi veraci Deo, Domino nostro Jesu Christo

(59) Εὐταξία Græce idem est, quod Latine *rectus ordo*; quare ego duos hasce voces Græcas Κυριακὴ Εὐταξία, periphrasi etiam quapiam claritatis ergo usus, Latine interpretatus sum, ***Recta rerum per Dominum ordinatio***.

τὰς εἰκόνας ἐγγράφεται, κατὰ δὲ τὸ πρὸς τοῖς ποσὶ τοῦ κραβάτου μέρος ἕτερον θρόνον λαμπρὸν μὲν καὶ αὐτὸν, ἐξ ἀργύρου δὲ πάντα συγκείμενον, ἐφ' ᾧ κατεζομένης ὁρᾷ γυναῖκά τινα εὐπρεπεστάτην καὶ κοσμίαν ἰδέσθαι, σεμνοφανῶς καὶ ἀπερίττως ἠμφιεσμένην, καὶ ἀτενὲς πρὸς τὸν μάρτυρα βλέπουσαν. Ταῦτα ἰδὼν ὁ ἀνὴρ ηὐλαβήθη ὥσπερ εἰσελθεῖν ὑποτοπήσας τὸν μάρτυρα μετά τινος ὅῆθεν θεοσεβῶς καὶ λαμπρὰς γυναικὸν ἰδιάζειν.

πε'. Ὡς δὲ μεμένηκεν ἐν ἐκπλήξει ἑκατνος ἔξω ἱστάμενος, τῇ εὐπρεπείᾳ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ μάρτυρος ἐκθαμβούμενος, ἀναστᾶσα ὅῆθεν ἡ γυνὴ ἐπειρᾶτο ἐξιέναι τοῦ κιβωρίου. Ὁρμῇ δὲ μεγίστῃ διαναστὰς καὶ ὁ μάρτυς κατέσχεν αὐτὴν τῆς χειρὸς, καὶ ἑλκύσας πάλιν ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτῆς καθέζει αὐτὴν εἰπὼν, Διὰ τὸν Κύριον μὴ ἐξέλθῃς ἔνθεν, μηδὲ ἀφῇς τὴν πόλιν· χρεία γάρ σού ἐστιν ἀεὶ μὲν, μάλιστα δὲ ἐν τῷ παρόντι καιρῷ. Ὁ δὲ ἀνὴρ ταῦτα ἀκούσας καὶ θεασάμενος καθεσθεῖσαν πάλιν τὴν γυναῖκα ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτῆς, καὶ τὸν πανένδοξον ἀθλοφόρον ὁμοίως ἐν τῷ χρυσέῳ, θρόνῳ, οὐκ ἐτόλμησεν ἐξελθεῖν, ἢ φθέγξασθαί τι, ἀλλ' ἔξωθεν προσκυνήσας ἀνεχώρει, τοῦτο μόνον ἐρωτήσας τον ἐφιστάμενον ὅῆθεν ὑπηρέτην· Εἰπέ μοι πρὸς τοῦ Θεοῦ, τίς ἡ γυνὴ ἡ μετὰ τοῦ ἁγίου μόνη καθεζομένη ; Ὁ δὲ ἀπεκρίθη· Σὺ μόνος ἀγνοεῖς αὐτήν ; Πᾶσα ἡ πόλις αὐτὴν ἐπίσταται, καὶ ὅτι ἀεὶ τῷ μάρτυρι συνδιάγει. Ὁ δὲ φησιν· Ἀλλ' ἐγὼ ξένος ὑπάρχων ἀγνοῶ. Διὰ τὴν ἀγάπην οὖν μὴ φθονήσῃς, ἀλλὰ κἂν τὸ ὄνομά φράσον μου.

πς'. Ὁ δὲ ὑπηρέτης ἀπεκρίθη, Αὕτη ἐστὶ ἡ κυρία εὐταξία, ἣν ὁ Θεὸς πρὸ πολλοῦ τῷ ἀθλοφόρῳ παρακατέθετο. Αὐτὸς δὲ ταύτην διατηρεῖ μὴ ἐᾶν αὐτὴν ἔνθεν ἐξελθεῖν τὸ σύνολον, ὥσπερ καὶ σὺ ἐθεάσω. Ταῦτα τοῦ ὑπηρέτου ὅῆθεν λαλήσαντος, ὁ ἀνὴρ ἔξυπνος γέγονεν· οὐδὲν δὲ συνεὶς τῶν ὀφθέντων αὐτῷ, διὰ τὸ μηδὲ τὰ ἐν τῇ πόλει τηνικαῦτα κινούμενα γινώσκειν, ἅτε ξένος τυγχάνων, διηγήσατο ταῦτα τῷ ἐπάρχῳ συγγενεῖ αὐτοῦ καθεστηκότι ὡς εἴρηται. Ὁ δὲ μηδὲ αὐτὸς ἀκριβῶς κατανοήσας τὸ ὀραθὲν, λαβὼν αὐτὸν τὸν ἄνδρα τὸ θεασάμενον, ἔστιν εἰς τινὰ μοναχὸν εὐλαβῆ συνήθη αὐτῷ τυγχάνοντα, καὶ διηγεῖται αὐτῷ τὰ τῷ ἀνδρὶ ἀποκαλυφθέντα, καὶ πρὸς μείζονα τῆς ἀληθείας πίστιν αὐτὸν τὸν ὁδόντα ἐνωμόνως ὁμολογοῦντα παρεσκεύασεν. Λέγει αὐτοῖς ὁ μοναχός· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, καὶ ὁ δωρηθεὶς ἡμῖν παρ' αὐτοῦ πρεσβευτὴς καὶ κηδεμὼν ὁ πανάγιος μάρτυς Δημήτριος.

πζ'. Πιστεύω γὰρ αὐτῷ τῷ ἀληθινῷ Θεῷ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ὅτι οὐκ ἔτι φοβηθήσεται ἡ πόλις τὸν ἐπηρτημένον τοῦτον καὶ προσδοκώμενον τῆς ἐμφυλίου στάσεως κίνδυνον τοῦ ἀθλοφόρου τὴν κυρίαν εὐταξίαν παρ' ἑαυτῷ κατασχόντος τὸν ναὸν αὐτοῦ ἐξελθεῖν, μηδὲ τὴν πόλιν καταλιπεῖν.

Ταῦτα ἀκούσας ὁ ἔπαρχος, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ συνῆκαν καλῶς διακριθέντα τὸν ὄνειρον, καὶ διεφήμισαν τὸ πρᾶγμα ἐν τῇ πόλει, καὶ τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, καὶ τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου ἀπείραστος ἡ πόλις τοῦ τοιούτου κινδύνου μεμένηκε, καίτοι ἐπὶ ἑτέρους δύο ἐνιαυτοὺς μυρίας ὅσας προφάσεις ἀνασκαλεύσάντος τοῦ ἐχθροῦ ἐπὶ τῷ τὴν εὐταξίαν διακόψαι τῆς πόλεως, ἥτις διέμεινεν ἐρριζωμένη διὰ Χριστοῦ, ὡς ὑπὸ τῆς τοῦ μάρτυρος δεξιᾶς φυλαττομένη τῇ πόλει. Τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A credo. Præfectus, cum hæc audiret, iique qui cum eo erant, recte esse expositum somnium, intellexerunt, remque in civitate divulgarunt, Christique et Dei gloriosissimi martyris Demetrii charitate civitas periculo hujusmodi, utut duobus annis aliis infinitas prope, quo rectam Dei ordinationem, quæ civitati, veluti per martyris dextram custoditæ, irradicata per Christum inhæsit, civitate expelleret, occasiones inimico suscitante, intentata permansit (60). Deo nostro sit gloria et virtus in sæcula sæculorum. Amen.

CAPUT XI.

De Illyrici præfecto, qui Sanctum blasphemavit atque ab eo idcirco fuit punitus (61).

πη'. Ἐπειδὴ δὲ Πέτρος καὶ Παῦλος, οἱ τῶν ἀποστόλων ἀκρότατοι οὐκ εὐεργετοῦντες μόνον καὶ ἰώμενοι τὴν ἐν αὐτοῖς ἐνεφάνιζον χάριν τοῦ Πνεύματος, ἀλλὰ καὶ τιμωρούμενοι τοὺς ἀξίους κολάσεως, καὶ καταφρονητικῶς περὶ τὸ θεῖον διαγινομένους, ὡς Πέτρος μὲν Ἀνανίαν καὶ Σάπφειραν καὶ Σίμωνα, Ἐλύμαν δὲ Παῦλος τὸν μάγον καὶ πλείονας ἄλλους, φέρε, κἀπὶ τοῦ τῶν ἀποστόλων γνησιωτάτου θρέμματος, τοῦ πανενδόξου, λέγω, μάρτυρος ἴδωμεν, εἰ γεγένηταί τι τοιοῦτον. Διὰ γὰρ τὴν ἄφατον αὐτοῦ ἀνεξικακίαν καὶ τὴν θεομίμητον ἀγαθότητα δυσχερὲς ἡμῖν γέγονεν ὁμοιότροπόν τι ζητήσασι περὶ αὐτὸν ἐξευρεῖν, πᾶσιν αὐτοῦ συγχωροῦντος, ὡς ὁ Θεὸς τῷ κόσμῳ, τὰ πολλὰ παραπτώματα.

B 88. Cum sane Petrus et Paulus, apostolorum principes, non solum benefaciendo sanandoque, sed et castigatione dignos numenque spernentes, ut Ananiam quidem et Saphiram et Simonem Petrus (62) Elymam autem magum aliosque plures Paulus (63), puniendo, Spiritus, quæ eis inerat, gratiam manifestarent, age, num et a maxime genuino apostolorum alumno, gloriosissimo, inquam, martyre, simile quid gestum sit, videamus. Etenim propter ineffabilem suam malorum tolerantiam, atque qua Deum imitatur, bonitatem simile quid de eo reperire nobis quærentibus fuit difficile, cum multa omnibus, ut Deus mundo, delicta condonet.

πθ'. Ἀλλ' ἐπεὶ ἕκαστος πρὸς τὴν ἐμπιστευθεῖσαν αὐτῷ τῶν τῆς διανοίας τελάντων ποσότητα, καὶ τὴν ἐργασίαν παραιτεῖται παρὰ Θεοῦ, καὶ τοῖς μὲν ἀκεραιοτέρως συγγνώμη πλείστη παρέχεται, τοῖς δὲ πανουργοτέροις ἐπ' αὐτοφώρῳ τῆς πλημμελείας ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἡ ἐπεξέλευσις γίνεται, εἰκότως ἐπ' ἀνδρὶ μεγίστην ἔχειν τῶν φρενῶν νομιζομένῳ τὴν δύναμιν, παραπλησίως δὲ νηπίοις σφαλέντι, μίαν καὶ ταύτην μόλις πάρὰ τοῦ ἀθλοφόρου γενομένην ἐκδίκησιν δυνηθέντες καταμαθεῖν, ταῖς εὐλαβέσιν ὑμῶν ἀκοαῖς παραθήσομεν, προτρέποντες ἅμα καὶ παρεγγυῶντες, μὴ τῇ ἀγαθότητι τῶν ἁγίων βουλομένους κατορχεῖσθαί τῆς αὐτῶν θεομιμήτου μακροθυμίας, ἀλλὰ πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν κατὰ τὸ γεγραμμένον πρῶτον μὲν τὰς ἑαυτῶν καρδίας • εἰ δὲ μὴ κἂν γοῦν τὸ διὰ γλώσσης ἐξενεγκεῖν τι ῥῆμα βλασφημίας ἢ ἀφροσύνης ἐχόμενον.

C 89. Verum cum quisque pro tolentorum animi quantitate sibi credita et operationem a Deo rogetur, ac simplicioribus quidem venia ut plurimum concedatur, astutioribus autem in criminis deprehensione etiam vindicta quam sæpissime obveniat, merito in virum, qui maximam mentis vim habere existimabatur, puerorum autem more peccabat, vindicta unica, hacque ægre, a certaminum victore fuisse animadversum, perdiscere valentes, piis vestris id auribus proponemus, hortantes simul atque admonentes, ne sanctorum benignitate lactati, eorumdem, quæ Deum imitatur, longanimitatem contumelia afficiamus; sed omni, secundum quod scriptum est, custodia servemus, primum quidem corda nostra; sin minus, ne ore saltem blasphemum quod insipiensve verbum proferamus.

D 90. Audite enim, ad quantam iræ magnitudinem gloriosissimum martyrem dementiæ verbum commoverit, ut statim, ingenitæ velut clementiæ oblitus, ei qui peccarat, vindictam inflixerit. Vir qui-

Ἀκούσατε γὰρ εἰς ὅσην ὑπερβολὴν θυμοῦ τὸν ὑπερένδοξον μάρτυρα λόγος παραφροσύνης ἐκίνησεν, ὡς καὶ τῆς ἐμφύτου ἡμερότητος ὥσπερ ἐκλαθόμενον παραχρῆμα τὴν ἐκδίκησιν τῷ ἡμαρτηκότι προσ-

(60) Hæc omnia Joannes, ut Thessalonicam intestinis etiam motibus Sancti patrocinio evasisse liberam, suadeat; verum cum omnia, quæ hunc in finem affert, uni fere innitantur visioni, viro cuidam oblatæ, fierique queat, ut hæc, non vera apparitio, sed illusio duntaxat, fuerit, studiosus lector, quidquid etiam hac in parte statuerit, haud facile non refragantem habebit.

(61) Caput hoc, quod hic, prout apud nos e codice olim Mazarinæo descriptum exstat, lectoris oculis subjicimus, a fol. 82 usque ad fol. versum 85 in monumento isto litterario recensetur, sequenti isthoc paulo breviori, quam hic noster sit, titulo affectum : Περὶ τοῦ βλασφημήσαντος ἐπάρχου, *De præfecto, qui blasphemavit*; exstat porro et apud Mabillonium tom. I *Veterum Analect.* pag. 82 et seqq., per Anastasium Bibliothecarium Compendio relatum.

(62) Adi Actus apostolorum, cap. V et VIII.

(63) Vide eosdem Actus, cap. XII.

dam (quid enim quod nomen ei, in æterno opprobrio manenti, fuerit, dicere oporteat?) præfectorum gentis Illyricæ principatum tenens, nihilominus quidem maxima sese pollere intelligentia glorians, supraque propinquos, veluti supra superfœturæ portus, sese (id enim, cum et tentationes ut plurimum per superbiam nostram induci didicerimus, ei, opinor, et dementem in ore blasphemiam posuit) efferens, quibusdam ex iis qui celebris civitatis administrationi præerant, accessitis, postulavit, ut quædam ab iis ordinatio fieret.

91. Illis autem de præcepti gravitate dolentibus, seque id facere non posse cum lacrymis ad genua contestantibus, nullo modo is cessit, impossibilitatem ipsos, re facili, si vellent, exsistente, fingere asseverans. Illis autem dicentibus,— certe modus alius, ut magnificentiæ tuæ, nobis volentibus potentiam non suppetere, suadeamus, haud superest, nisi per terribilem incomparabilemque gloriosissimi martyris Demetrii potentiam præclarum thronum vestrum veritatis convincamus,— inimicus per illum (neque enim ipse enormem blasphemiam, verbis expressam, proferre velim) vocem emisit: illis enim, veluti in verenda rei per juramentum probatione, certaminum victoris timorem in medium adducentibus, ita præfectus respondit (verum, misericordissime Christi martyr, propitius mihi sis; blasphemiæ enim magnitudinem, non dico labiis, sed nec litteris exprimi fero; aliter autem qui circumloquens cogitationem aperiam?) Fraudem enim quamdam esse, dixit, gloriosissimum martyrem civibus suis, per eum certam rei occurrentis fidem facere volentibus, adminiculari. Illi vero, blasphemiæ magnitudinem non ferentes, obturatis auribus, exierunt.

92. Post duos vero dies, forte autem nec duos plenos, totum viri corpus ab humeris ad pedum usque extremitatem morbo gravissimo est correptum, ita ut nec ab artis medicæ peritis morbus cognosceretur; cumque menses circiter octo in prædicto morbo omnivoro perdurasset, tandem, adhibitis quibuscumque medelis, meliusque ipso quodammodo habente, desiit in id pœna, ut media totius corporis parte esset debilitatus, ita ut specie quidem omnia membra, effectu autem manum unam et humerum unum, pectorisque et ventris dimidium, similiter et femur unum et genu et pedem duntaxat haberet; cum porro quatuor menses alios, quo ei impleretur annus, ita mansisset, non prius certaminum victoris, utut misericordissimi, visitatione dignus est habitus, quam multis lacrymis in venerando quam maxime illius templo mente tota esset confessus, sese peccasse eique spondere, fore ut illius quidem non contemnendam potentiam agnosceret, insanum autem verbum hujusmodi deinceps, nec ore etiam, proferre auderet. Deo, etc.

A τρίψασθαι· τὴν γὰρ τῶν ὑπάρχων τοῦ Ἰλλυρικῶν ἔθνους ἀρχὴν διὰ χειρὸς ἔχων ἀνήρ τις (τί γὰρ καὶ τοὔνομα λέγειν ἐπ' ὀνειδισμῷ αἰωνίζοντι;) πλὴν ἀλλὰ γοῦν φρόνησιν μεγίστην ἔχειν καυχώμενος, καὶ τῶν πέλας ὥσπερ ἐπικνωδάλων κατεπαιρόμενος (τοῦτο γὰρ οἶμαι αὐτῷ, καὶ τῆς ἀφροσύνης ἐν γλώττῃ τὴν βλασφεμίαν ἀπέτεκεν, ἐπεὶ καὶ τοὺς πειρασμοὺς ὡς τὰ πολλὰ διὰ τὴν ὑπερηφανίαν ἡμῶν ἐπάγεσθαι μεμαθήκαμεν), τινὰς τῶν τῆς πόλεως ῥητῆς πραγματείας προϊσταμένων μεταστειλάμενος ἀπῄτει τινὰ παρ' αὐτῶν γενέσθαι διοίκησιν.

ϛα'. Τῶν δὲ τὸ φορτικὸν τοῦ ἐπιτάγματος ἀποδυρομένων, καὶ μὴ οἷόν τε εἶναί τοῦτο πράττειν μετὰ δακρύων γονυπετούντων, οὐδοτιοῦν ἐκεῖνος ἐνεδίδου φάσκων πλάττεσθαι αὐτοὺς τὸ ἀδύνατον, εὐχερῶς B τοῦ πράγματος καθεστηκότος, εἴπερ ἐθέλοιεν. Τῶν δὲ φησάντων, — ὡς Οὐκ ἔστιν ἑτέρως πεισθῆναι ὑμᾶς τὴν ἐνδοξότητα, ὅτιπερ οὐ θέλουσιν ἡμῖν τὸ δύνασθαι πρόσεστιν, εἰ μὴ πληροφορσύντων ἡμῶν τὸν ὑπέρλαμπρον ὑμῶν θρόνον ἐπὶ τῆς φρικτῆς καὶ ἀπαραδιήτου δυνάμεως τοῦ πανενδόξου μάρτυρος Δημητρίου, — ὁ ἐχθρὸς δι' αὐτοῦ φωνὴν ἀφῆκεν. Οὐ γὰρ ἔχω λέγειν αὐτὸς ἄμετρον τὴν βλασφημίαν ἠμφιεσμένην· ἐκείνων γάρ, ὡς ἐν ὑπερβαλλούσῃ ὅρκου πληροφορίᾳ, τὸ φοβερὸν τοῦ ἀθλοφόρου παραγαγόντων εἰς μέσον, οὕτως ὁ ἔπαρχος ἀπεκρίνατο· (ἀλλ' ἵλεώς μοι γενοῦ, φιλανθρωπότατε μάρτυς Χριστοῦ. Οὐ φέρω γάρ, οὐ λέγω τοῖς χείλεσιν, ἀλλ' οὐδὲ γράμμασιν ἐγχαράξαι τῆς βλασφημίας τὸ μέγεθος· ἑτέρως δὲ πῶς περιφράσας δηλώσω τὴν C ἔννοιαν;) ἔλεγε γὰρ συμπαιγνίαν τινὰ τοῖς παῖταις αὐτοῦ συνεργεῖν τὸν ὑπερένδοξον μαρτυρα, κατ' αὐτοὺ πληροφορεῖν βουλομένοις τοῦ προστυγχάνοντος. Οἱ δὲ, τὸ ἄκρον τῆς βλασφημίας οὐχ ὑπομείναντες, βύσαντες τὰ ὦτα ἐξῆεσαν.

ϛβ'. Μετὰ δὲ ἡμέρας δύο, τάχα δὲ οὐδὲ πλήρεις δύο, τὸ πᾶν σῶμα τοῦ ἀνδρὸς ἀπάνωθεν ὤμων ἕως ἄκρων ποδῶν νόσῳ δεινοτάτῃ κατεσχέθη οὕτως, ὡς μηδὲ διαγνωσθῆναι τὸ σῶμα παρὰ τῶν τῆς ἰατρικῆς ἐμπείρων, ἡλί μῆνας περί που ὀκτὼ ἐν τῷ προλιχθέντι παμφάγῳ διατελέσας νοσήματι, τέλος πολλῶν ὅσων γενομένων, καὶ ῥᾷον ὥσπερ ἐσχηκότος αὐτοῦ, εἰς τοῦτο κατέληξε τὰ τῆς ὀργῆς, ὡς τὸ ἥμισυ μέρος κοῦ ὅλου σώματος πάρεθῆναι, ὡς ἔχειν μὲν αὐτὸν τῇ θέᾳ πάντα τὰ μέλη, τῇ δὲ ἐνεργείᾳ μίαν χεῖρα, καὶ ὦμον ἕνα, καὶ στῆθους καὶ κοιλίας τὸ ἡμίσυ, καὶ μηρὸν ὡσαύτως ἕνα, καὶ γόνυ καὶ πόδα. Καὶ διαμεμενηκὼς οὕτως ἐπὶ μῆνας ἑτέρους τέσσαρας, ὡς πληρωθῆναι αὐτῷ τὸν ἐνιαυτὸν, οὐ πρότερον ἐπισκέψεως τοῦ ἀθλοφόρου κατηξιώθη, καίτοι φιλανθρωποτάτου ὑπάρχοντος, πρὶν ἢ μετὰ δακρύων πολλῶν ἐν τῷ αὐτοῦ πανσέπτῳ ναῷ πάσῃ δυνάμει ἐξωμολογήσατο ἐπτικέναι καὶ συνθήκας θεῖναι πρὸς αὐτόν· ἐπεγνωκέναι μὲν τὴν αὐτοῦ ἀκαταφρόνητον δύναμιν, μὴ τολμῆσαι δὲ τὸ λοιπὸν ἀφροσύνης ῥῆμα τοιοῦτον μηδὲ κἂν διὰ γλώττης ἐξενεγκεῖν. Τῷ δὲ Θεῷ, κ. τ. λ.

CAPUT XII.

Qui excitato ciborii incendio hostibus fuerit Thessalonica per Sancti providentiam liberata (64).

ιγ'. Ἀλλ' ὁ πᾶς ἡμῖν χρόνος τὰ τοῦ μάρτυρος οὐκ ἐπαρκέσει διηγουμένοις θαύματα, καὶ δέδοικα μὴ τὸν φιλομάρτυρα πόθον ὑμῶν σπεύδων ἀνάπτειν τοῖς διηγήμασι, τῷ πλήθει τῆς γραφῆς τὸν κόρον ἐπάξωμαι, καὶ παραδώσω τὴν πρόθυμον ἀκοὴν ἀκυβερνήτῳ ναυτιασμῷ. Πάντα γὰρ, ὡς λόγος, ὑποίσει ἀνθρώπου φύσις, κόρον δὲ οὐδαμῶς. Εἰ καὶ ὅτι κόρος τῶν θείων διηγημάτων οὐδεὶς τοῖς ἐχέφροσι διὰ τὸ μᾶλλον τὴν δίψαν τοῦ ἡγεμονικοῦ διακαίεσθαι, τῶν χανδῶν δι' ἀκοῆς τὰ τοιαῦτα ἐκπεπωκότων, πλὴν καὶ μή τινων τὴν ἀπιστίαν ἐξαμαρτάνειν, φειδόμενοι δείξωμεν τῶν ἀμέτρων θαυματουργημάτων τοῦ μάρτυρος, κἀπὶ τὸν κολοφῶνα τούτων ἑαυτοὺς ἀνατείναντες, τὰς ἐν πολέμοις αὐτοῦ προνοίας, καὶ βοηθείας συγγράψωμεν.

ιδ'. Ἀλλὰ κἀνταῦθα πάλιν, ὧν ἔγνωμεν καὶ ἠκούσαμεν, μνημονεῦσαι προθώμεθα, μῆκος ἄφατον τῇ γραφῇ περιθήσομεν. Ἐν ᾧ γὰρ τὰ παρελθόντα συντάττομεν, καταλαμβάνουσιν ἐφ' ἑκάστης ἀνδραγαθήματα, καὶ μᾶλλον οὐ λήξουσί ποτε προσγινόμενα, εἰ καὶ διὰ βίου παντὸς ὑμεῖς τε καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς συγγράφειν ἐλοίμεθα. Οὐκοῦν δύο καὶ μόνα κεφάλαια πολεμικῆς ἐπικουρίας προθέντες σιγήσομεν. Τῇ διηγήσει γὰρ ἐπιμένοντες περατῶσαι τὸν σκοπὸν οὐκ ἰσχύσομεν. Χαίρω δὲ, ἀγαπητοὶ, παρ' ὑμῖν τὰ τοῦ πανενδόξου ἀθλοφόρου προτιθεὶς κατορθώματα, τοὺς αὐτοὺς ἀκροατὰς τῶν γενομένων, καὶ μάρτυρας κεκτημένος, ὡς μὴ κοπου μοι δεῖν περὶ τὴν πειθὼ τῶν ἀκουόντων ὑμῶν (θεαταὶ γὰρ τούτων οἱ πλεῖστοι γεγόνατε), εἰ καὶ τὸ μέγεθος τῶν ῥηθησομένων ἐκπλήξει πάντως καὶ τὴν ἀκοὴν καὶ τὴν ἔννοιαν.

ιε'. Τοῦ καλλινίκου τούτου καὶ φιλοπόλιδος μάρτυρος Δημητρίου ἤγορτὴν ἡ χώρα πᾶσα, καθὼς εἰώθει, τῇ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς εἰκάδι ἕκτῃ ἡμέρᾳ· καὶ δὴ πάντων εὐφραινομένων πνευματικῶς, ὡς πληρώσαντος τοῦ Κυρίου τὴν εὐχὴν τῶν δούλων αὐτοῦ, καὶ ἀξιώσαντος αὐτοὺς τῆς χαρᾶς τοῦ μάρτυρος ἐν εἰρήνῃ πλατείᾳ, καὶ βαρβαρικῆς ὁμφῆς μηδόλως μηδαμοῦ τηνικαῦτα κατηχουμένης, τῇ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ τῆς ἑορτῆς ἄφνω μέσης νυκτὸς κατ' οἰκονομίαν τοῦ Ἀθλοφόρου (οὕτω γάρ με λέγειν τὸ

93. Enimvero nobis, Sancti mirabilia narrantibus, nec omne tempus sufficiet, timeoque, ne vestrum erga martyrem affectum narrando accendere studens scripturæ multitudine satietatem inducam auditumque alacrem nauseæ immoderatæ tradam. Omnia enim, ut aiunt, natura humana sufferet, satietatem autem nequaquam. Etsi vero iis qui sanæ mentis sunt, earumque de rebus sacris sunt, narrationum, quod animi sitim potius, avide talia, qui capaces sunt, per auditum imbibentibus, accendant, satietas nulla sit, tamen, ne etiam quorumdam incredulitatem peccare faciamus, martyris absque numero miracula parte commemoremus, nosque ad horum finem extendentes, ejusdem in bellis curas, præstitaque auxilia conscribamus.

94. Verum si hæc rursus, quæ novimus atque audivimus, memorare institerimus, prolixitatem immodicam scriptioni tribuemus. Dum enim præterita ordine exponimus, gesta diebus singulis facinora occurrunt, seu potius, quæ gesta aliquando fuerunt, occurrere non desinent, etiamsi per vitam omnem nosque et qui post nos venturi sunt, scribere aggrediamur. Duobus igitur, iisque solis auxilii in bello lati, capitibus propositis, silebimus (65). Narrationi enim inhærentes propositum terminare haud possemus. Gaudeo autem, dilecti, quod grandia vobis gloriosissimi certaminum victoris facta proponens, ipsos eorum quæ gesta sunt auditores testesque (spectatores enim illorum plurimi fuistis) nactus sim, ita ut, etiamsi eorum quæ dicentur, magnitudo omnino et auditum et mentem perculsura sit, laborare mihi, quo vobis audientibus fidem faciam, opus futurum non sit.

95. Decorati illius pulchris victoriis civitatemque amantis martyris Demetrii festivitatem vicesima sexta Octobris die, ut consuevit, regio tota celebrabat, cumque omnes, utpote Domino servorum suorum desiderium implente gaudioque martyris ampla in pace illos dignante, nec ullo tunc insonante in loco voce barbarica, spiritualiter lætarentur, secunda festivitatis die (66) subito nocte media e certaminum Victoris (ita enim me loqui rei exitus suasit) dispensatione sacrum illius argenteum ciboA

B

C

D

(64) Caput hoc, quod hic, prout in codice nostro † ms. 493 e bibliothecæ Vaticanæ codice ms. 821 descriptum exstat, lectori proponimus, in codice olim Mazarinæo a fol. verso 85 usque ad fol. 96 exhibetur, sequentemque, cui ego hic ob rationem supra plus semel jam memoratam, alium substitui, titulum hunc in capite præfert : Περὶ τοῦ ἐν τῷ κιβωρίῳ γενομένου ἐμπρησμοῦ, *De facto in ciborio incendio*.

igitur, ut dictum est, captivum omnem populum, velut sibi deinceps subditum, prædictus Avarum Chaganus constituit (79). Ab eo ergo tempore cum Bulgaris et Avaribus reliquisque gentilibus fuit commistus, cumque sese inter liberos procrearent atque in populum infinitum maximumque excrescerent; filii autem singuli a patribus indolem generisque studium, moribus Romanis congruum, accepissent (80), quemadmodum sub Pharaone in Ægypto Hebræorum auctum est genus, ita et in illis modo haud absimili per fidem orthodoxam sacrumque ac vivificantem baptismum Christianorum aucta est tribus, aliique aliis de majorum suorum solo natali narrantes invicem de cordibus fugæ desiderium accenderunt.

196. Cum enim ab eo tempore, quo in illorum progenitores a Barbaris patrata fuerat devastatio, sexaginta circiter ac amplius anni essent elapsi (81), aliusque jam ibidem novus populus exsurrexisset, maximam autem illius partem temporis lapsu liberam ac jam velut gentem peculiarem esse, Avarum chaganus concessisset, ut nationi mos est, principem, nomine Cuber (82), iis præfe-

ἔστησεν ὁ λεχθεὶς χαγάνος, ὡς αὐτῷ λοιπὸν ὑποκειμένους· ἐξ ἐκείνου οὖν ἐπιμιγέντες μετὰ Βουλγάρων καὶ Ἀβάρων καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνικῶν καὶ παιδοποιησάντων ἀπ' ἀλλήλων καὶ λαοῦ ἀπείρου καὶ παμπόλλου γεγονότος, παῖς δὲ παρὰ πατρὸς ἕκαστος τὰς ἐνεγκαμένας παρειληφότων καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ γένους κατὰ τῶν ἠθῶν τῶν Ῥωμαίων, καὶ καθάπερ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐπὶ τοῦ Φαραὼ ηὐξάνετο τὸ τῶν Ἑβραίων γένος, οὕτω καὶ ἐν τούτοις κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον διὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ βαπτίσματος ηὔξετο τὸ τῶν Χριστιανῶν φύλον, καὶ θάτερος θατέρῳ περὶ τῶν πατρίων τοποθεσιῶν ἀφηγούμενος, ἀλλήλοις πῦρ ἐν ταῖς καρδίαις τῆς ἀποδράσεως ὑφῆπτον.

ρι ζ'. Χρόνων γὰρ ἐξήκοντα ἤδη που καὶ πρὸς διαδραμόντων, ἀφ' ἧς εἰς τοὺς αὐτῶν γεννήτορας ἡ παρὰ τῶν βαρβάρων γεγένηται πόρθησις, καὶ λοιπὸν ἄλλος νέος ἐκεῖσε λαὸς ἀνεφαίνετο, ἐλευθέρος δὲ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐκ τοῦ χρόνου γεγονέναι καὶ λοιπὸν ὡς ἴδιον ἔθνος προσέχων ὁ Ἀβάρων χαγάνος, καθὼς τῷ γένει ἔθνος ὑπῆρχεν, ἄρχοντα τούτοις ἐπάνω κατέστησε, Κούβερ ὄνομα αὐτῷ, ὅστις

(79) Non Chatzonem, paulo ante hic memoratum, qui Sclavorum duntaxat, non autem etiam Avarum, dux fuisse videtur, sed eum ipsum Avarum Chaganum, qui a Sclavis, cum a Thessalonica sub Chatzonis ductu a sese obsessa recedere fuissent compulsi, pollicitationibus ac donis (adi cap. 2) in auxilium fuit vocatus, ab auctore nostro hic designari existimo; licet autem hic, quod supra num. 158 a Sclavis factum scribit, Avaribus hoc loco eorumque chagano ascribat, sibimetipsi propterea contrarius æstimari haud debet; Sclavis enim, dum, quod num. 158 narratur, in Illyrico gesserunt. Avares etiam, quibus fœdere illi conjuncti partimque etiam paruisse videntur, numero non paucos fuisse admistos, eorumdemve saltem seu imperio seu impulsu Sclavos illud gessisse, verosimillimum fit ex iis quæ de ambabus illis nationibus apud scriptores proxime laudatos aliosque memoriæ prodita inveniuntur.

(80) In hæc auctoris nostri Græca verba, παῖς δὲ παρὰ πατρὸς ἕκαστος τὰς ἐνεγκαμένας παρειληφότων καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ γένους κατὰ τῶν ἠθῶν τῶν Ῥωμαίων, errorem irrepsisse ex amanuensium oscitantia, in animum induco; iis interim Latinam, quam sensus maxime exigere videbatur, interpretationem attribui; quod si quis meliorem attulerit, eam lubentissime amplectar.

(81) Devastatio ab auctore nostro et hic et supra cap. 1 memorata, qua innumera hominum multitudo ex imperii terris, uti hic mox is retulit in captivitatem fuit abducta, verosimillime, uti in Annotatis, cap. isti subnexis, jam docui, sub Constante tertio, aut altero e binis ejus successoribus Constantino Pogonato et Justiniano Rhinotmelo seu secundo evenit. Imo vero, quo etiam aliquanto propius eventus illius epocham utcumque modo determinem, Joannes Thessalonicensis archiepiscopus, indubie ad annum usque 681, uti ex iis quæ in Commentario prævio num. 23 in medium adduxi, liquet, vitam protraxit, eamque verosimillime, quemadmodum jam supra docui, ante annum 700, imo etiam, ne alioquin præsul ille (adnotata lucubrationis ejus cap. 14 [supra col. 1303] subnexa, consule) ad ætatem nimis provectam pervenisse sit dicendus, ante annum 690 terminarit: ex iis autem, quæ auctor noster anonymus tum præfationis in modum (adi quæ lucubrationis Joannis Thessalonicensis cap. ultimo [col. 1323] adnotatur) lucubrationi suæ præmittit, tum hujus cap. tertio refert, præfata devastatio tunc primum, cum dictus Thessalonicensis archiepiscopus ab obitu suo haud multum esset remotus, accidisse videtur ac proin *inter* annum circiter 680 et annum 690. Jam vero, *cum* hæc ita habeant, eaque, quæ cap. præsenti auctor noster deinceps narrat, annis amplius post eamdem devastationem sexaginta, prout hoc loco sit, evenerint, conjectarium fit, ut ante annum circiter 740 horum epocha figenda haud sit. Imo vero nec ante sæculi octavi finem circiter seu tempus, quo Constantinus septimus, Irenes filius, imperii habenas tenuit, statuenda isthæc videtur. Ita autumo, quod ab ordine, quo quæque gesta sunt, auctor noster in narrando recedere nullo ex capite videatur, ea autem, quæ cap. præcedenti memoriæ prodit, sub Constantino, Irenes filio, seu sæculo octavo ad finem jam inclinante evenerint, uti docui in Adnotatis cap. isti (not. 73) subnexis.

(82) Principis hujus, qui, quemadmodum e capitis præsentis titulo (supra in nota) 74 recitato, intelligitur, Bulgarus exstitit, mentionem nuspiam apud scriptoris alios invenio; Cubrati quidem, genere Bulgari, qui sub Heraclio seu sæculo septimo, ad mediam sui partem nondum provecto, contra Avarum chaganum rebellavit, ac cum populo, quem ab eo acceperat, sedibus patriis relictis, ad Romanos seu Heraclium secessit, sanctus Nicephorus, patriarcha Constantinopolitanus, in Breviario historico, Parisiis anno 1648 edito, pag. 16 mentionem facit. Verum etsi ita non pauca sane Cubrato, quæ mox infra auctor noster anonymus Cubero, Nicephorus ascribat, satque præterea Cubrati et Cuberi nomina affinia sint; quo minus tamen hic cum illo unus idemque dicatur, ætatis, qua ambo floruerunt, diversitas impedit. Cubratus enim, uti ex jam dictis liquet, sæculo septimo floruit; Cuberus autem sæculo octavo et quidem verosimillime multum jam provecto, nisi forte quis velit, quæ mox de Cubero auctor noster anonymus subjungit, perperam abs hoc iis affici notis chronicis, ex quibus, ut sæculo octavo mul-

ἔκ τινων τῶν ἀναγκαιοτέρων προσοικειουμένων αὐτῷ μαθὼν τὴν τοῦ τοιούτου λαοῦ τῶν πατρώων πόλεων ἐπιθυμίαν, ἐν σκέψει γίνεται καὶ ἀνάστατον λαμβάνει τὸν πάντα Ῥωμαίων λαὸν μετὰ καὶ ἑτέρων ἐθνικῶν καθὰ ἐν τῇ Μωσαϊκῇ τῆς Ἐξόδου τῶν Ἰουδαίων ἐμφέρεται βίβλῳ, τουτέστιν προσηλύτους μετὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἀποσκευῆς καὶ ὅπλων, καὶ ἀνάστατοι καὶ ἀντάτραι καταλέλεκται [κατὰ λέλεκθαι ?] τοῦ χαγάνου γίνονται, ὥστε ἐγνωκότα τὸν χαγάνον διῶξαι ὄπισθεν αὐτῶν, καὶ συμβαλλόντων αὖτῶν καὶ ἐπὶ πέντε ἢ ἓξ πολέμους καὶ ἐπ' ἀμφοτέροις παρ' αὐτῶν ἡττηθέντος αὐτοῦ λαοῦ φυγῇ χρησάμενος ἐν τοῖς ἐνδοτέροις πρὸς ἄρκτον ἄπεισι τόπους, ὡς λοιπὸν μετὰ νίκης περάσαντα τὸν αὐτὸν Κούβερ μετὰ τοῦ εἰρημένου σὺν αὐτῷ παντὸς λαοῦ τὸν προαφηγηθέντα Δάνουβιν ποταμὸν καὶ ἐλθεῖν εἰς τὰ πρὸς ἡμᾶς μέρη, καὶ κρατῆσαι τὸν Κεραμήσιον κάμπον, κἀκεῖσε οὐτῶν ἐγκαθεσθέντων, τὰς πατρίους ἠτοῦντο πόλεις, ὡς μάλιστα οἱ τῆς ὀρθοδόξου καθεστῶτες πίστεως, οἱ μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς μαρτυροφύλακτον τὴν Θεσσαλονικέων πόλιν, ἄλλοι τὴν πανευδαίμονα καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων, ἕτεροι δὲ τὰς ἀπομεινάσας τῆς Θρᾴκης πόλεις.

cit; qui, cum e quibusdam, qui cum eo familiarius conversabantur, populi hujusmodi civitatum patriarium desiderium didicisset, quid agat, circumspicit, omnemque populum Romanum extorrem, aliosque gentiles, id est, secundum quod in Moysaico Judæorum Exodi libro continetur, proselytos una cum eorumdem supellectile atque armis ad sese assumit, hique discedunt ac rebelles chagano fiunt (83), ita ut idem chaganus, cum id cognovisset, a tergo ipsos insequeretur; cum vero manus conseruissent, ac post quinque aut sex prælia devictus etiam in duobus abs illis is fuisset, fugam cum relicto sibi populo arripiens ad partes interiores Septentrionem versus sitas sese confert, adeo ut tandem idem Cuber, cum, relata victoria, præfatum Danubium fluvium cum omni prædicto populo suo trajecisset, ad nostras etiam partes venerit, campumque Ceramesium (84) occuparit, cumque ibidem consedissent, maxime qui fidei orthodoxæ erant, ad civitates patrias anhelabant, hi quidem ad custodiam nostram a martyribus Thessalonicensium urbem, alii ad fortunatissimam etiam urbium reginam (85), alii autem ad Thraciæ civitates reliquas.

ρξζ'. Ταῦτα δὲ τοῦ λαοῦ βουλευομένου, συμβουλεύεται δολερᾶς γνώμης, ταύτης βουλῆς κακούργως γίνονται, ὥστε μή τινας ἐξ αὐτῶν τοῦ ποθουμένου τόπου ἀξιωθῆναι, ἀλλ' αὐτὸν Κούβερ πάντας ὡς συμμίκτως ἐξελθόντας ἐπικρατῆσαι καὶ τούτων ἄρχοντα καὶ χαγάνον γένεσθαι· εἰ γὰρ πρὸς τὸν ὑπὸ Θεοῦ βασιλεύειν ἡμῖν λαχόντα ἀπελθεῖν πειραθείη, τὸν λαὸν ἅπαντα παρ' αὐτου ληψόμενος καὶ διασκορπίσας τοῦτον τῆς ἀρχῆς ἀλλοτριον καθίστησι, καὶ τότε, τὸ δοκεῖν, ἔστειλε πρὸς τὸν κύριον τῶν σκήπτρων, πρεσβεύσων αὐτῷ, ἐφ' ᾧ μεῖναι μετὰ τοῦ σὺν αὐτῷ ὑπάρχοντος λαοῦ ἐκεῖσε, αἰτῶν κελευσθῆναι τὰ παρακείμενα ἡμῖν τῶν Δραγουβιτῶν ἔθνη δαπάνας κατὰ τὸ ἱκανὸν αὐτοῖς ἐπιχορηγῆσαι, ὃ δὴ καὶ γεγένηται· καὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ ἐπὶ σιτισμοῦ εἰσελθόντων πλείστων εἰς τὰς τῶν Σκλάβων σκηνὰς καὶ διερωτησάντων περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς πόλεως καὶ ἀκριβωθέντες, ὡς ἐκ μήκους μὴ ὑπάρχειν ταύτας, ἤρξαντο πλεῖστοι λοιπὸν οἱ ἐκ τῶν Ῥωμαίων ὄντες μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων ἐν τῇ θεοσώστῳ ταύτῃ ἡμῶν εἰσιέναι πόλει, οὕτινας αὐτίκα οἱ τὴν ὕπαρχον

197. Cum vero hæc populus vellet, dolosæ mentis consiliari id fraudulenter cepere consilii, ne qui ex iis desideratum locum adirent, sed idem Cuber omnibus, veluti qui commistim essent egressi, imperaret, eorumque princeps ac chaganus fieret; quod si enim ad illum, qui nobis imperare sortitus a Deo erat, abire niteretur, fore ut populum omnem abs illo abstraheret, dissipatumque eumdem ab imperio alienum efficeret: tuncque ad sceptrorum dominum, quo ei, ut hic cum omni populo secum exsistente, manero posset, in specie supplicaret, legavit, postulans etiam ut quæ nobis adjacent, Dragobitarum nationes sufficientia eis cibaria subministrare juberentur (86); quod et factum est. Atque ita cum plurimi Sclavorum tentoria, ut cibaria eis subministrarent, essent ingressi, hique illos de civitate nostra interrogantes, esse illa ab hoc haud procul remota, diligenter didicissent, plurimi jam, qui e Romanis ducebant originem, cum uxoribus et liberis nostram a Deo servatam civitatem ingredi cœperunt; quos statim, qui præ-

tum jam promoto evenerint, consectarium fit, quemadmodum in Adnotatis ad not. præced. jam docui.

(83) Græca hæc verba, καὶ ἀντάρται καταλέλεκται τοῦ χαγάνου γίνονται, Latine interpretatus sum, *ac rebelles chagano fiunt*, nulla habita ratione vocabuli καταλέλεκναι, quod quid hic significare queat, haud perspicio.

(84) Nominis hujus campum seu planitiem, quæ haud procul a Thessalonica sita fuerit, nuspiam invenio. Verum non est, cur id mirum cuiquam accidat, cum nec planities omnes seu campos commemorare soleant geographi, nec singulos suis nominibus distinctos tabulæ geographicæ, utut etiam accuratæ, exhibere.

(85) Ita etiam scriptores Græci alii Constantinopolim per tituli honorarii modum subinde appellant.

(86) Dragobitæ ergo, si vera hic memoret auctor noster anonymus, jam ante illud tempus, quo Cuberus cum suis in Campos Ceramesio consedit, haud procul a Thessalonica sedes habuerint. Illi porro Dragobitæ seu, ut supra etiam ab auctore nostro hoc nomen exaratur, Dragobitæ sclavia etiam, ut supra loco non uno tradit, natio fuerunt, ortique verosimillime ex iis quos Russis tributarios fuisse, Constantinus Porphyrogenitus lib. *De administrando imperio*, cap. 9, scribit. Drugubitarumque nomine distinguit, nullam [illegible] rim Dragobitarum seu Drogobitarum, qui verosimillime, ut jam dixi, e Sclavis hisce orti sunt. mentionem vel ibidem vel alibi usquam [illegible]

fecturam administrabant, ad civitatem imperan- A tem (87) navibus miserunt.

198. Cum vero id a prædicto principe illorum Cubero cognitum fuisset, isque latentem in corde fraudem celare non posset, cum consiliariis suis in proprium suum interitum ac judicium consilia contulit, hocque clanculum cepit, ut e principibus suis quempiam, qui præ cæteris vafer ac callidus esset, linguamque nostram et Romanorum, Sclavorum et Bulgarorum calleret, atque ut uno verbo dicam, qui in omnibus astutus omnigenaque diabolica arte esset instructus, extorris fieret, atque ad civitatem nostram a Deo custodiam, ut reliqui, in speciem aufugeret, ac seipsum fidi imperatoris servum fingeret, plurimumque ad nos, ut eadem quæ ille, velle deberemus, populum secum B adduceret, hincque ac illis artibus, bello civili excitato, civitatem caperet, hic scilicet post hujus expugnationem prædicto Cubero cum familia sua cæterisque principibus sedem figere, hincque, auctis viribus, adversus populos circumjectos arma movere omnibusque dominari, ac bello insulas (88) et Asiam, adhuc autem et eum qui imperii habenas moderabatur, aggredi volente.

199. Cum hujus igitur consilii voluntatisque facti essent, juramentoque se quod statuerunt facturos fidem fecissent, unus ex eis, nomine Maurus, ad civitatem nostram profugus, ut apparebat, advenit, ac primum suavibus ac dolosis verbis una cum juramentis eos qui principatum obtinebant, induxit, ut optima approbationeque digna ad piissimum imperatorem de eo referrent; qui, in omnes C beneficus, iis que per illos relata erant, impulsus, eisdem voluntatem suam, scripto honoris causa expressam, consulari ornatu vexilloque (89) eidem Mauro, quo illum cohonestaret, misso, statim significavit, præcipiens ut Cermesiani (90) omnes, qui a prædicto Cubero aufugerent, eidem Mauro subessent: cumque hujusmodi mandatum publicum factum, atque in scriptam ordinariam matriculam (91) relatum fuisset, exin omnis, qui huc confluxerat, populus eidem Mauro fuit commissus, ipseque eorum dux exstitit; cum vero quidam, qui e Romanorum gente erant, qualis Maurus esset, qui fidem nemini unquam servasset, sed semper præ

(87) Id est, Constantinopolim, ut supra adhuc D monui.

(88) Auctor noster verosimillime non alias hic intelligit insulas, quam quæ in mari Ægeo, quod modo Archipelagus vocatur, magno numero sitæ sunt.

(99) Ita hic vocabula Græca ὡρατίων ὑπάτου καὶ βάντον interpretatus sum; postremum enim e binis illis vocabulis idem, quod βάνδον, apud scriptores haud paucos, uti ad hanc vocem in mediæ et infimæ Græcitatis Glossario apud Cangium videre licet, Nexillum significans, hoc loco significare e sensus contextu est visum, quod autem ad primum pertinet, Lipomanus quidem in Metaphraste a Sancti nostri Passione, quam supra loco tertio dedimus, duo hæc vocabula ὑπατικὸν ὡρατίωνα Latine interpretatur *Consularia insignia*, verum

ἔχοντες φροντίδα ἐν τῇ βασιλευούσῃ διὰ τῶν πλοίμων ἀπέπεμπον πόλει.

ρξη'. Τούτου τε γνωσθέντος παρὰ τοῦ εἰρημένου πρώτου αὐτῶν Κούβερ, καὶ μὴ δυναμένου τὸν ἐγκείμενον ἐν τῇ καρδίᾳ ἀποκαλύψαι δόλον, ἐσκέψατο μετὰ τῶν αὐτοῦ συμβούλων ἐπὶ οἰκείᾳ ἀπωλείᾳ καὶ γνώμῃ, καὶ ταύτην κρυφηδὸν βουλὴν ἴστᾳ, ὥστε τινὰ τῶν αὐτοῦ ἀρχόντων ἔξοχον ὄνται καὶ πανοῦργον ἐν πᾶσι, καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἐπιστάμενον γλῶσσαν καὶ τὴν Ῥωμαίων, Σκλάβων καὶ Βουλγάρων, καὶ ἁπλῶς ἐν πᾶσιν ἠκονημένον καὶ γέμοντα πάσης δαιμονικῆς μηψανῆς ἀνάστατον γενέσθαι καὶ τῇ καθ' ἡμᾶς καὶ αὐτὸν τὸ δοκεῖν ὡς τοὺς λοιποὺς προσπελάσαι θεοφυλάκτῳ πόλει, καὶ δοῦλον ἑαυτὸν προσποιήσασθαι τοῦ πιστοῦ βασιλέως, καὶ λαὸν μετ' αὐτοῦ πλεῖστον εἰσβαλεῖν πρὸς ἡμᾶς, τὰ αὐτοῦ δεῖν φρονοῦντας, καὶ ἔθεν καὶ ἐκ τῶν τρόπων τούτων τὴν πόλιν δι' ἐμφυλίου πολέμου ἑλεῖν· ἐνταῦθα δηλονότι μετὰ τὴν αὐτῆς πόρθησιν ὀφείλοντος ἐγκατασταθῆναι τοῦ λεχθέντος Κούβερ μετὰ τῆς αὐτοῦ ἀποσκευῆς καὶ τῶν λοιπῶν ἀρχόντων, καὶ ἔνθεν ὠχυρωμένον ἀντιπαρατάσσεσθαι τῶν πέριξ ἐθνῶν, καὶ τούτων δεσπόζειν. καὶ πολεμεῖν τὰς νήσους καὶ τὴν Ἀσίαν, ἔτι δὲ καὶ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τῆς βασιλίας.

ρξθ'. Ταύτης οὖν τῆς σκέψεως καὶ γνώμης γενομένης καὶ ὅρκῳ τὸ παρ' αὐτῶν βουλευθὲν πιστοποιησάντων τὸ δοκεῖν τις ἐξ αὐτῶν Μαῦρος τοὔνομα, πρόσφυξ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γίνεται πόλει, καὶ πρῶτον πείθει τοὺς τὴν ἀρχὴν διέποντας χρηστοῖς καὶ ἀπατηλοῖς μεθ' ὅρκων ῥήμασι, κολλίστα καὶ ἀποδοχῆς ἄξια πρὸς τὸν εὐσεβέστατον βασιλέα περὶ αὐτῶν ἀναγάγαι, ὅστις ὁ πάντων εὐεργέτης τοῖς παρ' αὐτῶν ἀνενεγμένοις πεισθεὶς αὐτίκα λόγον ἔγγραφον στέλλει τούτοις πρὸς τιμὴν, πέμψας ὡρατίωνα ὑπάτου νῷ αὐτῷ Μαύρῳ, καὶ βάντον φιλοτιμίας χάριν, κελεύσας πάντας τοὺς ἐκ τῶν του λεχθέντος Κούβερ Κερμησιάνους ἀποφύγους ὑπ' αὐτὸν τὸν Μαῦρον γενέσθαι, καὶ τῆς τοιαύτης κελεύσεως ἐμφανοῦς γενομένης, καὶ ματρικίῳ ἐνορδίνῳ ἐγγράφῳ συσταθείσης, ἐξ ἐκείνου ἅπας ἐδόθη ὁ ἐνταῦθα προσρυεὶς λαὸς τῷ αὐτῷ Μαύρῳ καὶ αὐτὸς τούτων ὁ στρατηγὸς ὑπῆρχεν, τινὲς δὲ τῶν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων φύλου τὰ περὶ τὸν Μαῦρον ἐπιστάμενοι, ὡς οὐδέποτε ἐφύλαξεν πίστιν τινὰ, ἀλλὰ ἀεὶ ἀπὸ φαυλότητος καὶ ἐπιορκιῶν καὶ δόλου κάκιστος ὢν τοῖς τρόποις, πολλοὺς τόπους

mihi præ voce *Insignia* vocabulum *Ornatus* placuit quod ab actore nostro, non ὡρατίωνα, uti a Metaphraste fit, sed ὡρατίωνα efferatur, hocque vocabulum deductum videri queat ab objectivo ὡραῖος, quod idem quod Latine *pulcher* aut *decorus*, significat.

(90) Ita scilicet seu Sclavi seu Bulgari seu etiam alii quicunque, qui Cubero parebant, idcirco indubie hic vocantur, quod in campo Ceramesio, a Thessalonica haud procul dissito, in quo, ut auctor noster supra docet, consederant, sedes haberent.

(91) Ut, cur bina Græca vocabula Ματρίκιον ἐνοδρινος Latine hic interpretatus sim *ordinaria matricula*, perspectum habeas, adi ad primum e bonis illis vocabulis et ad vocabulum ὄρδινον in mediæ et infimæ Græcitatis Glossario Cangium.

καὶ ἔθνη ἐξεπόρθησεν, καὶ μὴ ὀφέλειν τούτῳ κατα- A
πιστεύειν · ἐγνωκὼς δὲ οὗτος ἐκ διαβολῆς τῶν αὐτῷ
πλησιασόντων, διὰ τρόπων καὶ σκευῆς τοὺς κατάδη-
λον ἐν τῷ κρυπτῷ ποιουμένους τὴν αὐτὴν δεινὴν ἐν-
έδραν ἀπεκεφάλισεν, καὶ τὰ αὐτῶν γυναικότεκνα ὡς
ἠθέλησεν, καὶ ὅπου ἐβούλετο, ἔπρασεν.

σ'. Ὅθεν οἱ λοιποὶ τῶν Χριστιανῶν μὴ τολμῶντες
ἐξειπεῖν ἥνπερ ἔγνωσαν κατὰ τῆς πόλεως ἐνέδραν,
ἐθρήνουν καὶ ἑαυτοὺς καὶ τὴν πόλιν, μηδενὸς τολ-
μῶντος πρὸς ἀντίστασιν τούτου, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ
δειδιέναι αὐτὸν, τοὺς τότε τὸ δοκεῖν κρατοῦντας ·
κατέστησε γὰρ ὁ αὐτὸς Μαῦρος πεντάρχους καὶ πεν-
τηκοντάρχους καὶ δεκάρχους οὕσπερ εἶχε σύμπνους
τῆς αὐτοῦ δολίας γνώμης, καὶ ὁπλῖται τοῦτον ἔνθα B
ὡσεὶ ἄνδρες εὔτολμοι νύκτωρ καὶ καθ' ἡμέραν ἐφύ-
λαττον τὰς σιτίσεις κομιζόμενοι ἐκ τῶν τοῦ δημοσίου.
Σκέψις δὲ αὕτη καὶ βουλὴ ἐτύγχανεν, ὥστε τῇ νυκτὶ
τῆς μεγάλης ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Σαββάτου, ὅτε τὰς
τῆς σωτηριώδους Χριστοῦ ἀναστάσεως εὐωχίας ἤμελ-
λεν μετὰ πάντων ἐκτελεῖν ἡ πόλις, τότε ἅμα τῶν
μετ' αὐτοὺς ἐμπειροπολέμων, ἐμφύλιον βάλλειν
πόλεμον καὶ πῦρ εἴς τινας ἐπισήμους τόπους καὶ οὕτως
ἐγκρατεῖς τῆς πόλεως γίνεσθαι.

σα'. Ὁ δὲ τὸ κράτος θεόθεν δεδεγμένος ἀοράτῳ
ἐμπνεύσει καὶ νεύματι κατὰ τὸ γεγραμμένον, ὅτι
καρδία βασιλέως ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ ὅπου βούλεται
καθάπερ ὕδωρ, ἐκκλίνει ταύτην, οὕτω τὸ μελετηθὲν
ἐν δόλῳ κατὰ τῆς πόλεως ἐπιστάμενος κελεύσαι κατ-
ηξίωσεν Σισιννίῳ στρατηγῷ τότε τῶν καράβων ὑπάρ- C
χοντι, ἀδρὶ συνετῷ καὶ τοῖς λόγοις καὶ τοῖς τρόποις
καὶ τῷ Θεῷ ἐν ἅπασιν ἀνατεθειμένῳ, ὅπως μετὰ
τῶν ὑπ' αὐτὸν ὄντων καραβισιάνων στρατιωτῶν τῇ
ἀθλοφοροφυλάκτῳ ταύτῃ εἰσβαλεῖν πόλει ἐπὶ παρα-
φυλακῇ τοῦ λεχθέντος Μαύρου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ
προσρεόντων, ὅπως τοῦ τοιούτου στρατοῦ ἐνθάδε
τυγχάνοντος, προθυμοτέρως τοὺς ἀπὸ τοῦ λεχθέντος
Κούβερ ἐνθάδε καταφεύγειν γένηται · ὅστις εὐκλεέ-
στατος στρατηγὸς Σισίννιος τὸ κελευσθὲν εἰς πέρας
ἀγαγεῖν βουλόμενος ἔξεισιν ἀπὸ τῶν τῆς Ἑλλάδος
μερῶν, καὶ καταλαμβάνει τὴν Σκιαθίαν νῆσον ἡμέρᾳ
Κυριακῇ τῇ πρὸ μιᾶς τῆς ἁγίας Πασχαλίας, ἥτις ἐν
ταῖς τῶν ὀρθοδόξων πόλεσιν παρὰ πάντων ἑορτάζε-
ται καὶ λέγεται ἡ τῶν Βαΐων · προσορμήσας οὖν ἐν
τῇ λεχθείσῃ νήσῳ, ἀοικήτῳ οὔσῃ ἐκ πλείστων τῶν D
χρόνων, καὶ εὑρηκὼς ἕνα τῶν γενομένων ἐκεῖσε
παναγίων ναῶν ἀλσώδη καὶ ἔνυλον καθεστῶτα, τῷ
εὐηκόῳ στρατῷ ἐπέτρεψεν ἓν μέρος αὐτοῦ καθαί-
ρειν, κἀκεῖσε τὴν θείαν λειτουργίαν ἐκτελεῖν, ὃ δὴ καὶ
γεγένηται.

perversitate, perjuriis et dolo moribus exsistens pessimis loca multa ac gentes prædatus esset, ac illi fidendum non esse, perspectum haberet; ipse autem ex eorum qui ad illum veniebant, delatione id intellexisset, illos, qui graves illas insidias, quæ latebant, e moribus habituque manifestabant, capite truncavit, ac uxores eorum, ut voluit, et ubi volebat, vendidit.

200. Cum hinc Christianorum reliqui structas, quas sciebant, contra civitatem insidias revelare non auderent, et seipsos et civitatem deplorabant, quod nemo ad resistendum ei animos haberet, sed potius etiam ii qui tunc in speciem aliis præerant, eumdem timerent; ipse enim Maurus centuriones et pentecontarchas et decarchas, quos fraudulento consilio suo conspirantes nactus erat, constituebat, eumque hic viri armati, ut plurimum audaces, qui e publico annonam accipiebant, nocte ac die custodiebant. Id porro etiam consilii ceperant, ut nocte magni festi Sabbati sancti, quando salutaris Christi resurrectionis convivium in communi sumptura esset civitas, tunc cum eo qui belli erant periti, bellum intestinum concitarent, ignemque in loca præcipua conjicerent, atque ita civitate potirentur.

201. Qui autem imperium divinitus acceperat, invisibili, quia secundum quod scriptum est, cor regis in manu Dei et, quocunque voluerit, ut aquam, inflectit illud, inspiratione ac nutu, cum nondum, quod dolo contra civitatem meditati erant, exploratum haberet, Sisinnio, caraborum (92) tunc duci, viro sclerti et verbis et moribus et in omnibus Deo acceptum sese reddenti (93), præcipere dignatus est, ut cum caraborum militibus, qui ei parebant, civitatem hanc, a certaminum Victore custoditam, ad præfatum Maurum eosque, qui cum eo convenerant, observandum ingrederetur, quo hujusmodi hic exsistente exercitu, eos qui a dicto Cubro stabant, alacrius illuc aufugere eveniret : qui gloriosissimus dux Sisinnius, quod mandatum erat, ad finem perducere volens ab Helladis partibus solvit atque ad insulam Sciathum (94) die Dominica, sanctum Pascha præcedente, quæ ab omnibus in orthodoxorum civitatibus celebratur, Dominicaque Palmarum appellatur, accessit; cum igitur in dictam insulam, quæ a multis annis habitata haud erat, appulisset, atque e sanctissimis templis, quæ ibidem fuerant, unum sylva obtectum ac frondosum invenisset, exercitui, quem sibi obsequentem habebat, ut unam illius partem expurgaret, divinumque ibidem officium, quod et factum est, perageret, præcepit.

(92) Vocem hanc iterum in significatione, quam in Adnotatis, cap. præcedenti (not. 71) subnexis, memoravi, ab auctore nostro hic usurpari, e sensus contextu liquet.

(93) Nec ducem Sisinnium, nec Maurum, cui, quæ ab auctore nostro cap. præsenti narrantur, conveniant, apud ullos scriptores alios invenire quivi.

(94) Sita hæc est in mari Ægeo, seu, ut modo vocatur, Archipelago, ad oram Thessaliæ. Videsis ad vocabulum *Sciathus* in Lexico geographico Baudrandum, ibidemque invenies, insulam illam, quam tum, cum ea, quæ cap. præsenti narrantur, evenere, incolis destitutam fuisse, auctor noster post pauca memoriæ hic prodit, modo etiam arce esse munitam.

CCII. Sequenti igitur die, quæ sancta erat hebdomadæ Passionis Dominicæ secunda, cum et venti, ut versus nos navigaret, essent contrarii, præstantissimus vir ille totum suum convocatum exercitum hortatus est, ne quis deses esset, reliquam autem omnem templi partem expurgaret, et, quod in eo fuerat, baptisterium sacrum, omnesque, qui sancta Christi recordatione digni essent (95),... præparentur, ut secundum consuetudinem festum peragerent; cumque hujusmodi ad illos facta oratio omnibus innotuisset, alacriter templi et sacri baptisterii expurgationi certatim operam dabant, ac alius cum alio tabernacula apte conficiebat, alius cum aliis, quæ ad festum spectarent, instruebat, alius autem rursus ad piscium pecorumve capturam invitabat, atque ut verbo dicam, universi, prout singulis videbatur, quæ ad festum deinde celebrandum spectarent, præparare sese existimabant, dum omnes quæ prædictus Cuberus et Maurus, iique, qui cum hisce conspirabant, in animo habebant, ignorarent. Postquam vero divinum sanctæ diei secundæ officium fuisset peractum, ac omnes cœnati essent gratiasque Deo de more egissent, celeberrimus vir ille, quæ ad stationes et excubias reliquaque omnia, ad custodiam conducentia spectant, diligenter curans, reliquum omnem exercitum jussit quiescere.

203. Cum vero is statim obdormisceret, pulchris victoriis decoratus Dei martyr Demetrius, qui pro nobis servis indignis ac patria (96) undequaque laborat ac sollicitus est, salutique nostræ imprimis studet, non in somno, sed in veritate apparet, itaque illi ait: Expergiscere, quid dormis? Vela facias, secundus est ventus. Ipse autem illico, quasi id quod apparuerat, re etiam vera obtineret locum, eum qui carabo præerat, qualis ventus esset, rogabat. Hic autem dicebat: Contrarius est, sed et vento hesterno multo vehementior. Cum autem reversus obdormiturus esset, mox etiam idem, præfatum ducem excitans, rursus ustat, latereque percusso, dicit: Expergiscere, dixi tibi, vela facias, secundus est ventus. Surgens igitur, eos iterum qui juxta eum dormiebant, eosque qui excubias agebant, rogabat, quis esset qui eum allocutus esset atque ad navigandum excitasset; cum autem omnes, sese quemquam vidisse aut ex aliquo id audivisse, negarent, iterum rogavit, an ventus, secundum quod ei dictum erat, secundus esset; omnes autem, contrarium esse, asseruerunt. De re igitur dicta visaque quid esset, cum dubius hæreret, iterumque præ maxima exercitatione ad breve tempus dormiturus foret, eumdem ducem idem martyr tertio excitat, haud parvo studio ac contentione ei dicens:

(95) In codice olim Mazarinæo voces aliquot hoc loco adeo exesæ sunt, ut nulla plane ratione legi potuerint; reliquis autem, quem contextui conformiorem existimavi, sensum in versione Latina attribui.

A σβ'. Τῇ οὖν ἐπιούσῃ, ἥτις ἦν ἁγία δευτέρα τῆς ἑβδομάδος τοῦ Κυριακοῦ πάθους, καὶ τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὑπαρχόντων πρὸς τὸν καθ' ἡμᾶς πλοῦν, ἐκκλησιάσας τὸν αὐτοῦ ἅπαντα στρατὸν προδιελέχθη ὁ παναρίστος οὗτος ἀνὴρ, ῥᾴθυμον μηδένα εἶναι, τὸ δὲ λοιπὸν τοῦ ναοῦ καθαίρειν ἅπαν, καὶ τὸ ἐν αὐτῷ γενόμενον ἅγιον βάπτισμα καὶ πάντας ἑτοιμασθῆναι ἀξίους τῆς ἁγίας Χριστοῦ ἀναμνήσεως, ὡς τὰ κατὰ συνήθη τῆς ἑορτῆς ἐκπληρῶσαι, καὶ τῆς τοιαύτης αὐτοῖς διαλαλιᾶς πᾶσιν καταδήλου γενομένης, προθύμως τῆς καθάρσεως τοῦ ναοῦ καὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἠγωνίζοντο, καὶ ἄλλος μετ' ἄλλου σκηνοποιῶν εὐθέτως, ἄλλος εὐτρεπίζων μετὰ τῶν ἑτέρων τὰ τῆς ἑορτῆς, ἕτερος δὲ πάλιν πρὸς ἄγραν ἰχθύων ἢ καὶ κτηνῶν προσεκαλεῖτο, καὶ ἁπλῶς πάντες κατὰ B τὸ ἑκάστῳ δοκοῦν, εἰς τὰ ἑξῆς τὰ τῆς ἑορτῆς εὐτρεπίζειν ἤλπιζον, ἐν ἀγνοίᾳ πάντων ὄντων τοῦ κατὰ τὴν γνώμην τοῦ λελεγμένου Κούβερ καὶ τοῦ Μαύρου καὶ τῶν κατ' αὐτοὺς συμπνευστῶν, καὶ δὴ μετὰ τὴν θείαν λειτουργίαν τῆς αὐτῆς ἁγίας δευτέρας, καὶ τὸ δειπνῆσαι πάντας, καὶ τὴν πρὸς συνήθειαν τῷ Θεῷ ἀναπέμψαι εὐχαριστίαν, ὁ πανεύφημος ἐκεῖνος ἀνὴρ τὰ τῶν βιγλῶν καὶ σκούλκων καὶ λοιπῶν πάντων τῶν πρὸς παραφυλακὴν ἐπιτηδείων φροντίσας ἠρεμεῖν τὸν λοιπὸν ἅπαντα στρατὸν προσέταττεν.

σγ'. Καὶ δὴ αὐτίκα ἀφυπνώσαντος αὐτοῦ, φαίνεται οὐ κατ' ὄναρ, ἀλλὰ καθ' ὕπαρ ὁ πάντοτε μοχθῶν καὶ μεριμνῶν ὑπὲρ ἀναξίων δούλων καὶ ἐπὶρ C καὶ τὰ τῆς σωτηρίας ἡμῶν καλῶς πραγματευόμενος, ὁ καλλίνικος μάρτυς τοῦ Θεοῦ Δημήτριος, καὶ οὕτως αὐτῷ ἔφη· Ἔγειρε, τί καθεύδεις; Ἀρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν. Ὁ δὲ αὐτίκα τὸ θεσθὲν ὡς ἐνεργὸν ὑπάρχον τὸν προεστῶτα τοῦ καράβου ἠρώτα, ποτός ἐστιν ὁ ἄνεμος. Ὁ δὲ ἔφη. Ἐναντίος ἐστίν· ἀλλὰ καὶ τοῦ χθὲς ἐπὶ πλεῖον σφοδρότερος. Πάλιν δὲ ὡς ἤμελλεν ἀφυπνοῦν καὶ ἐν βραχεῖ, ὁ αὐτὸς ἀθὼς ἐφίσταται, διεγείρων τὸν λεχθέντα στρατηγὸν, καὶ τὴν πλευρὰν νύξας ἔφη· Ἔγειρε, εἶπόν σοι, ἀρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν. Διαναστὰς οὖν πάλιν ἐπηρώτα τοὺς παρακοιμωμένους καὶ τοὺς τῆς βίγλας, τίς ἦν ὁ λέξας, καὶ ἐξυπνίσας διὰ τὸν πλοῦν· πάντων δὲ ἀρνουμένων, μηδένα ἑωρακέναι, ἢ παρά τινος ἀκηκοέναι περὶ τούτου, πάλιν ἠρώτα, εἰ ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειός ἐστιν κατὰ τὸ λεχθὲν αὐτῷ· εἰπεῖν δὲ τοὺς πάντας ἐναντίον τυγχάνειν· ἐν ἀπορίᾳ οὖν D τοῦ λεχθέντος τε καὶ ὁραθέντος γεγενημένου καὶ μέλλοντος πάλιν ἐκ πλείστης ἀδολεσχίας πρὸς ὀλίγον ἀφυπνοῦν, τὸν αὐτὸν στρατηγὸν αὐτὸς ὁ μάρτυς ἐκ τρίτης περίσταται, οὐ μικρᾷ σπουδῇ καὶ ταραχῇ αὐτῷ εἰπών·

(96) In codice olim Mazarinæo voces iterum aliquot exesæ hic sunt, idque ita, ut non magis, quam de quibus ad not. præcedent. legi queant, eo tamen discrimine, quod, quæ hoc loco exesæ sunt, sensui, ut apparet, haud officiant.

σδ'. Σὺ μὴ ἀμελήσῃς, ἔγειρον, ἀρμένισον, ὁ ἄνεμος ἐπιτήδειος ἔστιν. Ἰδοὺ σὺ καθεύδεις, καὶ ἄλλοι ἀρμενίζουσιν. Τότε λοιπὸν διεγερθεὶς καὶ σῦνεὶς ὁ θαυμαστὸς καὶ ἀξιοθέατος ἐκεῖνος, καὶ ὄντως γνήσιος φίλος τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ μάρτυρος ὡς θείᾳ ἀποκαλύψει καὶ οὐ κατὰ φαντασίαν τὴν τοιαύτην προτροπὴν τοῦ πλοὸς, αὐτίκα διαναστὰς, καὶ οὐκ ἔτι τινὰ περὶ τούτου διερωτήσας ἤρξατο τοὺς καράβους διατρέχειν, καὶ προσέταξεν ἑξορμεῖν τὰ πρὸς ἡμᾶς. Τινῶν δὲ φασκόντων, τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὄντων, καὶ αὐτῶν τὰ τῆς ἑορτῆς ἐκεῖσε εὐτρεπίζειν σπουδαζόντων, ποῦ βούλεσθαι ἔφη ἐν ἑτέρῳ τόπῳ ἐρημοτέρῳ ἀποφέρειν αὐτούς. Εἶνα δὲ ἐκείνου ἐκ τῆς ἐκ τρίτου ἐπιστασίας τοῦ μάρτυρος ἠκριβωμένου ὑπάρχοντος, ἐκ τῆς ἐπιμόνου αὐτοῦ ὀχλήσεως τε καὶ θεωρίας τοῦ ὑπερασπιστοῦ τῆς πόλεως ἡμῶν Δημητρίου, τὸν πλοῦν αὐτῷ ἐπιτήδειον ἔσεσθαι, κωπηλατεῖν πρὸς τὴν ὁρμὴν τοῦ πλοὸς προσέταττεν, καὶ δὴ ὁρᾷ κάραβον, ὡς ἀπὸ τῶν μερῶν Χαλκίδος εἰς τὰ πρὸς αὐτοὺς ἀρμενίζοντα εὐθέως, καὶ ἐμνήσθη τοῦ ἐν ἀποκαλύψει λεχθέντος αὐτῷ.

σε'. Αὐτίκα γοῦν τῇ ἐλασίᾳ τῶν καράβων ἐξιόντων, καὶ τοῦ ἀνέμου, ὡς ἔφημεν, κατὰ πρόσωπον ὄντος, ἄφνω νεύματι θείᾳ διὰ τῶν πρεσβειῶν τοῦ ἀθλοφόρου ἐκ τῶν ὄπισθεν τούτοις οὐριοδρόμος ἄνεμος κατέπνει, καὶ πλεύσαντες ἁρμοδίως καὶ ἀρμενίσαντες εὐθέτως, τῇ ἁγίᾳ τετράδι τὴν τῆς ἁγίας ἑβδομάδος ὥραν ἑβδόμην τὴν θεόρυστον ταύτην κατέλαβον πόλιν διὰ τοῦ ὑπερασπιστοῦ αὐτῆς Δημητρίου. Ὅθεν τοῦ δεινῶς μελετηθέντος τε καὶ στοιχηθέντος δράματος τοῦ ἐμφυλίου πολέμου λοιπὸν ἀργήσαντος παρὰ τοῦ Μαύρου καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, αὐτίκα φόβῳ καὶ ἀθυμίᾳ συσχεθεὶς ὁ αὐτὸς Μαῦρος, πυρετῷ χαλεποτάτῳ ἐκ τῆς ἀθυμίας περιπεσὼν κατέθετο ἐπὶ κλίνης ἐπὶ πλείστας ἡμέρας· ἔνθεν καὶ τῶν ἐντεῦθεν μετέστη, εἰ μὴ ὁ πυρρηθεὶς ἀνὴρ ὁ πανεύφημος στρατηγὸς, ἀγνοῶν τὸ μελετηθὲν, τοῦτον ἐν λόγοις καὶ ὅρκοις κατησφάλιστο· τὰ δὲ τοῦ ὀραθέντος αὐτῷ, ἤγων διατυπωθέντα παρὰ τοῦ μάρτυρος περὶ τοῦ πλοὸς, πλείστοις ἀφηγούμενος ἐδημηγόρει τὴν σπουδὴν καὶ τὴν πρόνοιαν τοῦ μάρτυρος, ἥνπερ ἐποιήσατο περὶ τῆς πόλεως. Καὶ τότε λοιπὸν τὸν αὐτὸν Μαῦρον μετὰ τῶν ἰδίων αὐτοῦ στρατοῦ τοῦ ἐκ τῶν καράβων ἔξω τῆς πόλεως ἐν τοῖς δυτικοῖς μέρεσιν παραφοσσεύειν διετύπωσεν, πρὸς τὸ τοὺς μέλλοντας ἐκ τῶν Σκλάβων προσφεύγειν Κερμησιάνους ἀδεῶς καὶ ἀνεμποδίστως προσέρχεσθαι, καὶ οὕτως διέμειναν ἡμέρας πλείους.

σς'. Μετὰ δὲ ταῦτα κελεύστεως βασιλικῆς φοιτη

204. Tu ne absque cura sis, expergiscere, vela facias, secundus est ventus. Ecce, tu dormis, ac alii navigant. Tunc, cum tandem mirabilis ille ac visione honoratus Deique et martyris amicus vere genuinus esset expergefactus, ac talem ad navigandum invitationem a divina revelatione, non ab imaginatione esse, intelligeret, statim surgens, nec quemquam amplius de re illa interrogans carabos percurrere cœpit, atque ut versus partes nostras solverent, præcepit. Cum autem quidam ventos esse contrarios, seque ut ad festum spectantia ibidem præpararent, operam dare, assererent, velle se, dicebat, aliquo ad locum præsidio magis destitutum eos abducere. Deinde vero cum is ex tertia martyris apparitione, sese per assidui illius civitatis nostræ propugnatoris Demetrii interpellationem ac commendationem prospera navigatione usurum probe nosset, remigari, ut cum impetu ac celeritate navigatio procederet, jussit, carabumque, veluti e Chalcidis partibus (97) cursum ad ipsos celeriter dirigentem, vidit, illiusque, quod sibi in revelatione dictum fuerat, est recordatus (98).

205. Cum igitur initio caraborum exeuntium cursui ventus etiam, ut diximus, contrarius esset, derepente nutu divino per certaminum Victoris preces a tergo eis ventus secundus afflavit, cumque convenienter navigassent, opportuneque vela fecissent, hebdomadæ sanctæ die quarta, hora septima ad servatam hanc a Deo civitatem per hujus propugnatorem Demetrium appulere. Unde tandem, quod a Mauro iisque qui ei adhærebant, indigne paratum formidatumque erat, belli intestini facinore torpescente, timore subito ac consternatione ipse Maurus correptus, cum præ animi dejectione in febrim gravissimam incidisset, in lecto per dies plurimos decubuit. Atque hinc etiam ex hoc mundo abiisset, nisi prædictus vir, dux omni laude dignus, qui quod meditatum fuerat, ignorabat, eum et verbis et juramentis reddidisset securum. Quæ porro ad illum qui ei in visione apparuerat, pertinebant, videlicet quæ a martyre de navigatione ostensa erant, plurimis narrans, studium ac curam, quam pro civitate martyr gessisset, manifestam faciebat, tuncque tandem, ut ipse Maurus cum omnibus suis, qui a Cubero ejusque exercitu stabant, e civitate, quo Cermesiani, qui e Sclavis fuga evasuri essent, secure atque absque impedimento advenirent, ad partes Occidentales secederet (99), qui carabis præerat, constituit. Atque hoc in statu per dies plures res manserunt.

206. Post hæc autem cum prædicto Deum cide seu Eubœa properabat, certissime intelligebat, uti cuique ex iis quæ de insula Eubœa ad not. præce t. notavi, manifestum esse debet.

(97) Chalcis, quemadmodum Baudrandus in Lexico Geographico docet, urbs est Eubœæ insulæ, in Archipelago sitæ, primaria; hæc autem insula ab iis qui e Sciatho Thessalonicam navigant, a tergo relinquitur.

(98) Quia nimirum, ut sibi in visione dictum fuerat, ventum esse Thessalonicam navigantibus secundum, e navi, quæ celeri cursu ad ipsos e Chal-

(99) Ita hic verbum παραφοσσεύειν, quod in nullis prorsus lexicis invenire licuit, interpretatus sum, significationem, quam sensus exigere videbatur, illi attribuens.

amanti duci, ut præfatis carabis navigiisque ad id missis sæpe memoratos Cermesianos alio deportaret, mandatum imperatorium allatum fuisset, ipse Maurus una cum iis qui ei adhærebant, ad imperatoris, a Deo coronati, vestigia accessit, ut illic acciperetur princepsque crearetur. Verum nec hac in re otiata est divinis consiliis instructa certaminum Victoris cura; sed per ipsum Mauri filium, quod contra civitatem nostram et ab illo et a Cubero meditatum erat, in pias aures demisit, fraudem ipsi et perversum sæpe memorati Mauri propositum, eumque præterea in Thraciæ partibus proditionem contra suam ipsiusmet animam meditari, declarans, cumque hæc, quod, quæ inter illos statuta erant, observans sæpe nominatus Cuberus, nihil prorsus ex ejusdem Mauri hominibus aut rebus attigisset, quin potius et ipsius uxores eodem, quem ante habuerant, imo et majori honore prosequeretur, vere ita esse, appareret, prædictus piissimus imperator, semper ipsi qui ei imperium est largitus, Deo, ea quæ ad regnum suum spectabant, committens, eique eumdem Maurum offerens, neci quidem illum non dedit, sed dignitate orbatum in suburbium, securitatis fide accepta, relegavit, atque a præfectura ac militia, quam habebat, amovit.

σάσης τῷ λεχθέντι φιλοθέῳ στρατηγῷ μετὰ τῶν εἰρημένων καράβων καὶ τῶν ἐπὶ τοῦτο σταλέντων πλοίων ἐπὶ τῇ ἀποκομίσει τῶν πολλάκις εἰρημένων Κερμησιάνων, ὁ αὐτὸς Μαῦρος σὺν τῶν μετ' αὐτοῦ ἀποφύγων τὰ τοῦ θεοστέπτου βασιλέως κατέλαβεν ἴχνη, ἐκεῖσε δεχθεὶς καὶ ἄρχων χρηματίσας. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τούτῳ ἤργησεν ἡ θεόβουλος τοῦ ἀθλοφόρου προμήθεια, ἀλλὰ διὰ τοῦ αὐτοῦ υἱοῦ τοῦ Μαύρου τὸ μελετηθὲν κατὰ σῆς ἡμῶν πόλεως ἐξ αὐτοῦ καὶ τοῦ Κοῦβερ εἰς τὰς εὐσεβεῖς ἐμήνυσεν ἀκοὰς φανερώσας αὐτῷ τὴν δολιότητα καὶ φαῦλον πρόθεσιν τοῦ πολλάκις μνημονευθέντος Μαύρου, καὶ ὅτιπερ καὶ ἐν τοῖς Θρᾳκῴοις μέρεσιν προδοσίαν κατὰ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐβουλεύσατο πρᾶξαι· καὶ τούτων οὕτως ἀληθῶς καταφανέντων διότι τὰ εἰς μέσον αὐτῶν βεβουλευμένα φυλάττων ὁ πολλάκις ὀνομασθεὶς Κοῦβερ, οὐδενὸς τῶν αὐτοῦ Μαύρου ἀνθρώπων ἢ πραγμάτων ἐφήψατο, μᾶλλον δὲ τὰς αὐτοῦ γυναῖκας ἐν τῇ αὐτῇ, ἥνπερ εἶχον, τιμῇ καὶ πλείῳ ἠξίωσεν· ὁ δὲ λεχθεὶς εὐσεβέστατος βασιλεὺς, ὁ ἀεὶ τῷ τὸ κράτος αὐτῷ παρεσχηκότι Θεῷ τὰ τῆς αὐτοῦ βασιλείας ἀντιθέμενος, καὶ αὐτῷ τὸν αὐτὸν Μαῦρον καταλείψας, θανάτῳ μὲν τοῦτον οὐ δέδωκεν, τῆς δὲ ἀξίας ἀποστήσας, ἐν προαστείῳ μετὰ τῶν ἀσφαλῶν περιώρισε καὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς στρατιᾶς, ἥσπερ εἶχεν, ἀπέστησε.

207. Quis, dilecti ac Christum amantes fratres, perpetuo memorandi et protectoris et civitatis nostræ servatoris Demetrii affectum, et curam et latam in bello opem non miretur? Quia, cum nos curis vacui propriique excidii haud gnari essemus, imperatori nostro, ut carabos in civitatis auxilium ac salutem huc mitteret, per Deum suggessit, cumque quod meditati erant, civilis belli, inexspectatæque ac inevitabilis necis nostræ præstitutum tempus instaret, ducem ad navigandum excitavit, ventisque contrariis exsistentibus, secunda navigatione deduxit, consiliaque ac spes eorum qui civitatis hujus, ei servire gestientis, excidium moliti erant dissipavit (1). Vere hoc et maximum et incomparabile et ineffabile miraculum cum lætitia et lacrymis et hymnis plurimis, cum gratiarum actione conjunctis, et animo et corpore celebrari meretur. Verum venite, dilecti, clementem ac multum misericordem benignumque Deum ex toto corde oremus, ut huic, quæ eum colit, civitati in salutem nostram continuam gloriosissimum ac maxime mirandum certaminum Victorem concedat, ut per ipsum assidue servati tribuamus laudem et gloriam et adorationem Patri et Filio et Spiritui sancto nunc et semper, etc.

σζ'. Τίς μὴ θαυμάσει, ἀγαπητοὶ καὶ φιλόχριστοι ἀδελφοὶ, τὸν πόθον καὶ τὴν κηδεμονίαν καὶ συμμαχίαν τοῦ ἀειμνήστου καὶ προστάτου καὶ λυτρωτοῦ τῆς πόλεως ἡμῶν Δημητρίου, ὅτι ἡμῶν ἀμφίμνων καὶ ἀγνώστων περὶ τῆς οἰκείας ἀλώσεως καθιστῶτων καὶ τὸν βασιλέα ἡμῶν διὰ τοῦ Θεοῦ τοὺς καράβους πρὸς συμμαχίαν καὶ σωτηρίαν τῆς πόλεως ἐνεκαρδίωσεν στεῖλαι ἐνταῦθα καὶ τῆς προθεσμίας τοῦ μελετηθέντος ἐμφυλίου πολέμου καὶ ἀπροσδοκήτου καὶ ἀφύκτου θανάτου ἡμῶν ἐγγὺς ὄντος, τὸν στρατηγὸν πρὸς τὸν πλοῦν διήγειρεν, καὶ τῶν ἀνέμων ἐναντίων ὑπαρχόντων εἰς ἐπιτήδειον εὐπλοΐαν ἤγαγεν καὶ τὰς βουλὰς ἔλυσεν καὶ ἐλπίδας τῶν τὴν ἄλωσιν σκεψαμένων ποιήσασθαι τῆς δουλικῆς αὐτῶν ταύτης πόλεως· ὄντως χαρᾶς καὶ δακρύων καὶ ὕμνων παμπόλλων μετ' εὐχαριστίας ὑπάρχει καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων ἑόρτιον καὶ τὸ μέγιστον καὶ ἀσύγκριτον καὶ ἀνέκφραστον καὶ τοῦτο τὸ θαῦμα. Ἀλλὰ δεῦτε, ἀγαπητοὶ, τὸν εὔσπλαγχνον καὶ πολυέλεον καὶ φιλοικτίρμονα ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καθικετεύσωμεν Θεὸν, ὅπως διηνεκῆ ἡμῶν σωτηρίαν τῇ δουλικῇ αὐτοῦ ταύτῃ πόλει τὸν ὑπερένδοξον καὶ ὑπερθαύμαστον ἀθλοφόρον δωρήσηται, ἵνα δι' αὐτοῦ διηνεκῶς σωζόμενοι ἀναπέμπωμεν δόξαν καὶ τιμὴν καὶ προσκύνησιν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, κ. τ. λ.

(1) Æqui iterum lectoris judicio permitto, quæcunque cap. præsenti prodigiosa occurrunt Observari tamen velim, potiorem et ea, et quæ cap. proxime antecedenti occurrunt, fidem mereri, quam quæ tribus primis capp. narrantur: illis enim, at non item hisce, auctor æqualis exstitit, uti partim ex ipsis hujus verbis, num. 185 occurrentibus, partim ex ætate, qua quæque secundum supra adnotata evenere, fas et colligere. Adi etiam Commentarium prævium, num. 24.

CAPUT VI.

***Cyprianus episcopus, a Sclavis captus, mirabili modo a sancto Demetrio in libertatem asseritur* (2).**

ση'. Γέγονέ τις ἐξ Ἀφρικῆς ἀνὴρ, ὡς μὲν συνετὸς, ὡς δὲ τὰ θεῖα θεοσεβὴς, καὶ πολὺς μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀρχιερατικῷ δὲ κοσμούμενος ἀξιώματι· ὄνομα τούτῳ Κυπριανός· οὗτος τὴν πρὸς βασιλίδα τότε διὰ τινας χρείας στελλόμενος περί που τοὺς τῆς Ἑλλάδος τόπους ἀπροσδόκητα τῷ τῶν Σλαβίνων ἔθνει ἐνήδρευται. Ἀπάγεται τοίνυν τῇ σφῶν χώρᾳ ἀνδράποδον ὁ κατ' ἄμφω σεμνὸς καὶ πολιὸς ἐκεῖνος ἀρχιερεύς. Ἐντεῦθεν αὐτῷ δουλεία βαρβαρικὴ, καὶ δοῦλος βαρβάρου δεσπότου καὶ ἀκαθάρτου καὶ ἄντικρυς μιαιφόνου θηρὸς ὁ θύτης καὶ οἰκονόμος τῆς καθαρᾶς καὶ ἀναιμάκτου θυσίας, καὶ τῶν λογικῶν τοῦ Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμὴν καὶ διδάσκαλος· κόφινος ἐπὶ τῶν ὤμων αὐτῷ καθ' ἑκαστην, καί κόπρου τῆς βαρβαρικῆς ἱπποστασίας ἐκφόρησις. Πληγαὶ κατὰ νώτων, πληγαὶ κατὰ κόρρης, κατὰ σιαγόνος ῥαπίσματα ὁπότε δῆτα ἐξαποκναίη τῷ χρόνῳ τε καὶ πολλῷ τοῦ τῆς δουλείας βάρους (ὦ βάθους τῶν σῶν κριμάτων, Λόγε Θεοῦ ἀνεξίκακε !) ἡ πρεσβυτικὴ ἐκείνη καὶ ἱερὰ πολιὰ, καὶ ἦν τῷ βαρβάρῳ ὡς ὁ λαὸς ὁ ἀρχιερεὺς τρόπον ἕτερον.

σθ'. Ποῦ γὰρ διαστέλλειν οἶδεν ἡ βάρβαρος ἐκείνη ψυχὴ ἀνὰ μέσον ἱεροῦ καὶ βεβήλου ὡς μὴ ἅπτεσθαι τοῦ Χριστοῦ Κυρίου, καὶ ἀπηνέστατα πονηρεύεσθαι ; Τί τὸ μετὰ ταῦτο ; Αἴρει πρὸς οὐρανὸν τὸ ὄμμα ὁ μαστιγίας ἐκεῖνος ἀρχιερεύς, μετακαλεῖται τὴν ὕψωθεν βοήθειαν· καὶ ταχὺ αὐτῷ ἀνατέταλκε τὰ ἱάματα, καὶ ὁ ῥύστης ἐξ ὑψωμάτων δόξης ἀποστέλλεται ταχινώτατος. Νὺξ καί κατὰ γῆν κατέδαρθεν ὁ ἀρχιερεύς. Καὶ τοίνυν ὄναρ αὐτῷ θαυμάσιον ὁ μάρ-

208. Vir quidam fuit ex Africa tum perspicax, tum rerum divinarum cultor, ac multæ quidem virtutis, archiepiscopi autem dignitate ornatus. Nomen ei erat Cyprianus(3). Hic tunc ad civitatum reginam negotiorum quorumdam causa missus circa Helladis loca inexspectato a Sclavorum gente insidiis captus est (4). Ad eorum igitur terram, manibus ambabus vinctis, in mancipium adducitur venerabilis ille ac canus archiepiscopus. Exin barbarica ipsi servitus fuit (5), cumque heri barbari ac impuri servus esset, atque apud sanguinariam feram puræ ac incruentæ hostiæ sacerdos ac dispensator, spiritualiumque Christi alumnorum pastor ac magister detineretur, quotidie ipsi in humeris cophinus, stercorisque ex equino barbari stabulo exportatio incumbebat. Plagæ in dorso, plagæ in capite, atque in maxilla alapæ, dum tandem servitutis et diuturnitate et gravitatis excessu (o judiciorum tuorum, clemens Dei Verbum, profunditas !) deficeret senilis illa ac veneranda cæsaries, eratque barbaro archiepiscopus nova rerum conversione veluti e plebe unus.

209. Ubi enim barbara illa anima inter sacrum et profanum possit distinguere, ut christum Domini non tangat, inclementissimeque tractet? Quid vero post hæc? Archiepiscopus ille, ad mancipii conditionem redactus, oculis ad cœlum levat, auxilium supernum implorat : ac statim ei curatio affulsit, liberatorque e gloriæ altitudine cellerrime demittitur, Nox erat atque humi archiepiscopus dormiebat. Somnium igitur mirabile ei Sanctus immittit. Vi-

(2) Caput hoc titulo simul et initio in codice olim Mazarinæo est mutilum, quod ex hoc post pag. 199 folium unum alternmve sit exsisum, licet interim paginarum series, quod hæc non prius, quam factum hoc fuisset, numeris fuerint distinctæ, interrupta haud sit ; quæ autem huc spectantia in præfato codice restant, a fol. 200 usque ad fol. vers. 202 excurrunt. Porro dictum caput e codice nostro Græco † Ms. 193, in quo a fol. verso 81 usque ad fol. vers. 83 e Leonis Allatii ms. descriptum exstat, lectori hic exhibetur ; licet autem illud narrationis prolixioris, quod Joannes Stauracius adornavit, compendium duntaxat sit, non autem ipsa prolixior auctoris nostri anonymi narratio, a nobis tamen, cum hanc integram haud habeamus, præfati nostri anonymi nomine illud hic editur, quod ab eo equidem, quæ complectitur, primum litteris commendata fuisse videantur, certeque a primæva ejusdem narratione in substantia haud differat, uti argumento esse potest occurrens apud Mabillonium tom. I *Veterum Analect.* pag. 89 et sex seqq. narratio qua ab Anastasio Bibliothecario, qui ipse anonymi nostri narrationem in compendium contraxit, quantum ad substantiam eadem omnino, quæ cap. præsenti, Joannes Stauracii verbis expresso, narrantur, litteris commendata exsistunt.

(3) Nihil plane occurrit, ut cujusnam hic sedis in Africa fuerit archiepiscopus, utcunque determinem. Verum sæculo octavo senescente nonoque ineunte, quo tempore, uti ad not. proxime seq. docebo, narratum cap. præsenti miraculorum Cypriano in Africa archiepiscopo, obvenit, in Africa saltem episcopos archiepiscoposque exstitisse fas est concludere vel ex iis, quæ Pagius in Criticis ad annum 893, num. 1, in medium adducit.

(4) Auctor noster, uti ex iis, quæ in Commentario prævio num. 24 in medium adduxi, pronum est eruere, certo ante annum 882, et quidem, quemadmodum ex Annotatis, quæ duobus capp. proxime prægressis subnexui, apparet, verosimiliter aut sæculo octavo senescente aut nono ineunte floruit; quapropter cum in narratione sua, prout apud Mabillonium loco supra cit. in compendium ab Anastasio bibliothecario contracta exstat, narratum a sese cap. præsenti miraculum ætate sua evenisse, diserte sub initium affirmet, consectarium fit, ut id verosimiliter vel sæculo nono ineunte, vel etiam paulo citius seu octavo senescente acciderit ; ambobus autem hisce sæculis Slavi, qui in Dalmatia habitabant, hancque regionem jam inde ab Heraclii imperatoris ætate occuparant, continuo piraticam exercuere, uti quisque facile intelliget vel ex iis quæ de natione illa Andreas Dandulus in Chronico suo, loco non uno, memoriæ prodit, Jam vero, cum hæc ita habeant, facile fieri potuit, ut Cyprianus archiepiscopus, cui dictum miraculum obvenit, in manus Sclavorum, dum ex Africa Constantinopolim navigaret, inciderit, quod re etiam vera factum, auctor noster hic tradit.

(5) Alicubi, verosimile in Dalmatia, uti ex nota præcedenti statuendum videtur.

sione enim afficiebatur, et ecce vir, armatura militari indutus, equo insidens, ense instructus, juvenis simul ac facie lætissimus, atque dicebat, Si captivitate et vinculis liberari vis, sequere me. Declarat ei suum et nomen et patriam et dignitatem, seque adeo Demetrium vocari, Thessalonicamque ei patriam esse, militemque existere dignitate etiam illustrem. Liberatur illico vinculis archiepiscopus, et quam posset celerrime eum, qui ei apparebat, sequebatur.

210. Dies prima transiit, secunda aderat ac post hanc tertia et sic deinceps usque ad octavam, ducem itineris se præbente martyre, jamque prope Thessalonicam erat archiepiscopus, et ecce evanescit viæ dux ; civitatem ingreditur, quis in ea sit miles, rogat, narrans qui eum a captivitate liberasset ; adhuc enim e Providentiæ ordinatione miraculi a martyre patrati mysterium ipsum latebat, ut adhuc magis divulgaretur prodigium martyrique ad gloriam cederet miraculum. Simulatque igitur audientes in cognitionem rei, per factum a martyre miraculum patratæ, venerunt, ad ipsam illum sacram martyris basilicam deducunt ; statim autem atque esset ingressus, ac in icone martyrem vidisset, simulque et ense instructum et equo insidentem conspiceret esse illum qui sibi apparuiset, asseverabat. Continuo ei, quæ ad miraculum spectarent, manifestata sunt, cadensque in faciem Deo et martyri gratias agebat.

211. Et nunc, exclamabant, martyrem suum misisse Dominum, neque e manu affligentium me ac de luto fæcis liberasse, pedesque meos direxisse, cognosco. Anima mea pertransivit vinculorum ferrum, ipsæ manus meæ in cophino servierunt ; sed, ecce, nunc illas cum lætitia elevo, unde mihi auxilium venit. Ac Deum quidem ore magnificabat, oculis autem subjectum templi solum madefaciebat ; ei enim præ lætitia simul et compunctione lacrymæ, scatebræ in modum manantes, effluebant. Hinc novam civitas tota tanti prodigii festivitatem celebrabat martyri, miraculumque extollebat.

κοντίανα τῷ χωρίῳ τὸ ὄνομα, νεὼς τῷ μεγαλομάρτυρι Δημητρίῳ ἐξοικοδόμηται διὰ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς τε καὶ αἰδοῦς ἔτι τοῖς ἐγχωρίοις ἀγόμενος, καὶ ἡ αἰτία τῆς οἰκοδομῆς, εἰπεῖν οὐ χεῖρον ταύτην, ἐστίν· Ἀνήρ τις αὐτουργεῖν εἰωθὼς καὶ ἀπὸ χειρῶν πεποριτμένος τὸν βίον περὶ τὸ ἑαυτοῦ ποιούμενος γήλοφον, λίθων τινὰ ἐξεφόρει σωρόν, προὔκειτο δὲ ἄρα τῷ ἀνδρὶ εἰς ἄλωνα μετασκευάσαι τὸν χῶρον ἐκκαθαρθέντα· καὶ ὁ μὲν ἔργου εἶχετο καὶ σπουδαιότατα τότε ὡς δοκοῦν ἄχρηστον διεκαθήρε.

σλβ'. Νεανίας δέ τις αὐτῷ περὶ ταῦτα ποιοῦντι τὴν ὄψιν ἐκπρεπής, τὴν ὥραν διαφανής, στρατιωτικῶς ἐσταλμένος ἱππότης ἐφίσταται, καὶ Τί οὗτος, ἔφη, εἰς ἄλωνα τὸν ἐμόν σοι διὰ σπουδῆς μετασκευάσαι σηκόν; Οὐ χαιρήσεις τῷ ἐπινοήματι, οὐδὲ ἄριστα σαυτῷ ἔσῃ βεβουλευμένος· εἰμὶ δὲ ὁ Θεσσαλονικεύς, ἔφη, Δημήτριος, καὶ ἐνταῦθα τιμώμενος. Καὶ ὁ μὲν τοσαῦτα εἰπὼν ᾤχετο· ἄφωνος δὲ ὁ γηπόνος κατελέλειπτο, καὶ οἷον τὰς φρένας παρακοπεὶς, τῶν μὲν ἐν χερσὶ πάντων ἐκλελησμένος, ὑπὸ δὲ τῆς θείας ἐκείνης μαρμαρυγῆς τὰς αἰσθήσεις ἀφαιρεθείς.

σλγ'. Ἐπεὶ οὖν οἱ προσήκοντες καὶ ἄλλως συνήθεις τὴν αἰτίαν τῆς ἀφασίας διεπυνθάνοντο, τρεμούσῃ ἐνταῦθα ὁ ἄνθρωπος καὶ ὥσπερ παραφαινομένῃ τῇ γλώττῃ ἕκαστα τῶν ὁραθέντων περιηγεῖται, καὶ τὸν ἐπιφανέντα Δημήτριον εἶναι ἔλεγε. Σπουδῇ οὖν οἱ ἀκούσαντες τηνικαῦτα, μᾶλλον τὸν ἐπικείμενον ἐκφορήσαντες σωρὸν καὶ διακαθηράμενοι, θεμελίοις τε παλαιᾶς τινος περιετύγχανον οἰκοδομῆς, καὶ τοῦτο ἐκεῖνο δηλοῦν τὸν φανέντα, οἷς περιέτυχον εἰκότως τεκμηριωσάμενοι, τοῦτον δὲ τὸν νῦν ὁρώμενον πολυτίμητόν τε καὶ θαυμαστὸν σηκὸν ἀνῳκοδομήσαντο, σταυρόν τε ἐπὶ τῷ ἐκείνου, ὡς τοῖς ἀγρόταις ἔθος, ἐξ ἀργύρου τῷ τεμένει ἐνιδρυσάμενοι ὀνόματι θαυμάτων καὶ τεραστίων ἔμπλεων τὴν περίοικον ἀπειργασαντο μεγάλα καὶ ἀκοῦσαι φρικτὰ, ἀεὶ τοῦ φιλανθρώπου ἐπιτελοῦντος ἐνταῦθα Θεοῦ διὰ τῆς τοῦ μάρτυρος Δημητρίου συνεγοῦς τῷ χωρίῳ παρουσίας καὶ ἐπιφοιτήσεως, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νῦν καὶ ἀεὶ, κ. τ. λ.

na (26) loco nomen est) magno martyri Demetrio templum quod in maximo adhuc honore ac veneratione ab incolis habetur, ædificatum exstat, causaque, quam exposuisse abs re haud fuerit, ædificationis est: Vir quidam, per sese laborare manumque opere victum comparare solitus, cum in agello suo laboraret, lapidum quemdam acervum extulit, viro autem forte erat propositum, locum, cum expurgatus esset, in aream commutare, ac opere quidem detinebatur, accuratissimeque, quod, ut videbatur, inutile erat, repurgabat.

232. Ei vero hisce operam danti, juvenis quidam, facie decorus, specie pellucidus, militari equitis habitu indutus, repente astat, et, Heus tu inquit, meumne tu templum in aream tibi propere commutes? Re, quam meditaris, haud lætaberis, neque optime tibimetipsi consuleris; sum autem, dixit, Demetrius, Thessalonicæ natus ubique honoratus. Atque hic quidem, cum talia dixisset, abibat; agricola autem voce manebat destitutus, ac velut mente perculsus, omnium quidem quæ præ manibus habebat, erat oblitus, præ divino autem illo fulgore sensibus orbatus.

233. Cum igitur necessarii aliterque familiares stuporis causam rogarunt, tremente ac velut deficiente voce singula eorum quæ visa erant, homo hic exponit, eumque, qui apparuerat, Demetrium esse edixit. Tum igitur, qui id audierant, magis alacriter superjacentes sordes efferentes, locumque expurgantes, et in antiqui cujusdam ædificii fundamenta incidebant, et hanc ipsam rem, qui apparuerat, ostendere, ex iis in quæ inciderunt, merito conjicientes, hanc quæ hodieque cernitur ædem sacram et pretiosam et mirandum instaurarunt, ac crucem argenteam, ut rusticis mos est, nomini illius in loco collocantes miraculis et prodigiis plenam, magna adiuntque stupenda misericordi Deo semper per assiduam martyris Demetrii in loco præsentiam ac visitationem ibidem perficiente, vicinam effecere (27) in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et virtus nunc et semper, etc.

excurrit, integrum apud nos descriptum exstat, hic proponitur; pariter autem aliis verbis a Joanne Stauracio explanatum exstat in codice nostro † ms. 193, in quo miraculum, cap. præcedenti datum, proxime excipit.

(26) Nec urbem nec pagum hujus nominis, qui in Cappadocia situs sit, in Geographicis seu tabulis seu lexicis invenio, ut adeo pro ignobili duntaxat loco Dracontiana deberi haberi, licet interim et ædes sancto Demetrio sacra, et miraculis, per hunc patratis, effulsisse ab auctore nostro eam, præsenti tradatur.

(27) Cum omnia, cap. præsenti, quo auctor noster lucubrationem suam terminat, narrata, in Cappadocia gesta dicantur, isque non regione illa, sed vel Thessalonicæ vel in loco, haud procul admodum ab hac civitate, longissimeque adeo a Cappadocia remoto, floruisse videatur, potest sane vel hinc, rum integram is in omnibus, quæ hic memoriæ prodit, fidem mereatur, non immerito revocari in dubium.

ANALECTA

De unguento seu oleo e S. Demetrii tumulo prodigiose scaturiente aliisque adhuc ejusdem Sancti miraculis, partim e scriptoribus typorum beneficio jam vulgatis, partim e Joannis Stauracii ac Demetrii Chrysoloræ lucubrationibus nondum editis accepta.

—

§ I. *Miracula, sæculo decimo posteriora, quæ Sanctus in Thessalonicæ favorem patrasse narratur.*

1. Fuisse enimvero, Mauritio imperii Romani habenas moderante, Thessalonicam prodigioso prorsus modo adversus unitam Avarum aliarumque barbaricarum nationum vim a sancto Demetrio, patrono suo, defensam, expugnationisque simul ad direptionis periculo præsentissimo ereptam, Joannes, Thessalonicensis archiepiscopus, supra sæpissime laudatus, qui rei gestæ interfuit, miraculorum, a sancto Demetrio patratorum, lib. I jam dato, cap. 13 et binis seqq., indubitatum facit. Atque illud quidem, uti ex Adnotatis, dicto capiti 13 subnexis liquet, sæculo sexto ad finem inclinante seu anno 597 evenit; fuisse porro etiam eamdem civitatem sæculo septimo, cum idem, quem proxime laudavi, Joannes Thessalonicensem ecclesiam jam moderaretur, atque adhuc serius, sæculo octavo scilicet, modo pariter prorsus mirabili a Sancto nostro adversus Barbaros propugnatam, e patratorum abs hoc miraculorum lib. II, pariter jam dato, si non, quod hujus auctor (adi Commentarium prævium num. 24) fidem undequaque integram haud mereatur, omnino indubitatum, verosimillimum saltem apparet. Et vero, non tantum sæculo septimo ac sequenti, sed etiam ad annum usque 904 Thessalonicam inimicorum omnium impetu, patrocinante sancto Demetrio, superiorem permansisse, variisque belli periculis fuisse ereptam, Joannes Cameniata supra adhuc laudatus, qui tum floruit, in sua de Thessalonicæ per Saracenos excidio lucubratione, ac Nicolaus patriarcha, ecclesiam Constantinopolitanam tunc temporis moderatus, in sua de eodem luctuoso eventu Monodia non obscure indicant.

2. Verum tunc celeberrima illa civitas, uti rei oculatus testis, quem iterum mox laudavi, Joannes Cameniata, a Bertholdo Nihusio anno 1653 Coloniæ Agrippinæ editus, rursusque deinde a Combefisio *Historiæ Byzantinæ* post Theophanem scriptores anno 1685 typis Parisiensibus recusus, fidem facit, a Saracenis adversus Leonem Orientis imperatorem, cognomento Sapientem, bellantibus, sub Leonis Tripolitæ, impiissimi apostatæ, ductu expugnata fuit, fœdissimeque, incolis etiam magno numero in captivitatem abductis, direpta atque excisa. Atque hoc quidem, quod ad illud usque tempus sancti Demetrii, uti omnibus passim erat creditum, patrocinio Thessalonica contra omnia hostium molimina stetisset inconcussa, mirandum quam maxime accidit. Audi, qui opportune ad institutum præsens Nicolaus patriarcha loco supra cit. verbis Græcis, quæ et in linguam Latinam conversa textui Græco subjungam, loquatur. Ποῦ, inquit, μοι, Δημήτριε μάρτυς, ἡ ἀήττητος συμμαχία; πῶς τὴν σὴν πόλιν ὑπερεῖδες πορθουμένην; πῶς ὑπὸ σοὶ πολιούχῳ ἡ ἐχθρὸς ἄβατος ἀφ' οὗ χρόνου τάυτην ἥλιος ἐθεάσατο τοσούτων κακῶν εἰς πατρὸν ἐγένετο; Πῶς τῆς τῶν δυσσεβούντων ὁρμὸς ἠνέσχου κατορχουμένης τῆς ἱερᾶς προστασίας; πῶς ὑπέμεινας ταῦτα καὶ διεκαρτέρησας; « Ubi mihi, Demetri martyr, invicta in bello societas? Qui civitatem tuam, ut everteretur, despexisti? qui sub te præside, quæ, a quo tempore sol illam spectavit, inimicis fuerat inaccessa, ad tanta experienda mala devenit? Qui impiorum fastum in sacri patrocinii contumeliam exsultare sustinuisti? Qui hæc passus es atque ad extremum usque pertulisti? » Ita illustris ille, qui et mysticus cognominatur, patriarcha Constantinopolitanus suam haud obscure de capta excisaque Thessalonica, cum ad suam usque ætatem civitas isthæc potenti sancti Demetrii patrocinio tuta fuisset, admirationem prodit, nec, quin communis ille, quem Nicolaus verbis datis exprimit, hominum omnium sensus tum fuerit, dubitandum apparet.

3. At vero cur Demetrius, qui, ut supra in duobus prioribus miraculorum ejus libris est videre, suam olim civitatem contra ferocissimos hostes tam sæpe, totque modis prodigiosis diversis fuerat tutatus, a Saracenis, Christi hostibus, tum expugnari atque everti siverit, alta Dei, a quibus et nobis timendum, sunt judicia. Sanctus interim, qui tum ob cujuscunque generis miracula, magno numero patrata, tum maxime ob Thessalonicam prodigiose contra hostes plus semel servatam gloriosissimis magni martyris ac thaumaturgi, aliisque in supra data Joannis Thessalonicensis, scriptorisque, qui Joannem continuavit, anonymi lucubratione expressis titulis condecoratus passim a Græcis olim jam fuerat, suam illam civitatem natalem, cum ab illato per Saracenos excidio surrexisset, clademque præteritam reparasset, suo iterum auxilio adversus inimicos prodigiose fuit tutatus, licet tandem a Turcis illam, quæ alta iterum inscrutabiliaque Dei sunt judicia, anno 1429 expugnari, firmaque deinceps possessione, ad hunc etiam usque diem perse-

verante, teneri permiserit. Cedrenus in historiarum Compendio, cum de rebus sub Michaele IV gestis tractat, sequentia prodit memoriæ : « Anno mundi sexies millesimo quingentesimo quadragesimo nono, indictione nona, mense Septembri, Alusianus patricius et Theodosiopolis præfectus, secundus Aaronis (fuerat hic Samuelis Bulgarorum quondam regis frater) filius subito ex urbe (Constantinopoli nempe) profugus, ad Deleanum (erat is a Bulgaris, quos ad deficiendum a Græcis concitarat, in regem assumptus) se contulit.

4. « Cum enim injustitiæ accusatus esset, priusquam de causa cognosceretur, Joannes (imperatoris minister) ab eo exegerat auri libras L; ademeratque ei mulierem elegantissimam, quam in Charsiano habebat ; cumque multis apud imperatorem precibus non obtinuisset, ut sui haberetur ratio, desperatis suis rebus, Armenio habitu sumpto, simulansque, se Basilii Theodorani famulum esse, atque Thessalonicam ad imperatorem ire, clam omnibus aufugit, Ostrobumque pervenit, ubi tum cum omni exercitu castra Deleanus habebat. Magna hunc cum lætitia accepit Deleanus, metuens, ne ad ipsum potius inclinarent Bulgari, ut regio sanguine natum, consortem, ut præ se ferebat, imperii ascivit, ac cum exercitu quadraginta millium ad oppugnandam Thessalonicam misit, cui tunc præerat Constantinus patricius, patruelis imperatoris. Eo profectus Alusianus urbem vallo cingit ac machinis admotis summa industria oppugnat. Sed cum per sex dies frustra oppugnasset, undique repulsus, spe expugnandæ abjecta, obsidione eam capere statuit.

5. « Oppidani quadam die ad sepulcrum martyris Demetrii accesserunt, supplicationeque per totam noctem tracta usique unguento, quod ex eo sepulcro scaturit, uno impetu apertis portis in Bulgaros se emiserunt, habentes secum legionem Magnanimorum, hostemque improvisa impressione perterritum in fugam conjecerunt, nemine subsistere aut se defendere ausu. Ductor Romanæ aciei fuit martyr iterque complanavit ; quod Bulgari captivi juramento confirmarunt, dicentes, vidisse se juvenem equitem, qui Romanæ phalangi præiret ; ex quo ignis exiliens adversos cremaret hostes. Cecidere amplius 15 millibus Bulgarorum, captique haud pauciores ; reliqui turpissima fuga ad Deleanum evaserunt. » Prima hæc est bellica expeditio, in qua iterum post acceptam anno 904 ab Agarenis cladem mirabili plane modo a sancto Demetrio Thessalonicæ fuisse succursum narratur. Atque is quidem eventus, cum anno mundi sexies millesimo quingentesimo quadragesimo nono, uti e jam recitatis Cedreni verbis intelligitur, locum habuerit, anno Christi 1041 debet innecti, uti ex annorum 5508, quorum ultimo labente Christum natum Græci statuunt, facta ab annis 6549, quorum ultimo ex dictis memorata a Cedreno Bulgarorum clades evenit, subductione manifestum evadit.

6. Quod autem ad rem ipsam seu potius insigne, A quo Bulgari, sancto Demetrio Thessalonicensibus præire ac pro urbe decertare palam conspecto, ab obsidione Thessalonicensi pulsi atque in fugam, magna edita suorum strage, conjecti, a Cedreno narrantur, prodigium jam spectat, Zonaras, in Annalibus de Alusiano pariter Bulgarisque, qui, duce Deleano, Græcorum jugum, a Basilio tertio, *Bulgaroctoni* cognomem propterea adepto, jam ab aliquo tempore sibi impositum, sub annum circiter 1040 excussere, in Michaele quarto sermonem instituit nec tamen prodigii, quo Alusianus ab obsidione Thessalonicensi, civitati suæ opem ferente sancto Demetrio, recedere fuerit compulsus, mentionem vel verbo facit. Verum cum is scriptor ne expeditionis quidem, ab Alusiano contra Thessa- B lonicam susceptæ, meminerit, factumque proinde, quo felici ista successu fuerit frustrata, miraculum commemorare opportune haud potuerit, non est, cur illius de hoc silentium mirum admodum cuiquam accidat. At vero erit fortassis, qui saltem, idem miraculum silentio etiam a Joanne Stauracio, ut fieri in hujus penes nos exstante lucubratione comperio, præteriri, mirandum magis existimet. Id sane, cum hic scriptor, qui, quemadmodum in Commentario prævio num. 26 docui, sæculo tertio decimo floruit, patrata a sancto Demetrio ad illud usque tempus miracula omnia, aut saltem horum præcipua litteris commendare proposuerit sibi habuerit, certeque ea inter, quod, supra e Cedreno relatum, anno ex dictis 1041 acciderit, miraculum C haud infimum locum obtineat, mihi ipsimet, ut verum fatear, mirum admodum obvenit. Verum, quid si quidem, de quo hic disserimus, miraculum a Joanne Stauracio litteris fuerit commendatum et tamen in Leonis Allatii ms. quod nobiscum communicatum in codice nostro † ms. 193 exstat, ab amanuensibus sit omissum ?

7. Quid si etiam Stauracius ea duntaxat, quæ scriptis mandata invenit, miracula in lucubrationem suam inferenda duxerit, nullumque forte fortuna scriptum, quod relatum a Cedreno miraculum complecteretur, ad manum habuerit ? Utut sit, dicto equidem prodigio, quod et a Joanne Curopalate refertur, utcunque suffragatur memoratum in Commentario prævio num. 138 et binis seqq. Petri et Asanis fratrum, principum Bulgarorum, factum. D Hi enim, quo contribules suos, qui post proxime e Cedreno relatam Thessalonicensem anni 1041 cladem a Michaele quarto penitus subacti Græcorum imperio usque ad Isaacii Angeli, anno 1185 imperii habenis primum admoti, tempus pacifice manserant annexi, ad defectionem iterum concitarent, sanctum Demetrium, Thessalonica a Græcorumque tutela relicta, in Bulgariam, cui opem esset laturus, concessisse, subdole finxere, falsis etiam prodigiis huic suo commento fidem conciliare conati ; id autem duo præfati principes maxime fecisse videntur, vel quod, cum cladis propo Thessalonicam majoribus suis anno 1041 a sancto De-

metrio illatæ, memores adhuc essent, timerent, ne contribules sui, quos, ut Græcorum jugum excuterent, impellere nitebantur, præ similis cladis, a sancto Demetrio sibi inferendæ, timore a defectionis consilio omnino abhorrerent, vel etiam quod hosce, ut promptius arma arriperent, superni a sancto Demetrio certo adfuturi, quo potentissimum majorum suorum exercitum profligatum fuisse, norant, auxilio facta spe facilius adducendos putarent. Sed ita modo a Cedreno relatum, quo Thessalonicæ fuerit succursum, Sancti nostri miraculum utcunque discussisse sufficiat; ad aliud sermonem convertamus.

8. Cum Petrus et Asan fratres proxime memorati, quibus potissimum impellentibus, Græcorum jugum, ut jam dictum, Bulgari post annum 1185 excusserant, in Bulgaria patria sua, quam conatibus suis felici respondente successu, in libertatem etiam asseruerant, aliquandiu jam dominati, e vivis essent sublati, successit in Bulgariæ regnum eorum frater Joannes, qui ab aliis Calo-Joannes, seu Joannitza, aut etiam Joannitius nominatur. Hic porro, multis gestis bellis, anno tandem 1207 Thessalonicam ingenti exercitu obsedit; verum hac in expeditione bellica, non secus ac Alusianus supra memoratus, fortuna improspera, quemadmodum Georgius Acropolita, sæculi tertii decimi scriptor, fidem facit, est usus, sibi etiam sanctum Demetrium inimicum expertus. Ita quantum ad hoc postremum et apud nos in codicis nostri † ms. 193 prolixa quæ ex Leonis Allatii ms. deprompta notatur, narratione, et apud ipsum Allatium in concinnatis ab eo in Acropolitæ historiam Adnotationibus, tertio decimo hujus cap. subnexis, Joannes Stauracius supra plus semel laudatus. Scriptoris hujus, quæ huc potissimum faciunt, verba aliquot, prout a Cangio loco mox cit. vulgata exstant, recitabo, cum prius, quæ huc pariter spectant, nonnulla Georgii Acropolitæ verba in medium adduxero. Hic itaque scriptor in Historia, typis Parisiensibus anno 1651 edita, sequentia isthæc verba, quæ fere omnia postea iterum in Chronico compendiario Parisiensibus pariter typis eodem anno vulgato pag. 115 reqetit, cap. 13 de supra memorato Joanne seu Joannitio aut etiam Joannitza, Bulgarorum rege, suppeditat: « E fundamentis sustulit Philippopolim, præclaram nimium atque egregiam urbem, quæ Hebro adjacet, alias deinceps universas, Heracleiam, Panium, Rædestum, Chariupolim, Trajanupolim, Macrem, Claudiopolim, Mosynupolim, Peritheorion, aliasque quam plurimas, quas enumerare operæ pretium non est.

9. « Multitudinem abigens circa Istri fluenta collocat, et ex jam direptis oppidis, urbibus nomina propriis coloniis imponit, damna, ut ipse dictitabat, compensans, quibus imperator Basilius Bulgaros afflixerat; eumque fatebatur dici Bulgaroctonum, se vero Romæoctonum indigitabat; is usque Thessalonicam perveniens laterali morbo vitam finit, vel, ut alii asserebant, ira Numinis tristi morte multatus est. Somniavit enim abs armato sine astante hasta latus confodi; nemo enim, nec mentior, e memoria hominum tot ac iste calamitatibus Romanos afflixit, adeo ut a cane nomen illi impositum sit, et Scylo Joannes ab omnibus compellaretur. » Ita hactenus Acropolita, Joanni Bulgarorum regi, cum Thessalonicam obsideret, modo haud naturali mortem obvenisse, sed, Numine ob scelera ab eo patrata irato, superna virtute fuisse inflictam, opinionem nonnullorum exstitisse, sat aperte hic docens; illam autem supernam virtutem, qua Bulgarorum rex Joannes Thessalonicam obsidiens miserum in modum interierit, e quorumdam opinione a sancto Demetrio profectam, Joannes Stauracius apud Leonem Allatium loco supra cit. verbis Græcis memoriæ prodit. Ea adeo, ut fidem datam liberem, huc modo una cum adjecta ad calcem versione Latina transcribo.

10. Sic itaque habent: Τότε δή, τότε ἀωρὶ τῶν νυκτῶν εἰς τέλος Θεὸς τὴν ἑαυτοῦ τῆς ἐκδικήσεως ῥομφαίαν ἐστίλβωσεν, καὶ ὑπέθηξεν ὡς ἐν θηγάνῃ τῷ ζήλῳ τοῦ μάρτυρος. Καὶ αἴφνης ὁ ἄγρυπνος τῷ ὄντι φύλαξ, καὶ πολιοῦχος ἡμῶν, καὶ μέγας τοῦ μεγάλου βασιλέως στρατιώτης Δημήτριος ἔφιππος ἐφ' ἵππου λευκοῦ τῷ Βουλγαροκτόνῳ φαίνεται, καὶ καιρίαν ἀκοντίζει παραχρῆμα τὸν ἄθλιον. Ὁ δὲ μέγα παραυτίκα ἀνακραγὼν κατεβοᾶτο τῷ ἀρχιστρατήγῳ τῆς στρατιᾶς αὐτοῦ Μαναστρᾷ, ὡς δῆθεν τρωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· τοῦτον γὰρ ἐδόκει ὁρᾶν ἱππαζόμενον, ᾧπερ εὐγενεῖ καὶ λευκῷ ἵππῳ ἱππάζετο τῆς σκηνῆς ἔνδον γενόμενον, καὶ λόγχην, ἣν περιέφερε, τῇ καρδίᾳ τούτου ἐμβάψαντα. Καὶ αὖθις κατεβοᾶτο τούτου, καὶ πολλάκις, ὡς καὶ αὐτὸν ταῖς κραυγαῖς ὀρυβηθέντα, καὶ ἀναπηδήσαντα τῆς στρωμνῆς, ἐν γειτόνων γὰρ ἦν αὐτῷ ἡ σκηνή, εἰσελθεῖν καὶ ἰδεῖν, καὶ φανῆναι, καὶ ἀνοῦσαι, ὡς Σύ με πρὸ βραχέως ἔφιππος τῷ λευκῷ σου ἵππῳ γενόμενος ἐνταῦθα κατέσφαξας δόρατι· καὶ τὸν γενέσθαι περιδεᾶ, καὶ εἰπεῖν· Μὴ σύ γε, βασιλεῦ, συμπάθησον, οἰκτειρον, οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστι. Φάσμα σοι γέγονεν, οὐκ ἀλήθεια· ἐκεῖνος εἰς βάθος δεξάμενος τὴν πληγὴν ἐστρουθεῖτο δεινῶς, ἐξέκραγε, καὶ ἀνωλόλυξε.

11. Νύσσεται οὖν τὴν κοιλίαν εὐθύς, καὶ ῥοὴ ἱκανὴ ἀκραιφνεστάτου αἵματος κάτωθεν ἀποῤῥεῖ, ὅπως ἂν βαρῇ ὁ ποὺς σοι, Δημήτριε, αἵματι τῶν ἐχθρῶν σου ὑπὲρ τῆς σῆς τῆσδε πόλεως. Καὶ ἄρχεται ἤδη λειποψυχεῖν. Ταῦτα ἰδὼν ὁ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ ἀρχιστράτηγος Μαναστρᾶς, ἢ τάχους εἶχεν ὕπτιον τοῦτον ἐπιδίδασας προτροπάδην φεύγει, καὶ κλέπτων τὴν σωτηρίαν, μεθ' ὅσου τάχους ὑποχωρεῖ, καὶ μετ' αὐτοῦ καὶ σὺν αὐτῷ ἅπαν ἐκεῖνο τὸ μυριοπληθὲς στρατολογικὸν, οὕτω ταχέως, ὡσεί τι βορεάδαι τινες κατὰ τοὺς θρυλλουμένους τούτους ἐδίωκον. Φόβος γὰρ αὐτοὺς καὶ τρόμος ἐπῆλθε κατά τινα ξένην ἀντιπερίστασιν· ἀλλὰ γὰρ οὐκ εἰς μακρὰν τούτῳ τὸ ζῆν, ἀλλ' αὐθημερὸν πρὸς ἡλίου δυσμὰς κατὰ τὸ ἐν ταῖς ἱστορίαις ζῶον μονήμερον

θνήσκει βιαίως, οὕτως ὁ ἅθλιος τῆς οἰκείας καρδίας καὶ ματαιότητος ἐρεψάμενος τοὺς καρπούς, μέχρις αὐτοῦ τραγίου τὸ νωδὸν τοῦ θυμοῦ ἐπιών, καὶ τὸ τῆς ὀργῆς Κυρίου ποτήριον, καὶ μεμεθυσμένου θείου ξυροῦ εἰς πεῖραν ἐλθών. Ἐπεστράφη γὰρ ὁ πόνος αὐτοῦ εἰς κεφαλὴν αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ κορυφὴν μὲν ἡ ἀδικία αὐτοῦ κατέβη· εἰς βάθρον δ' ὃν εἰργάσατο, πέπτωκε, καὶ μία μαρτυρικὴ βολὶς εἰς ἐκδίκησιν ἦρκεσε τῶν πολλῶν ἐκείνου κακῶν, καὶ αἷμα ἐξέχεε δίκαιον τῶν ἐγκάτων αὐτοῦ πολλῶν αἱμάτων ἀδίκων ἀντίποινον.

12. En nunc versionem Latinam: «Tum continuo nocte intempesta ultionis suæ gladium Deus tandem strinxit, atque in zelo martyris, veluti in cote, exacuit. Subito igitur custos vere vigil, civitatisque nostræ præses ac magnus magni Regis miles Demetrius, equo albo insidens, Bulgarorum regi apparet, miseroque illico vulnus lethale infligit. Hic autem statim magnopere vociferans supremum exercitus sui ducem Manastram, veluti videlicet ab eo læsus, inclamabat. Hunc enim, qui equitaret, generoso ac albo, quo vehebatur, equo tentorium ingressum, hastamque, quam secum ferebat, in cor suum demergentem sese intueri existimabat; iterumque ac sæpe illum inclamabat, ita ut et eis clamoribus excitatus lectoque exsiliens (tentorium enim erat in vicinia) ingrederetur ac circumspiceret, seque ipsum ostenderet, ac qui Tu mox, equo tuo albo huc advectus, hasta me intermisti, audiret, timoreque percelleretur ac diceret: Ne tu, rex, malis alienis afficiaris: quieto animo sis. Non est id, non est. Species, non veritas, tibi obvenit. Ille, plaga profunde accepta, graviter torquebatur, vociferabatur ac ejulabat.

13. « Ventre igitur statim laucinatur, sufficientique copia sanguinem recentem, ut tibi, Demetri, pro tua hac civitate inimicorum sanguine pes lingatur, deorsum emittit, jamque incipit animo deficere. Hæc supremus exercitus ejus dux Manastras conspicatus, cum eum quam potuit celerrime equo supinum imposuisset, cursu concitato fugit, salutique consulent celerrime pedem refert, unaque cum illo ac per ejus mandatum omnis ea innumero militum multitudo, ita festinanter, ac si quidam secundum fabulam Boreæ filii eos insequerentur. Timor enim ac tremor secundum novam quamdam rerum vicissitudinem irruit super eos. At vero ei in vivis diu manere haud obtigit, sed ipsa eadem die ante solis occasum, uti in historiis legitur, unius diei animal violenta morte occumbit. Ita miseri ad ipsum usque fundum Domini vindictæ poculo, iracundiæque calice exhausto, atque abundanti novaculæ divinæ experimento sumpto, malitiæ suæ ac vanitatis fructus collegit. Ejus enim labor in caput ejus conversus est. Ac ejus quidem iniquitas supra verticem descendit; in foveam autem, quam fecit, cecidit, unumque martyris jaculum in multarum ejus iniquitatum vindictam sufficit, justeque intestinorum illius sanguinem in multi sanguinis, injuste effusi, pœnam effudit. »

14. Hæc loco supra citato Joannes Stauracius; verum anne, uti hisce Græce simul et Latine jam recitatis verbis tradit, Joannes seu Joannitius, Bulgarorum rex, dum Thessalonicam obsideret, a sancto Demetrio, opem huic civitati suæ natali prodigiose ferente, reipsa fuit occisus? Auctor illo quidem, quemadmodum in Commentario prævio num. 26 docui, sæculo tertio decimo verosimillime floruit, ac proin sæculo eodem, quo Joannem, Bulgarorum regem, in obsidione Thessalonicensi necari e supra dictis contigit; verum cum etiam, quemadmodum infra docebo, in codice nostro † ms. 193 pag. 93 non obscure innuat, diu ante ætatem suam factum esse id, quod Emmanueli Comneno, Græcorum ab anno 1143 ad annum usque 1180 imperatori, a sancto Demetrio obvenisse, ibidem narrat, haud citius equidem, quam eodem sæculo tertio decimo multum jam provecto floruisse videtur ac proin a Joannis Bulgarorum regis nece, quæ anno ex dictis 1207 evenit, remotius abfuisse, quam fit sibi, dum eam sancto Demetrio attribuit, fidem certam atque indubitatam conciliare queat. Nec, etsi etiam sæculi dicti initio dixisset, aliter de illo hac in re foret loquendum. Etenim Joannem, Bulgarorum regem a sancto Demetrio fuisse occisum, e vulgi duntaxat fama, quæ ætate sua obtinuerit, verosimillime, ne amplius quid dicam, in litteras miserit. Ita vel maxime ex eo autumo, quod Georgius Acropolita, qui pariter sæculo tertio decimo floruit, præfati Bulgarorum regis necem supernæ saltem virtuti a nonnullis fuisse attributam, supra huc transcriptis verbis memoriæ prodat, itaque simul famam; a nonnullis, illis, qui id fecere, natam, indicare videatur.

15. Verum nemo non novit, quam sæpe falsa esse fama soleat, maxime si communis haud sit; communem autem illam haud fuisse, ex Acropolitæ verbis observari velim, facileque fieri potuisse, ut e Joannis regis somnio, cujus idem Acropolita ibidem meminit, sinister ille de illata principi isti per sanctum Demetrium nece rumor sparsus, moxque a credulis nimium justo facilius fuerit admissus, licet interim Joannes non violenta, sed naturali morte vitam terminasset. Adhæc Acropolita, quem Stauracio suffragari non nemo forte existimet, generatim duntaxat divini Numinis iræ, qua Joannes, Bulgarorum rex, fuerit necatus, non autem etiam diserte sancti Demetrii mentionem facit, nec ullum hactenus notæ fidei auctoritatisve scriptorem, qui Joanni Stauracio assentiatur, invenire quivi, Allatius quidem transcriptis a sese loco supra cit. Joannis Stauracii verbis subjungit; « In codice Vaticano CLXIII in margine *Historiæ Choniatæ* legitur: Οὗτός ἐστιν ὁ ἀσεβὴς Σκυλοϊωάννης ἐπικληθεὶς ὕστερον, ὃν ἀνεῖλεν ὁ μέγας Δημήτριος προδήλως, κατὰ τῆς Θεσσαλονίκης ἐπιστρατεύσαντα, ὡς ἐν τοῖς ἐκείνου θαύμασιν ἀναγέγραπται.

«Hic est impius Scylo Joannes tandem dictus, quem Thessalonicam agmine infesto aggredientem, magnus Demetrius, uti in ejus miraculis scriptum est, manifesto occidit.» Hisce autem verbis Joannes seu Joannitius, Bulgarorum rex tandem etiam, uti supra pariter Acropolita docet, Scylojoannes cognominatus, a sancto Demetrio in obsidione Thessalonicensi fuisse interemptus luculentissime sane traditur: verum cum verborum illorum, quæ Choniatæ haud attribuenda, certum apparet, auctorem Allatius non prodat, isque aliunde non innotescat, neutiquam ea, ut prodigio, quod tradunt, fidem indubitatam faciant, sufficiunt, licet interim utcunque Joanni Stauracio suffragi videantur, nisi forte, qui ea ad Choniatæ Historiæ marginem acjecit, ipsamet, ut id faceret, Joannis Stauracii, quem legerat, narratione fuerit impulsus.

§ II. *Miracula sæculo decimo posteriora, quæ in aliorum etiam, quam in Thessalonicensium favorem a sancto Demetrio feruntur patrata.*

16. Gabriel, qui ab aliis Radomirus aut etiam Romanus appellatur, Samueli patri suo, anno 1014 e vivis sublato, in Bulgariæ regnum successit, annoque sequenti post breve sane regnum vitam cum morte 24 Octobris die, uti ex Cedreno aliisque intelligitur, commutavit. Joannes Stauracius supra laudatus principem hunc teterrimis coloribus in codice nostro signato † ms. 193 fol. 86 depegit, ailque, eum, cum in Soski, regiunculæ mihi ignotæ, incolas dirissime sæviret, hique, quo ejus grassationibus liberarentur, sanctum Demetrium invocassent, neci etiam ab hoc tandem, non secus ac Joannem supra memoratum, datum fuisse. Verba, huc spectantia, omissis tamen, quibus Gabrielis seu Radomiri mores auctor describit, lectori libet exhibere, addita etiam ad calcem eorumdem interpretatione Latina. Sic habent: Τῷ χώρῳ τούτῳ τοίνυν χρονίζων ὁ ἀνθρωπόμορφος οὗτος θὴρ, διεσπάραττε πάντας καὶ διεβόσκετο· θρῆνος αὐτοῖς, καὶ ὀδυρμὸς, καὶ οἰμωγὴ, καὶ φωνὴ αἱμάτων ἐκετθεν, ἃ καθ' ἡμέραν ἐξέχεεν, ἐπεβοᾶτο τῷ μάρτυρι, καὶ τὴν ἐκδίκησιν ἐζήτουν, καὶ ταχεῖαν τοῦ λυποῦντος τὴν ἀπολύτρωσιν. Ὁ δὲ, καὶ δὴ πολλάκις ἐπικαλουμένους αὐτοὺς ἀκούων ὄνομα τοῦ μάρτυρος, κατεγέλα μὲν αὐτοῦ καὶ ἐξεμυκτήριζεν, ἐπέτεινε δὲ μᾶλλον αὐτοῖς τὰς πληγὰς, Ἴδω, λέγων, εἰ ἔρχεται Δημήτριος ἐκ τῶν χειρῶν μου σώσων αὐτούς.

17. Τί οὖν; Κάμπτεται ὁ συμπαθὴς καὶ μέγας Δημήτριος· ἀνίσταται ἕνεκεν τῆς τῶν πεπεδημένων φωνῆς, καὶ τοῦ τῶν πτωχῶν στεναγμοῦ, καὶ τῆς οἰκείας ποίμνης τῆσδε ἀπαναστὰς εἰς σωτηρίαν λαοῦ ἐξελήλυθεν· ἐκετνου δὴ τὸ Κυριακὸν παρελλὰξ ἐπειπὼν, καὶ ἄλλα πρόβατα ἔχω τῶν προαυλίων μου, Καὶ ταῦτά με δεῖ ἐπισκέψασθαι. Καὶ ὁ μὲν τὸν συντετριμμένον ἐκετνον καὶ ἐκπεπιεσμένον λαὸν πρὸς κυνηγεσίαν ἠγάγετο καὶ πρὸς ὀρῶν ἐσχατιὰς καὶ νάπας, καὶ ἐπαναβάσεις βαίνειν πεζῇ τὸν ταλαίπωρον ἐκετνον ὄχλον διεκελεύετο, καὶ κρημνῶν ἀπειλητικῶς ἐκίνει κατατολμᾷν, καὶ εἰ μὴ ποσὶν οἰκείοις ὁ διώκων φθάσοι τὸ θήραμα κατὰ κεφαλῆς αὐτῷ παραῦτὰ ἡ πληγὴ, καὶ νεκρὸς ἀνὰ μέσον ἔκειτο τῶν ὀρῶν. Καὶ ὁ μὲν ἀπηνῶς οὕτω καὶ ἀπανθρώπως ἐμάστιζεν· ὁ δὲ τὰς ταχὺς εἰς ἀντίληψιν, καὶ ὀξὺς εἰς ἐπικουρίαν μέγας Δημήτριος, φθάνει τὸν κάκιστον ὅσον καὶ ἀστραπὴ, ἀνὰ μέσον ὀρῶν κυνηγετοῦντα καὶ ἱππαζόμενον, ἔφιππος, καὶ καιρίαν πλήττει τὸν δείλαιον τοῦ ἵππου μακρὰν ἀποσφαιρισάμενος. Ἐώρων τὸν μέγαν οἱ τοὐμφανὲς τῷ Ῥαδομιρῷ ἐφεπόμενοι, ὅπως εἰτὸν σφοδρᾷ τῇ ῥύμῃ καὶ ἐπίσῃ, καὶ τῇ λόγχῃ κατίσφαξε. Καὶ ὁ μάρτυς μὲν παραυτὰ ἀφανής· ὁ δὲ νεκροῦται παραχρῆμα, καὶ παρὰ τὸν ἵππον τὰ ὀστᾶ διεσκόρπισται, καὶ ὁ καταπεπονημένος ἐκεῖνος ἅπας λαὸς ἑώρταζον τῷ μεγάλῳ ῥύσιτι. «Cum ea igitur humanam gerens fera (Radomirus scilicet Bulgariæ rex) in loco illo diu moraretur, omnes dilacerabat atque depascebatur. Hinc illis fletus et lamentatio et planctus; voxque sanguinis, quem quotidie effundebat, martyrem inclamabat, ac vindictam atque, ut quamprimum illo, qui eos affligebat, liberarentur, postulabat; ille autem, cum martyris nomen sæpius invocantes audiret, id quidem irridebat fannisque excipiebat; iis autem plagas magis augebat. Videam, dicens, num veniat e manibus meis ipsos liberaturus Demetrius.

13. «Quid igitur? Commiserans ac magnus Demetrius flectitur, ac compeditorum vocem mendicorumque genitum exsurgit, proprioque a grege migrans ad populi salutem est egressus, Dominicum illud vicissim usurpans: *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili; et illas oportet me adducere.* Atque is quidem attritum illum ac conculcatum populum ad venationem compellebat, miseramque istam turbam montium summitates saltusque ac clivos pedibus peragrare jubebat, minisque, ut per præcipitia incedere ruderet, adigebat, et nisi qui propriis pedibus capturam insectabatur, eam assequeretur, statim ei in capite plaga infligebatur, mortuusque in medio montium procumbebat. Atque ita quidem ille immisericorditer ac inhumaniter percutiebat; Demetrius autem ad opem ferendam promptus atque ad succurrendum industrius ad improbissimum in medio montium venantem equoque insidentem eques equitem fulguris in modum accedit, miseroque plagam lethalem infligit, procul eum eb equo dejiciens. Qui Radomirum sequebatur, qui eum magnus vehementi impetu aggressus sit, hastaque interfecerit, dilucide conspexere. Ac martyr quidem statim disparuit; ille autem statim obiit, atque in terra ossa ejus dissipata sunt, populusque ille omnis, qui vexatus fuerat, liberationis festum in magni honorem celebravit.»

19. Talis est Joannis Stauricii de nece, Radomiro seu Gabrieli Bulgariæ regi illata, narratio; nunc quid de hac statuendum sit, dispiciamus. Auctorum omnium, qui necis Radomiro illatæ meminerunt, antiquiores citra controversiam sunt Cedrenus,

Zonaras et Lupus protospatha ; hi autem, principem illum a Joanne cognato suo, qui et Vladislabus dicebatur, occisum fuisse, unanimi consensu, nulla prorsus sancti Demetrii mentione facta, memoriæ produnt. Cedrenus in Historiarum Parisiensis anni 1647 editionis Compendio, dum res sub Basilio Macedone gestas commemorat, sequentia isthæc, quæ ad propositum nostrum spectant, verba suppeditat : «Successit ei (Samueli nempe Bulgariæ regi) filius Gabrielis, qui et Romanus dicebatur, patre robustior ille, sed prudentia longe inferior, natus captiva quadam Larissæa. Iniit decima quinta Septembris, indictione decima tertia, cumque nondum integrum imperasset annum, venatum exiens interficitur a Joanne, qui et Vladisthlabus, filio Aaronis, quem ipse neci aliquando subtraxerat.» Ac paulo post idem auctor ita iterum scribit : « Quinta die Cheirotmetus Romanus (ad Basilium imperatorem Mosynopoli versantem) venit, famulos secum adducens Joannis Vladisthlabi, Aaronis filii, et litteras, quibus hic significabat, se Gabrieli vitam eripuisse, nuncque ad se rediisse Bulgaricum imperium, promittebatque, se servum et subditum imperatori fore. »

20. Hæc omnia Cedrenus, quibus sane, Radomirum seu Gabrielem, qui et Romanus dicebatur, non a sancto Demetrio, sed a Joanne, seu, uti aliter etiam vocabatur, Vladisthlabo interemptum fuisse, apertissime tradit. Nec minus id dilucide Zonaras memoriæ prodit. Audi, qui in Annalibus, a sese adornatis annoque 1687 Parisiis excusis, tom. II, pag. 226 loquatur. « Ex cardiogmo, inquit de Samuele Bulgarorum rege, interiit, principatu Bulgarorum in Gabrielem filium, qui et Romanus dicebatur, translato : quem, nondum anno elapso, frater patruelis, Aaronis filius Vladisthlavus Joannes (binominis enim et hic erat) occidit. » Ac, paucis interpositis, addit : «At Samuelis filius Romanus Gabriel (necdum enim cæsus erat) per legatos imperatori (Basilio Macedoni nempe) servitutem pollicebatur, et tempore aliquo interposito, Joannis Vladisthlavi minister adest cædem Gabrielis ab hero suo factam nuntians, aliique multi ex illustribus Bulgaris ad imperatorem confluunt. » Et nunc etiam Lupi protospathæ qui et ipse apud Muratorium, tom. V *Rerum Italicarum scriptorum*, pag. 41, Radomiri mortem, non sancto Demetrio, sed Joanni seu Vladisthlabo, illius cognato, adscribit, ad rem hanc facientia verba. Sic habent : « Anno 1016 occisus est filius prædicti Samuelis ab ejus consobrino filio Aaroni et regnavit ipse.» Cum ergo tres scriptores, supra in rem, quæ hic conficienda erat, laudati, Gabrielem, non a sancto Demetrio, sed a Joanne seu Vladisthlabo, nulla prorsus Sancti mentione facta, fuisse interfectum, luculentissime sane, uti e jam recitatis illorum verbis liquet, memoriæ prodant, Stauracio enimvero, qui Sancto nostro necem illam ascribit, nemo prudens, quantum opinor, fidem habuerit, maxime cum a Radomiri, aliis Gabrielis aut etiam Romani, ætate seu sæculi undecimi initio, quo principem hunc necari contigit, ducentorum circiter annorum spatio, uti ex iis quæ de illo in Commentario prævio, num. 26, in medium adduxi, palam est, remotus vixerit nullumque præterea scriptorem alium seu antiquiorem seu etiam duntaxat recentiorem sibi suffragantem habeat, uti quisque, qui rem examinarit, comperiet.

21. Radomirum porro in medio montium, dum venationi operam daret, fuisse occisum, idem Stauracius in narratione sua, Græce simul et Latine supra exhibita, etiam affirmat ; id autem minusquam rem a Sancto nostro fuisse patratam, a veritate abhorret, licet interim Cedreno, qui illum Bulgarorum regem, non cum mediis in montibus versaretur venationique operam jam daret, sed tum, cum ad venationem exiret, seu jam, ut venationem aggrederetur, in procine staret, peremptu tum fuisse, supra huc transcriptis verbis tradiit, assentiri malim ; quod hic lectorem adhuc monuisse contentus, ad aliud modo, in quo patrem pariter Sanctus noster habuisse narratur, progredior. Christiani, susceptis sacris pro recuperanda Terra sancta expeditionibus, Antiochiam in potestatem suam anno 1098 jam redegerant, cum haud ita dudum post ab innumero Saracenorum exercitu in civitate illa fuere conclusi, arctissimaque obsidione ad summas angustias adacti. Verum cum tandem, quo hisce sese expedirent, ex urbe obsessa egressi inimicos essent adorti, albatorum exercitus, cui Demetrius aliique Sancti præire fuere conspecti, in ipsorum auxilium contra Saracenos e montibus prodire est visus. Ita in variorum scriptorum collectione, quæ *Gesta Dei per Francos* inscribitur annoque 1611 Hanoviæ fuit excusa, testatum faciunt Robertus monachus, Baldricus Dolensis archiepiscopus, ac Guibertus abbas, qui omnes rei gestæ æquales exstitere.

22. Singulorum, quæ ad rem nostram potissimum faciunt, verba huc transfero. Robertus monachus, pag. 61, in adornata a sese *Hierosolymitana historia*, lib. VII, ita scribit : « Dum sic (a Christianis Antiochia egressis) certatur, et tam longi certaminis prolixitas poterat tædiare ; nec numerus hostium videbatur decrescere, albatorum militum innumerabilis exercitus visus est de montibus descendere, quorum signiferi et duces esse dicuntur Georgius, Mauritius, Demetrius : quos ut primum vidit Podiensis episcopus, exclamavit voce magna dicens : O milites, ecce, venit auxilium, quod vobis promisit Deus. Et certe nostri valde expavissent, nisi fuisset spes, quam in Domino habebant. Tremor maximus irruit in hostes, et versis vultibus, scutis terga cooperiunt, et fugam, quo unicuique locus dabat, arripiunt. Pars illa, quæ a parte pugnabat maris, ut vidit fugam suorum, ignem sparsit super gramen campi, quod ce

leriter arsit, quia illud siccaverat ardor æstatis. Hæc ideo fecerunt, ut hoc signo illi qui in tentoriis erant, statim fugerent, et secum ditiora spolia tollerent. Illi vero, cognito signo, qui in montibus erant, protinus fugerunt cum omnibus spoliis, quæ portare valuerunt. » Hactenus laudatus monachus Robertus : ad Baldricum archiepiscopum jam venio.

23. Hic præfatæ Collectionis, pag. 121, in contexta a se *Hierosolymitana historia* sequentia isthæc prodit memoriæ : « Ecce, Deo gratias, ab ipsis montanis (dum scilicet contra Saracenos Christiani prope Antiochiam summo discrimine præliarentur) visus est exire exercitus innumerabilis, equis albis insidentes, et vexilla candida in manibus præferentes. Hoc multi viderunt Christianorum, et sicut putant, gentilium; et hæsitantes mirabantur quidnam esset. Tandem utrique cognoverunt duces agminis sanctum Georgium et sanctum Demetrium et sanctum Mercurium, sua signa ferentes præcedere. Saracenis ergo visio hæc multum incussit timorem, Christianis autem spem auxit meliorem; istos animavit, illos exinanivit. Hoc, qui affuerunt, multi contigisse testati sunt; non tamen id omnes videre potuerunt, sed quibus Dominus voluit arcanum suum revelare; revelavit autem aliis ad confusionem, aliis ad instantis triumphi ostensionem. Porro mendacii nemo nos redarguat, quia nihil ex corde nostro fingimus; sed quod audivimus, id testamur, et testimonium nostrum ex ore eorum qui ad fuerunt, verum est. »

24. Ita Baldricus, quæ supra recitatis verbis Robertus monachus tradit, luculentissime confirmat. Nec minus id luculenter facit Guibertus abbas in Hierosolymitana pariter a se concinnata Historia collectionis præfatæ, cui et isthæc inserta exstat, pag. 523 ita scribens : « Et ecce, copiæ innumerabiles (dum Christiani scilicet contra Saracenos prope Antiochiam decertant) cœperunt de montibus emergere, quorum et equi et signa multo candore nitebant; nostris autem maximus ad eorum conluitum stupor increvit, verentibus utique, ne contrariæ venirent adminiculum ferre parti, donec comperiunt, id fore etiam visibiliter sibi præstitum adjutorium Christi. Quorum specialiter fuisse duces opinati sunt gloriosos post militiam martyres Georgium, Mercurium atque Demetrium. Hæc a nostrum plurimis visa, et cum aliis, quæ viderant, retulissent, plena, ut par erat, fide sunt credita. Et si Machabæis olim pro circumcisione et carne porcina pugnantibus evidens apparuisse legitur cœleste suffragium, quanto amplius his debuit, qui pro repurgio ecclesiis adhibendo et statu fidei propugnando fusi sanguinis Christo detulere servitium. » Nec hi tantum tres scriptores, supra laudatæ Collectioni inserti, quorum verba jam dedimus, albatorum militum, quibus sanctus Demetrius aliique duo sancti præire fuerint conspecti, visionem Christianis in celeberrima ad Antiochiam pugna oblatam, testantur, verum etiam apud Chesnium tom. IV *Rerum Francicarum scriptorum* rei occultatus testis Petrus Tudebodus, Siuracensis sacerdos, seu potius is qui prolixiores Tudebodi commentarios, narrationibus interim, quas hi continent, fideliter expressis, in compendium contraxit.

25. En adeo, cum id ita habeat, hujus etiam, quæ ad præsens institutum pertinent, scriptoris verba : « Cœperunt turmæ Turcorum ex utraque parte exire, nostrosque undique circumcingebant, jaculando et sagittando et vulnerando. Exierunt quoque de montaneis innumerabiles exercitus, qui ducebant equos albos, quorum vexilla omnia alba erant. Videntes itaque nostri hunc exercitum ignorabant, qui essent, donec cognoverunt, esse adjutorium Christi, sicut mandavit illis per Stephanum sacerdotem, quorum ductores fuerunt sanctus Georgius, et beatus Theodorus et sanctus Demetrius. Hæc verba credenda sunt, quia plures ex nostris viderunt hoc. » Atque ita prodigiosum, de quo hic nobis sermo, factum, scriptorum synchronorum, quorum unus etiam ipsismet suis oculis rem fuerit intuitus, firmatum habemus; licet autem hi haud omnes in cœlestium ducum quorum auxilium Christianos aiunt expertos, assignando tertio conveniant, iis tamen unanimi consensu omnes sanctum Demetrium una cum sancto Georgio accensent. Nec tantum hi posteriores Sancti in supra memorato ad Antiochiam prælio, verum etiam in altero, quod huic præivit, anno 1097 paucorum dierum itinere a Nicæa commissa Christianis cruce signatis succurrisse narrantur.

26. In supra laudata, quæ *Gesta Dei per Francos* inscribitur, scriptorum variorum Collectione auctor incertus, Francorum, Jerusalem expugnantium, gesta describens, relato, in quo a Christianis cruce signatis infideles magna clade post captam Nicæam fusi fuere, certamine, mox subjungit : « Relatum est ergo postea a quibusdam, quia duo equites, in albis vestiti, super equos albos sedentes, Turcos per triduum persequerentur, dicentes, unum fuisse Georgium, alterum vero fuisse Demetrium, martyres gloriosos. » Auctor quidem, qui, quod verbis hisce astruitur, perhibet, sibique etiam Petrum diaconum in *Chronico Cassinensi*, lib. IV, cap. 11, suffragentem habet, militum albatorum, qui, sanctis Georgio ac Demetrio ducibus, in supra relato ad Antiochiam prælio Christianis cruce signatis succurrerint, visionem mirandam silentio involvit, quod et Petrus diaconus proxime laudatus facit; hinc autem visionem, quæ in prælio ad Antiochiam evenit, perperam ad prælium, paucorum dierum itinere a Nicæa antea commissum, a ducibus illis scriptoribus referri, non nemo forte contendet. Verum etsi etiam vel ex eo maxime, quod nulli prorsus scriptores alii visionis, quæ in pugna proxime post captam Nicæam Christianis pariter fuerit oblata, mentionem faciant, scriptorum laudatorum error hujusmodi non immerito queat ve-

rosimilis videri, fieri tamen potest, ut Christianis visiones duæ similes diversæ, altera in prælio ad Antiochiam, altera in prælio anteriori, fuerint oblatæ, quarum priorem quidem, quod eam perspectam haud habuerint, ultimo a nobis memorati duo auctores non narrarint, posteriorem vero scriptores alii quod eam, utpote quam pauci duntaxat, uti ex ipsis proxime datis verbis videtur, spectassent, pro minus certa haberent, silentio præterierint.

27. Porro sanctorum Georgii, Demetrii et Mauritii, qui Christianis cruce signatis suppetias ferrent, visionem subinde ipsismet Turcis, dum urbem Antiochenam anno 1098 obsiderent Christiani, oblatam fuisse, dixisse etiam narratur quidam eorumdem Turcorum dux, nomine Pyrrhus. Hic, dum tempore brevium induciarum, quæ, durante obsidione, pactæ erant, cum principe Tarentino Boamundo, cui postea, traditis ei, quas custodiæ suæ commendatas habebat, turribus, Antichiam prodidit, familiariter subinde colloqueretur, inter cætera, quemadmodum supra laudatus Robertus monachus *Historiæ Hierosolymitanæ*, lib. v, memoriæ prodit, « quodam die requisivit ab eo, ubinam castra posuerit ille candidatorum exercitus innumerabilis, quorum auxilio in omnibus bellis fulciebantur Christiani. Dicebat enim, quia adventum illorum nunquam poterant sustinere Turci, sed statim ut videbant illos, incipiebant pavere : illi vero ipsos ut ventus turbinis oprimebant, et isti vulnerabantur; illi obruebant, et isti occidebantur. Cui Boamundus ait : Putasne alium exercitum esse, quam hunc, quem vides, nostrum ? Cui ille: Per Machomum meum præceptorem juro, quoniam si hic adesset, tota hæc planities eos non caperet: omnes habent equos albos miræ celeritatis, et vestimenta et scuta et vexilla ejusdem coloris. Sed, per fidem, quam habes in Jesum, ubi castra eorum locata sunt ?

